

❧ REVERENDI PATRIS ❧
Dominici Soto Segobiensis Theologi
ordinis prædicatorum super octo
libros Physicorum Aristotelis.
❧ Quæstiones. ❧



SALMANTICAE.

M. D. L. VII.

Cum Priuilegio.

❧ Illustrissimo ac Reuerēdissimo. D. D. Ioan
ni à Toletō, Cardinali Burgenſi, ex ordine prædicato-
rum assumpto ſuus frater Dominicus Soto. S.



NON ſatis rei Phyſicæ me admodum feciſſe arbitror, antiſtes
reuerendiſſime, niſi commentarijs ſuper Ariſtotelem, quæ ampli-
tudinē tuæ dicaui, volumē hoc diſputationū adhibeo: quibus quæ-
ſitoꝝ reſponſo res amplius explicata, quantum meum fert inge-
nium, elucidetur. Nā cū dubitationis ſolutio, authore Ariſto-
tele, veritatis ſit inuentio, mirabilem quandam habet ratio hæc deſſerendi indagā-
dæ veritatis energiam. Enimvero ratiocinatio animal homo verbo ſciſcitandi,
vtrum, ſuapte natura excitatur, & ſeſe ad reſpondendum exacuit. At qui nec fer-
rum aut aurum, niſi continenti motatione politum, ſplendere vnquam poteſt: neq;
ea quæ ambigua ſunt & abſtruſa, niſi ingeniorum cōgreſſū vltro citroq; iactata,
collucere. Quamobrem natura certè magiſtra, philoſophorum antiquiſſimi hunc
modum philoſophandi excogitarunt. Quem deinde Plato informauit, Ariſto-
tes collimatū exhibuit, & poſteri hæctenus obſeruauerunt: ac demum Theologi
ante quadringentos hinc annos iure & merito ſuſceperūt: id planè intelligentes, &
quæ patres, doctiſſimè quidem & copioſiſſimè, ſed tamen diſſuſè ſcripſerāt, aliter
in ordinem, certamq; ſententiarum ſeriem redigi atq; concludi neutiſquam poſſent.
Quocirca mirari ſatis nequeo, cur huius ætatis nonnulli, alioquin ſcientiarum cul-
tores, hanc quæſtionibus interrogandi diſputandiq; formam eiectam eſſe, atq; ab
re literaria penitus exploſam velint. Fateor equidē (id quod inſicias ire nemo po-
teſt) ſophiſmatibus propemodū inſinitis nulliusque momenti tricis ac nenis, ratio-
nem hanc diſputandi hiſce retroactis temporibus indignè fuiſſe obtenebratam, &
pene in barbariem verſam: ſed nunquid, ſi oculi ophthalmia laborant, continuo ſunt
cerebro eruendi: ac non potius arcenda corrigendaq; rheumatis exuberātia: vt qui
infirmi in cauſa erāt doloris, ſani vſui eſſe poſſint. Eſt modus in rebus. Ita pro-
fecto portenta illa verborum reuelli eſt operepretium, vt tamen non ſimul
eradicetur & triticum. Tametſi neq; integrum nobis fuit, quæ miſſa
fieri poterāt, vniuerſa reſecare, quo minus temporis nonnulla con-
cederemus: neq; profecto in re Phyſica eam ſemper & rerum
& verborum grauitatem ſeruare poſſumus, quin captui
nos multorum accōmodantes, aliquando nos ad mino-
ra ſummittamus. Accipe ergo præſul clariſſi-
me, bipertitum opus Phyſicum, quod tui
nominis authoritate protectum, in
luceſcem audet fidenter prodire.

V A L E.

in motu pro substantia composita ex materia et forma, ut homo, lignum, et quaecumque res natis, ratio est quod natus
 prima deceptione accipitur pro illo quod constat materia et forma. in hac acceptione etiam sumitur pro quia cum
 dicitur transit mutationem et motum nati unde infertur angelos nates non esse.
 modo in pro dispositione conuenienti alicui rei nati, unde calor respectu ignis est natus eo quod conseruat illam nati
 dicitur respectu aquae. ~ 3^m prout distinguitur contra super nate et miraculosu - 2
 4^m prout dis
 tur Liberum
 nate est formum
 5^m ex ratione cor
 nis et sic intelli
 ding Paulus quod dicit
 natiuitate oes sum
 ire

Reuerendi patris, Fratris Dominici Soto
 Segobienfis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in in-
 clyta Salmanticensi academia professoris super octo li-
 bros Phisicorum Aristotelis,
 Quæstiones.

PROLOGVS.



Adest opus alte-
 rum: quod in ipso statim fron-
 te commentariorum super
 octo libros phisicorum Aristoteli-
 stotelis polliciti sumus: ne-
 pe ut questionum volumen
 adhiberem, quo (id quod
 breuitas illius modusque ex-

positionis non sinebat) maiora dubia differamus. In qua quidem disputatione nihil mihi amplius authoritatis arrogari volo, quod si eorum quecumque dixerero, aut Aristotelis testimonio, aut argumentis naturali ratione profectis, fidem fecero. Liberum tamen lectori deprecor: sane qui in verba magistri non adeo irauerit, ut pluris authorum nomina estimet, quam pondus rationum perpendat. Eo presertim quod nominalium realiumque diuersa nomina in opinionibus penitus de vniuersalibus, et fere de distinctionibus metaphisicis locum habent: in reliquis vero que ad naturalem philosophiam attingunt, non est cur hec factio- num symbola fouere contendamus. Huiusmodi hec dixerim, ne quis scripta nos nostra scholis timido. S. Tho. accommodare putet. Quin potius ut in dialecticis, ita et hic cunctis in vniuersum cuiusque vniuersitatis consultum iri diximus. Enimvero (ut nunquam hoc admonemus) scire quid S. Thome, aut cuiusvis authoris habeat opinio, absoluta scientia non est: sed cum omnino quippiam nos scire eximandum nobis est, cum rationibus id ex rei causis accersitis habuerimus persuasum. Haud verum tamen vitio mihi vertendum est, si in philosophia S. Tho. cui citra inuidiam de hac re primas deserunt, ego etiam propemodum auscultauerim. Ea modo lege, ut eius, non nuda authoritate nitamur, sed vim robustamque argumentorum expendamus. Nam superstitiosam illam Pythagoricorum religionem, quibus pro rerum assertionem satis erat, quod magister dixisset abolitam iure esse voluit, maior quam Pythagoras, Augustinus Epist. 19. ad Hieron. quippe ubi hanc legem prescripserit, ut preter canonicos libros, et Ecclesie catholice authoritatem, nemini quantalibet sanctitate, aut doctrina polleat, tantum deferamus, ut verum quicquam putemus: quia ipse ita sentit: sed quatenus id, aut per canonicos auctores, aut probabili ratione persuade- dere potuerit. Igitur, ut rem tandem diuino favore auspicemur, de his que in prologo commentario- rum super libros phisico- rum diximus, nepe philo- sophiam naturalem scien- tiam esse de ente mobili specula- tiam, mouet prima quod.

Quæstio prima.

DE VTRVUM PHILOSOPHIAE naturalis, quæ speculatiua scientia est, subiectum sit ens mobile.



A Parte negatiua ar-
 guitur. Et primo contra id quod titulus primus supponit, philo-
 sophiam esse naturalem esse scientiam. Scientia omnis, aut necessaria mortalis est, aut saltem utilis: nam auctore Aristoteli in prologo metaphisicorum omnis homo suapte natura scire desiderat: et naturalis hominis inclinatio, nisi ad bonum, esse non potest: et cognitio rerum naturalium nec necessaria, nec utilis est: ergo non est scientia. Probatur minor, animus vltimus hominis est cognoscere Deum, cognitione illa que nos ad visionem ipsius perducit, sicut illud Ios. 17. hec est vita eterna ut cognoscant te. et cognitio vero rerum naturalium parum, aut nihil ad hoc conducit: quippe cum plurimos rusticos bonos esse videamus, plurimosque contra philosophos esse prauos: quod Paulus ad Rom. 1. testatur dicens philosophos illos gentiles scientiarum naturalium plenos, Deumque naturali lumine cognoscentes, non sicut Deum glorificasse. Quinimo ut ipsorum id philosophorum testimonio comprobemus, preter Diogenem in vita Socratis, Licero etiam lib. 1. acad. questio. eo (inquit) Socrates philosophia naturali neglecta ad moralem se transulit, quod celestia, id est celorum et eorum que sub illis continentur, natura, aut procul est a cognitione nostra, aut si maxime esset cognita, nihil tamen ad bene viuendum conferret. Et contra id argumentum quod non solum philosophia naturalis ad bene viuendum non proficit, sed sit etiam pernicio-
 sa. Regantibus enim patrem et filium in diuinis personas esse distinctas eiusdem essentie, Deum verum vere esse hominem, corpus Christi in hostia latere, virgini nemparere incorrupta manente, mundum esse ex nihilo creatum, aliaque id genus, philosophia hec omnia dissuasit, eo quod rerum naturalium videantur contrariarum cum tamen sint supra, non contra naturam. Unde apostolus ad Coloss. 2. Videte (inquit) ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam, sicut traditionem hominum sicut elementis mundi. et ubi Hiero. contra philosophos (inquit) loquitur quorum omnis penitus disputatio de elementis est. Unde et Corinthio. 1. illud citat Esai. 29. Perdam sapientiam sapientum et prudentiam prudentium reproborad- iungens, quod stultam fecit Deus sapientiam huius mundi: quia non cognouit mundus per sapientiam Deum.

Super primum Physicorum.

¶ **Et. 1. confir.** Philosophia et scientia iste natura-
les dicuntur ortum habuisse eo tempore quo septem
illi sapientes Athenis floruerunt: si tamen res fuisset
tam necessaria, nunquam Deus permisisset ut tot an-
tea seculis fuissent homines huiusmodi scientiarum
ignari: ergo. Secundo principaliter arguitur quod phi-
losophia non sit scientia. Scientia enim non est nisi
eorum que non possunt aliter se habere. i. post. text.
5. unde infert illic Aristot. tex. 43. quod scientia non est
sensualium obiectorum. Physica vero ut asserit in
hoc prologo Commen. est de rebus sensibilibus, et
per consequens est de rebus mutabilibus, et que
possunt aliter se habere. v. g. de ortu et occasu et co-
iunctione astrorum, que non sunt semper, sed cer-
tis temporibus, et possunt deficere, ut patet in fine
mundi: et de eorum defectibus, puta quod hieme sint
frequentes pluuie, quod in estate sint ardentis soles,
quod homo nascatur bipes et similia, que non nunquam
deficiunt: ergo Physica non est scientia.

¶ **Et confir. ex ipsis antiquis philosophis, nam hac**
ratione Heraclitus et Cratylus, quos. 4. metha-
physicorum text. 22. Aristote. commemorat, nega-
bant scientiam ullam rerum naturalium esse pos-
sibilem, quod videlicet res sensibiles continuo motui
essent subiecte. Unde Socrates ut lib. 1. academi-
carum questi. refert Cicero, inde maxime Socrates
pre aliis omnibus Apollinis oraculo sapiens
enunciatus est, quod nihil se scire dixit, nisi hoc ipsum
quod nihil sciebat. Atqui ut Lactantius libro. iij.
adnotauit, propterea Pythagoras noluit sapiens,
sed sapientie studiosus appellari, quod intellexe-
rat cognitionem rerum naturalium non esse scien-
tiam. Quod reuera veteres ipsi philosophi re ipsa
testatur: qui de rebus naturalibus tam varia tamque
diuersa placita et commenta dixerunt, ut satis com-
probauerint, nullam habuisse veram scientiam.

¶ **Tertio principaliter arguitur contra alterum in**
titulo suppositum, scilicet Physicam esse scientiam
speculatiuam. Scientia practica est illa que nos di-
rigit ad operandum ut habetur. iij. de anima. text.
49. et 2. metaphys. text. iij. sed talis est physica: er-
go physica non est scientia speculatiua, sed practi-
ca. Probatur minor: primo quia physica est de ob-
iecto operabili, est enim de his que in nobis sunt,
atque adeo aliqua pars eius est de natura actuum et
habitu intellectualium et sensualium, qui in no-
bis generantur: que in libris de anima posita est.
Et preterea quia physica ostendit nobis Deum esse
primam rerum causam unde nos nostrasque pendet,
nosque natura esse mortales: que quidem cognitio
in contemptum rerum et amorem Dei, atque adeo
ad recte operandum allicere nos potest.

¶ **Et confirmatur argumentum. Medicina est pars**
quedam philosophie: tum quia huius subiectum
est corpus sanabile, quod est inferius ad corpus mo-
bile: tum etiam quia tractat de naturis herbarum
de corporum complexione et similibus naturalibus:
et ideo ubi desinit physicus, incipit medicus, de sen-
su et sensato capitu. i. sed medicina censetur a do-
ctoribus esse practica, ut docet. S. Tho. opus. 70.
quest. 5. articulo. 1. super Boetium: ergo et physica
est scientia practica.

¶ **Quarto principaliter arguitur. Physice non est**
unicum subiectum: ergo titulus supponit falsum.
Antecedens probatur: quia alias sequeretur phy-
sicam esse unam scientiam, quia ut habetur. i. post.
textu. 43. et 4. metaphysico. textu. 2. ex unitate ob-
iecti sumitur unitas scientie: consequens tamen est
falsum: nam Physica idem est quod scientia natu-
ralis: sed res de quibus tractant et Metaphysica et

Metaphysice sunt res naturales: ergo physica eo
prehedit sub se Metaphysicam et Mathematicas,
et per consequens non est distincta ab illis: ut pro-
logo Commentariorum dictum est.

¶ **Et confirmatur. Physica etiam ut distinguitur**
a Metaphysica et Mathematicis tractat non so-
lum diuersas conclusiones, sed res diuersissimas,
scilicet de materia, de motu, de loco, de celo, de ani-
ma. et. ergo constat ex pluribus habitibus: et per
consequens non est vna, sed aggregatum ex pluri-
bus habitibus.

¶ **Et confirmatur. 2. Physica continet in se mul-
tas opiniones, ut an elementa maneant formaliter**
in mixto, an sit possibile infinitum, an intentio fiat
per radicationem in subiecto. et. et tamen non po-
test vnicus habitus esse scientia, et opinio: ergo phy-
sica non est vna scientia.

¶ **Quinto principaliter arguitur, quod ens mobile non**
sit subiectum huius scientie. Ens non est genus ut
in principio predicamentorum ostendimus, quia est
analogum: ergo non est simpliciter vnus conceptus:
et per consequens non potest esse vnus subiectum.

¶ **Et confirmatur si ens mobile esset subiectum phy-
sice, sequeretur quod physica esset aut pars metaphy-
sice, aut saltem illi subalterna: nam si ens mobile**
accipiat loco vnus conceptus simpliciter absolu-
ti, tunc ens mobile est inferius quiditatiue ad ens,
et per consequens physica est species metaphysice,
sicut scientia de triangulo est geometria: si autem
mobile sit conditio accidentalis que additur enti,
tunc physica est subalterna metaphysice, sicut per
spectiua que tractat de linea visuali est subalterna
geometrie que tractat de linearum: tamen est
falsum, cum sit ex equo diuisa philosophia in meta-
physicam et physicam.

¶ **Sexto tamen et postremo arguitur. Corpus mo-
bile, congruentius ponitur subiectum physice quam**
ens mobile: ergo ens mobile non subiectum. Pro-
batur antecedens. Primo quia si ens mobile po-
natur subiectum, sequitur physica tractare de in-
telligentibus, quippe que sint entia mobilia locali-
ter: consequens tamen est contra Aristot. 2. phys.
text. 26. ubi ait considerationem physicam non ex-
tendi ultra formas que sunt actus corporum: qua-
re intelligentiarum consideratio non est physica,
nisi quatenus sunt orbium motrices que quodam-
modo pertinent ad physicam.

¶ **Et. 2. probatur antecedens. Motus et quies est**
prima passio physice: ergo subiectum talis prime
passionis est subiectum talis scientie: sed subiectum
adequatum motus est corpus, ut patet ex Aristot. 6.
physic. textu. 32. ubi probat omne mobile esse diui-
sibile, et per consequens corpus: ergo corpus mobi-
le potius quam ens mobile est subiectum huius scien-
tie. Quod hic Commen. insinuat, dicens res sensi-
biles esse materiam huius scientie.

¶ **Et. iij. confirmatur idem antecedens: quia in to-
ta philosophia non tractatur nisi aut de corpori-
bus, aut de pertinentibus ad corpora: scilicet de ce-
lis, mixtis, et de elementis, de anima in quantum est
actus corporis, de motu in quantum est eius pas-
sio: de materia et forma, non certe in quantum sunt
entia mobilia, sed in quantum sunt principia ens-
tis, id est corporis mobilia.**

¶ **Sed in primum est Aristot. qui. 6. meta. tex. 1. physice,**
ca. inquit, est circa id genus entis in quo principium
est motus et quies: et lib. 11. c. 3. Physica specula-
tio de ente est, non prout ens est, sed prout motu par-
ticipat: ex quibus locis aliisque similibus colligitur
ens mobile esse subiectum Physice.

¶ Super.

Superuacaneū duximus tot

hic quaestiones premiales, quot in dialectica, multiplicare: nempe an philosophia naturalis sit necessaria, an sit scientia, an sit vna, an sit speculativa. In introitu enim illic rationalis scientie necessarium fuit vnuerfos hos terminos exponere, quos subinde non opus est hic iterato repetere. At suppositis terminorū illinc expositionibus, quas quicquid libuerit reuisere potest, ad hec omnia quinque conclusionibus iuxta ordinem argumentorum que posita sunt respondebimus.

Prima conclusio. Philosophia naturalis est homini et suapte natura, et ad eius finem consequendum necessaria. Duplīciter namque (inter alias acceptiones) diximus illic, quæst. 1. accipi necessarium, scilicet et intrinsece ex natura rei, sicut homini necessarium est esse risibile et ratione finis, vel simpliciter ad illum adipiscendum, sicut equus ad iter: vel ad commode consequendum, sicut equus ad vitam: probatur ergo conclusio in primo sensu. Similiter illud ad quod hominis natura integra et incorrupta proprie inclinatur est illi intrinsece necessarium: sed rerum naturalium cognitio est ex huiusmodi inclinatione naturaliter ergo est illi necessaria. Minor constat ex illo, 1. metaphy. omnis homo naturaliter scire desiderat. Vbi quantum fert mea opinio non exprimitur qualiterque appetitus naturalis hominis, ut sunt comedere, appetitus naturalis hominis, ut sunt comedere, ambulare, et reliqua que sunt homini naturalia: aut tanquam media ad seruandam vitam, aut tanquam officia vite: sed exprimitur vltimus finis hominis, ut quemadmodum vltimus finis grauium est descendere ad centrum: et leuium, est ferri sursum in quibus locis quiescunt, ita vltimus finis in quem hominem natura produxit, est, ut rerum veritates agnoscat. Quod vel vsus ipse satis testatur eum cognitio effectum quocumque, suapte natura homo cupit cognoscere causas: propter admirationem enim suo ingenio ceperunt homines philosophari. 1. metaphy. capitu. 2. Nec tanto molis impetu ad centrum tendit, quanto homo ad cognitionem propenditur veritatis. Hinc natura magistra, philosophi, qui hoc nomine digni censentur, in rerum contemplatione summam felicitatem collocarunt, vt. 10. ethic. cap. 7. et 8. auctor est Aristotele. Unde manifeste constat non esse hominibus tam naturalis et necessarius appetitus videndi, et sciendi. Hoc sepe soleo argumento vti in confirmationem huius, quod hominis beatitudo in visione potius diuine essentie, quam in amore consistat. Vltima enim hominis felicitas idem est quod eius vltimus finis: sed finis vltimus hominis est scire, qui tunc satiabitur, cum in Deo omnia viderit: ergo videre potius Deum est essentia beatitudinis, quam eum amare. Quod preterea confirmatur: nam beatitudo consistit in Dei comprehensione iuxta illud apostoli, 1. ad Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis: sed inter potetiam cognitionem et appetitum hoc interest, quod cognitio est apprehensio obiecti, appetitio vero potius trahitur et tenetur ab obiecto amato, quam tenetur ipsum: ergo in actu potius intellectus tenentis Deum consistit beatitudo iuxta illud August. lib. de vita beata. Beatus est qui Deum habet. Adiderim nec abs re verbum hoc ad comprobandum finem vltimum hominis esse scire. Hoc tamē differt inter philosophos illos qui reuelatione Christiani seruatoz non fuerunt digni, et nos Christianos, quod illi, non cognoscentes felicissimam illam super naturalem rerum cognitionem in verbo, se-

licitatem collocarunt in contemplatione naturalium dignissimarum substantiarum, scilicet intelligentiarum, vel in hoc seculo, qui aliam vitam non cognouerunt, vel qui aliam crediderunt, in seculo futuro. Fides vero et religio nostra est, quod vltimus finis et hominis felicitas in intuitiva illa contemplatione Dei, vbi omnia cognoscuntur, consistit.

Sed arguis quid ergo ad rem ad probandum philosophiam esse hominibus naturalem? Respondeatur philosophiam rerum naturalium esse hominibus naturalem, non tanquam vltimum finem, sed tanquam medium ad illum consequendum. Unde notanter ait Aristotele, quod omnis homo naturaliter scire desiderat: non hoc, aut illud, sed res vniuersas. At vero. 10. Ethico, dicit felicitatem vltimam consistere, non in rerum veritatis inquisitione, sed in rerum potius iam inuentarum contemplatione.

Hinc facile probatur secunda pars conclusionis, nempe quod Philosophia ad finem hominis, scilicet Dei veram cognitionem et amorem conducat. Naturale enim est hominibus per cognitionem effectum ad cognitionem causarum peruenire, quod

Paulus ad Romanos. 1. affirmat, dicens, inuisibilia Dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, que sunt effectus Dei cognitio: ergo illa confert ad cognoscendum Deum. Ad hoc namque duos

vlus mundus creatus est, et in dominium hominibus traditus. Primo vt eius ministerio vita hominis alatur et conseruetur: et preterea vt eius contemplatione in Dei homo et notitiam perueniat, et amorem alluciat. Per cognitionem enim motus venit Aristotele, in cognitionem vniuersæ prime cause a qua hominum vita suspensa semper est: et intellectus operatione, que a materia non pendet, cognoscitur anima esse immortalis: et ex magnitudine celorum, eorumque affluentia honoris que in subsidium huius vite mortalis nobis diuina providentia largita est, ratiocinari possumus, quam sint incomprehensibilia, que in vita illa immortalis preparauit diligentibus se. Que profecto, plurimamque alia que longum esset recensere, homines qui modo supra non essent, in amorem et obsequium vniuersi Dei satis pellicerent. Et hoc est de quo Paulus philosophos reprehendit, nempe quod eum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt.

Adde quod obueniunt mortalibus a philosophia naturali multa alia commoda. Nam cognitio herbarum, temporum et complexionis humane, medendis corporibus apprimè confert: aliarumque multarum rerum cognitiones ad alios sunt hominum vlus maxime viles, vt Valerius Maximus lib. 8. et hic Commen. et Themis commemorant.

Accedit ad conclusionis confirmationem quod Deus primum parentem nunquam omnium scientiarum genere ornatum creasset, si scientie rerum naturalium non tam essent mortalibus necessarie.

Hinc apud philosophos tam multis philosophia laudibus passim effertur, vnde Cicero libro. 1. Tusculan. quæsti. philosophiam ait donum esse, aut inuentum Deorum, et libro quinto. De vite, inquit, vitiorum, non modo nos, sed nec omnino vitam hominum sine te esse potuisset. Et Seneca ad Lucillum libro secundo, epistola decima sexta. Philosophia nos tueri debet, hec adhortabitur, vt libenter Deo pareamus, vt fortune contumaciter resistamus. Hec docebit vt Deum sequaris, seruas casum. et libro. 14. Epistola. 19. Deorum, inquit, immortalium munus est, quod viuimus, philosophie autem

Philosophia necessaria.

felicitas vltima consistit.

Ad duo philosophia necessaria.

conditio mundi

Confo

Philosophie encomium.

conclusio philosophia est necessaria.

ad duo philosophia necessaria.

ad duo philosophia necessaria.

ad duo philosophia necessaria.

Super primum Physicorum.

autem q̄ bene viuimus: unde tanto plus philo-
sophie quam dijs deberemus, quanto maius benefi-
cium bene viuere quam viuere, nisi & philoso-
phia ipsa manus etiam esset Deorum. Loquitur
autem Stoicorum more de philosophia, que stu-
dium & sapientie & simul virtutis est: quas adeo
coniunctas esse censebant, vt nomine sapientie, vir-
tutem intelligerent. Et qui Aristot. 10. ethico. per
philosophiam, inquit, homines sese immortales fa-
ciunt: cuius delectaciones & firmissime sunt & pu-
rissime: quippe cum de rebus sunt, & incorruptibi-
libus, & a sensibili materia abstractis.

Quapropter quamq̄ ad nullum alium finem studium philo-
sophie vile esset, at propter se tamen esset supra
humana omnia exercitia expetendum. In summa
Commenta. hic per hyperbolem affirmat nomen
hominis equiuoce dici de sapiente & de eo qui ad
sapientiam inuocet est. Nec solum ab ethnicis te-
stimonia petere possumus, cum Salomon ille Rex
cui Deus quicquid peteret pollicitus est, nihil a-
liud quam sapientiam postulauit: qua proinde pre-
omnibus mortalibus diuinitus donatus est: de
cuius suauitate laudibus duos proverbiorum, ac sapien-
tie integros libros composuit.

Ueruntamen quo amplius conclusio elucidetur, respōdetur ad
primum principale argumentū. Cui negatur philo-
sophiam non cōducere ad rei cognitionem: nam
si philosophi in lumine naturali Deum non glori-
ficauerunt, non fuit ex defectu scientie, sed quia af-
fectiones illorum excecauerunt illos & impedimen-
to fuerunt ne Deum, sicut cognoscebant, colerēt.
Et hoc docet Apostolus. Quia ratione modo & sa-
pientissimos Christianos prauos esse contingit, si
prauus dignus est sapientie nomine. Et q̄ econ-
uerso rustici, maxime nunc inter Christianos Deū
& cognoscunt & colunt, id certe fidei catholice de-
betur, quod breuissimo compendio tradit nobis ve-
ram & supra naturalem cognitionem Dei, quā phi-
losophia naturalis non attingit. Quocirca ita in-
telligamus conclusionem, vt quis singulis perso-
nis non sit necessaria philosophia, sit tamen neces-
saria rei publice: nempe vt sint aliqui scientijs na-
turalibus instructi, qui reliquo sint populo re-
lut oculi.

Ad confirmationem primam responde-
tur, q̄ philosophia naturalis ad cognitionem eo-
rum que Deo, in quantum creaturarum principiū
est, conueniant, simpliciter est utilis: puta ad co-
gnoscendum q̄ sit vnicus Deus, cui creature obse-
quium debent, & alia id generis: tamen ad mysteria
fidei, licet multum Christianis conducatur, qui fidei
reuelatione illuminati sunt, tamen illis quibus fi-
des non erat infusa, aut non erant in ea firmi im-
pedimento fuit in primitiua Ecclesia ad recipien-
dam fidem, propterea q̄ illa que Christianus supra co-
gnitionem naturalem predicauit, contra naturam
esse putabant. Et inde hereses pullularunt: atq̄
adeo philosophi naturales hac de causa apud san-
ctos male audiunt.

Ad secundam confirmationem qua petitur scientiarum ortus. Greci hanc
sibi gloriam arrogarunt, vt inuentores se scientia-
rum predicarent. Unde dialecticam dicunt ortum
habuisse a Zenone, & perfectam fuisse a Platone.
Philosophiam vero moralem a Socrate, que Li-
cero lib. 7. Tusculanarum quest. e celo eam deuoca-
uisse asserit. Philosophiam vero naturalem a Tha-
lete vno ex septem sapientibus, quem Arist. 1. me-
taphys. cap. 1. huius philosophie principem ap-
pellat. Quam postea Pythagoras auxit, vt ibidē
cap. 5. habetur. Unde vt Sanctus Tho. illic lectio-
ne septima: sed latius Diogenes libro. 1. explicat:

duo fuerunt antiquitas philosophie initia & capi-
tula: alterum Ionicum a Thalete sic denominatum,
qui fuit Ionicus a Mileto: alterum vero Italicū a
Pythagora, qui vt Licero libro. 1. Tusculanarum
quest. refert, regnate Tarquino superbo in Italiam
venit: illamq̄ oram tenuit, qui magna Græcia tunc
dicebatur, modo autem Calabria & Apulia. In se-
cta Pythagore successerunt Xenophanes, Parme-
nides, Xenocrates, Leucippus, Democritus,
vsque ad Epicurum. In secta vero Thaletis suc-
cesserunt Anaximander, Anaxagoras, Socrates. Et
quo tres iam inde celebres vie hoc modo deriuatę
sunt, Plato namq̄ discipulus fuit Socratis. In
quo desistit iam nomen Ionicum, & cepit academia
vetus, a nomine Gymnasijs in quo legebat. Tameñ
a Socrate existiment aliqui nomen academie in-
cepisse: nam potissimum dogma, quod academicis
ascribitur, est illud Socratis, q̄ nihil contingit sci-
re. A discipulis vero Platonis Xenocrate & Ari-
stotele, vt libro primo academicarum quest. com-
memorat Licero, cepit diuisio academicorū & per-
ipateticorum. Nam Xenocrates cum in eodē gym-
nasio successisset, nomen retinuit scholę, vt scilicet
eius discipuli dicerentur academici. Aristot. vero
qui in Lyceo cepit docere, nomen seruauit deam-
bulandi, quomodo docebat Platonem: atque adeo vi-
cus est peripateticus, quod est deambulatio.
Unde (vt inquit illic Licero) academici & peripa-
teticici solo nomine in principio differabant.

Alter discipulus Socratis fuit Antisthenes cui
successit Diogenes ille Cynicus, qui fuit mundi
contemptor. Deinde Zeno qui princeps fuit ter-
tie secte, scilicet Stoicorum: cui successit Crispus.
Dicitur sunt Stoici ab stoas stoas, quod est por-
ticus, legebat nāq̄ Zeno in porticu Jpocelli. Dio-
genes vero laer. libro septimo, in vita Zenonis di-
cit fuisse coeum & auditorem Xenocratis. Horum
potissimum dogma fuit q̄ nulla cadit in sapientem
passio: nam sapientes appellabant eos tantum qui
habebant virtutes in gradu herōico: quam viam
constantissime secutus est Seneca. Hac ergo ratio-
ne tres vie academicorum, peripateticorum, & stoi-
corum, separate sunt.

Et vero vt ad scientiarum
initium & ortum redeamus, quemadmodum Iose-
phus aduersus Apionem libro. 1. et Eusebius de
prepa. Euang. lib. 10. egregie demonstrant, scientia-
rum inuentio non a Grecis, sed a Caldeis & He-
breis quin potius a Deo per Adam diuinauit.
Cum enim Adam tāquam nature caput omnium
scientiarum plenus fuisset creatus, verissimile est
in eius semper posteritate semen fuisse scientiarū.
Unde vt Hieronimus lib. 1. in iherosol. postquam
Armenos scientijs & virtutibus instituit, Italiam
venit: quam etiam humanarum & diuinarum co-
gnitionem docuit. Cui Janno appellato antiquissi-
mum templum pacis post multa tempora Rome
dedicauerunt. Cuius filius Saturnus scientiarum
Deus, habitus est. Unde solenne illa religio per-
petui ignis in templo Vestę postea ortum habuit.
Nam vroz Moes, Vestę, appellabatur. Et quis Ju-
deis, vt patet Levit. 6. solenne erat, vt ignis perpe-
tuus nunquam in altari deficeret, inde finxerunt
Vestam fuisse Deam que hunc ritum puellas suas
docuit. Hoc enim modo Gentiles fabulas suas et
ritus ex sacra hystoria conseruerunt, vt recens qui
dam bonus auctor in sua philosophia perenni do-
cte & copiose dixerit. Postmodum vero Abrahamus
& deinde Moyses in Egyptum peregrinantes, as-
trogologiam aliasq̄ scientias eos docuerunt. Quas
propter historiographi ab Egyptijs consentiant
astro-

Philoso-
phorum ca-
pita.

Stoici.

Acad. Per-
ri. Stoic.

Orty. Scientia

Solennis antiq.

Philoso-
phia, ppter
se expeten-
da.

mo ille rex cuius

Ad. 1. prin-
cipale.

q̄ p̄tra nō simit
ad p̄tra q̄, et
o saḡ modit. ad

Quo neces-
saria.

Ad. 1. con-
fir. Philo-
sophie ortus

Ad. 2. con-
fir. Philo-
sophie ortus

Hieronimus in prolo-
Paulinum

Astrologiam emanasse. Unde Diogenes in vita Thaletis ab Egyptiis asserit eruditum esse præcepta geometricæ. Et libro quinto idem affirmat de Pythagora, nempe q̄ patria relicta literarum amore Egyptum petiit, et apud Chaldeos conuersatus est, ibiq̄ philosophiam edocuit. Et libro tertio in vita Platonis idem affirmat de Platone, videlicet q̄ in Egyptu ad prophetas sacerdoteseq̄ se recepit studioum gratia quod itidem in prologo Biblie Hieronymus recellit. Quamobrem certum est Grecos ab Egyptiis et Caldeis, qualis fuit Abraham et Moyses, literas recepisse, Patriarche enim illi multo antea fuerunt in Egypto q̄ septem sapientes fuissent in Grecia: nam sapientes, vt refert in de temporibus Eusebius ab olimpiada trigesima octaua, vsq̄ ad quinquagesimam floruerunt, nempe sexcentos annos ante aduentum Christi, post diluuium Thesalicum sub Deucalione, quod multo post tempora Moysi deleuit totam Greciam. Sed dicuntur illi sapientes inuatores scientiarum, vt Theophrastus ipse Grecus hic etiam meminit, quia post illud diluuium studium philosophic in Grecia instaurauerunt et excitauerunt.

Hec plusculis q̄ institueram verbis dicta sunt, vt qui philosophiam profitentur, Deum intelligentes et auctorem primum scientiarum, etiam naturalium, fuisse, et vltimum esse earum finem sciunt. Philosophiam aliasq̄ naturales scientias, nisi ad Dei amorem et cultum dirigantur, nihil aliud esse quam vnam ex vanitatibus que sub sole sunt, et laborem et afflictionem spiritus, vt sapientissimus ille Ecclesiastes concionatur. Sed tunc admodum esse vtilis: si qui sapientie a timore domini initium sumant, vt creaturarum contemplatione ad amorem creatoris excitati, ad eius tandem felicitatem perueniant.

scere: sed rebus naturalibus conueniunt passionibus que ex proprijs rei causis procedunt: ergo res naturales sunt vere scibiles, et per consequens illarum potest esse scientia.

¶ Secundo. De mathematicis est scientia certissima, vt q̄ omnis triangulus habeat tres angulos equales duobus rectis, etc. sed tam necessarium et perpetue veritatis est hominem esse animal, aut ignem suapte natura esse calidum: ergo istorum est etiam scientia proprie.

¶ Item tertio, vt videtur arguere Aristote. 4. metaphys. aduersus Heraclitum. Si aliquid obstaret quominus de rebus naturalibus posset esse scientia, maxime quia sunt mutabiles, et quando res mutatur, id est acquiritur, tunc non est, sed hoc non obstat: primo quia si res tunc cum mutatur non est sub illa forma ad quam mutatur, iam hoc est scibile, quod non sit, et quod mutatur: imo profecto tam scibile est, res istas sensibiles, esse mutabiles, q̄ intelligentias esse immutabiles: et per consequens sicut de immutabilitate scientiarum potest esse scientia, ita de mutabilitate rerum. Neq̄ obstat rationi scientie totalis, q̄ habeat admixtas aliquas opiniones, vt. q. citata super dialecti. minimus. et conclus. quarta statim dicturi sumus. Et preterea de celis manifestum est esse scientiam, cum non sint naturaliter mutabiles generatione, aut corruptione, aut alio motu q̄ locali.

¶ Unde ad secundum principale respondent recentiores Dialectici q̄ scientia quantum sit de rebus corruptibilibus prime intentionaliter, est tamen de incorruptibilibus prime intentionaliter, id est de propositionibus. Attamen. 1. poster. text. 21. aperte monstrauimus hunc modum loquendi non esse consequi mentem Aristot. Nam quamuis ita sit, scilicet scientiam naturalem esse de propositionibus necessarijs tanq̄ de obiecto immediato, tamen est de rebus tanq̄ de obiecto principali. Et maxime quia isti non censent hanc propositionem, omnis ignis est calidus, et similes esse necessarias, nisi in sensu modali, quod Aristote. nunq̄ somniauit. Mens ergo eius illic est, q̄ scientia est de incorruptibilibus per se, corruptibilibus vero per accidens, id est de rebus quatenus per intellectum abstrahuntur a singularibus, et fiunt vniuersales. Que quidem vniuersalia, in quantum abstracta, non sunt corruptibilia: sed in quantum sunt in singularibus, vt prima questione de vniuersalibus super Porphy. exposuimus.

¶ De illis vero, q̄ sol oritur sol occidit, et de coniunctionibus siderum, iam diximus primo poste. questione secunda, ad. iij. argumentum. et questi. iij. ad primum, q̄ est scientia de illis, eo q̄ naturaliter ista non possunt deficere quin certis temporibus contingant. Et de pluuijs et alijs naturalibus, scilicet q̄ tales talibus temporibus contingant etiam est scientia proprie: nam ad certitudinem scientie satis est q̄ regulariter ita contingat, licet aliquando possint deficere. Infra latitudinem enim proprie scientie, vt illic adnotauimus, sunt diuersi gradus certitudinis. Quod expresse docet Aristot. 2. metaphys. text. 16. Certitudinem enim (inquit) non oportet in cunctis querere, sed in his que non habent materiam. Quasi dicat. In naturalibus scientijs que non abstrahunt a materia et motu, non est tanta certitudo quanta in mathematicis: que abstrahunt a materia. ¶ Et per hoc patet ad primam partem confirmationis. In hoc enim Heraclitus et Cratillus decipiebantur, q̄ non abstraherant vniuersalia a singularibus: cum tamen debuissent

Ad. 2. principale. Et q. p. philosophia de rebus corruptibilibus et de incorruptibilibus.

Scientia de incorruptibilibus.

sufficit q̄ certitudinem regulariter contingat.

Ad iij. confide

¶ Secunda conclusio. Physica

est vere et proprie scientia. Contrarium fuit dogma academicorum, vt modo dicebamus, inter quos fuit Heraclitus. De quo themate Cicero scripsit academicas questiones, et Augustinus libros tres composuit aduersus academicos, quibus conclusionem hanc nostram demonstrauit: nempe q̄ sit possibilis scientia etiam rerum naturalium. Supponatur hic vsque ad quintam conclusionem, nomine rerum naturalium intelligere nos corpora hec sensibilia, vt celos, elementa, et mixta. Item ex secunda questione premiali super dialecticam, et ex secundo latius. post. questione prima, supponamus nomine scientie intelligere habitum conclusionis necessarie per demonstrationem acquisitum, videlicet quo cognoscimus conclusionem et eius causas. Tunc primo probatur conclusio autoritate Aristote. qui. 1. poste. textu vigesimo ait q̄ scientia non est corruptibilium per se, sed per accidens, quales sunt res naturales: 1. iij. physice. textu vigesimo quarto, ait q̄ scientia naturalis versatur circa magnitudines, motum, et tempus: et secundo metaphys. text. iij. ait q̄ philosophiam, scientiam veritatis appellare, recte se habet. et libro. 4. textu vigesimo tertio, irridet Heraclitum et alios negantes scientiam rerum naturalium: et tandem libro. 6. text. 2. diuidit scientiam contemplatiuam, in Metaphysicam, Physicam, et Mathematicas. ¶ Et probatur preterea ratione, primo quia vt habetur. 1. poster. textu. 5. et in hoc libro textu sexto. scire est rei causas vsq̄ ad prima principia cogno-

conclusio. Physica est scientia.

na

metaphys.

Super primum Physicorum.

considerare q̄ quamuis res ipse in singulari sint mutabiles (quicunque enim homo nascitur & moritur, & quodcunq; mixtum generatur et corrumpitur, sitq; modo calidum et modo frigidum, &c.) tamen q̄ homo sit risibilis, et q̄ ignis sit calidus, &c. semper sunt perpetue veritatis. Ad hinc item colligitur responsio ad illud quod tangitur in 1. argu. scilicet q̄ scientia non sit sensibilium: quod preter Aristot. loco citato, etiam astruit August. lib. 83. q. vbi ait q̄ non est expectanda sinceritas veritatis a corporis sensibus. Cuius ratio est q̄ a sensu multe sunt deceptiones. Judicamus enim per sensum scire esse minorem tota terra, baculum cuius medietas est in aqua esse fractum, hostiam consecratam esse panem, imo demon potest multas illusiones causare, vt cum in tentatione sub forma hominis apparuit, qui tamen non erat homo: et per magicas artes potest fieri vt res appareant vere, que tamen sunt solum apparentes & ficte. Non equidem necessarium est solutionem argumenti exponere quomodo sensus non fallitur circa proprium obiectum, vt visus circa colorem, nisi forte aut ex alteratione medij, aut organi: vt. 2. de anima. textu. 152. author est Aristote. vbi id nos explicamus: sed abunde ad argumentum respondetur, q̄ solum probat de sensibilibus non esse scientiam ea sola ratione quae cadunt sub sensu, id est in quantum sunt singularia. Non enim habemus scientiam q̄ hoc est panis, aut homo, aut album, aut nigrum: quia potest aliter esse, aut per miraculum, aut arte demonis, aut ex alteratione medij, aut organi: sed tamen est scientia in yniuersali, q̄ homo est risibilis, q̄ panis nutrit. &c. & illa colligit. S. Thom. 1. p. quest. 84. articulo. 6. q̄ hec fuit necessitas intellectus agentis, vt scilicet aphantasmatis, que non sufficiunt ad generandum scientiam, abstraherentur species intelligibiles quae res yniuersales representarent, de quibus est scientia. Et hoc est quod dixit Aristote. sensibilibus non esse scientiam. Non enim negauit, quin sensuum adminiculum necessarium sit ad acquirendas scientias: immo, 1. poster. textu trigesimo tertio, dicit q̄ deficiente sensu necesse est deficere scientiam illius sensibilibus, & lib. 2. text. 8. dicit q̄ non possumus cognoscere quod quid est proprie nisi earum rerum quarum per se habemus sensationem.

Ad vltimam particulam confirmationis qua arguebatur philosophos antiquos raras habuisse rerum veritates: quae de causa Socrates Physicam deseruit, respondetur, quod ante Platonem & Aristotelem, genus humanum in scientijs naturalibus erat sicut infans, quando homines potius allucinabantur ad veritatem, q̄ illam attingeret: ob idq; innumeros habuerunt errores, tam de principijs naturalibus, q̄ de felicitate morali. Plato vero et presertim Aristotele quantum naturales ingenium valuit, philosophiam ad verum exegerunt. At vero naturales ingenij vires antequam lumen fidei nobis irradiaret non fuerunt sufficientes rerum naturas penetrare. Lum enim scientie etiam naturales a Deo deriuentur, iuxta illud psal. 4. si dei ad philosophum est super nos lumen vultus tui domine, non philosophia ne sufficiunt sine lumine fidei veritatem etiam naturalium attingere, nisi multis erroribus admixtis.

Et ideo Aristot. non potuit cognoscere mundum habuisse principium, & alia id genus plurima. Et hac ratione Lactantius lib. iij. eleganter offendit illos philosophos ante lumen Christi non habuisse Tertiam perfectas scientias.

clauso phi: Tertia conclusio. Physica est

scientia speculatiua. Conclusio expressa est Aristote. 6. metaphysicorum. textu primo, vbi premittitur distinctione inter scientiam speculatiuam & practicam, speculatiuam subsecat in Mathematicam, Physicam et Mathematicas. Et quod Physica sit speculatiua probat illic Aristot. ex natura speculatiue scientie. Scientia enim speculatiua & practica (vt citatum est in tertio argumento) differunt sine, scilicet q̄ practica est propter opus, speculatiua vero solum propter veritatem contemplandam: sed Physica non ordinatur ad opus: quia finis eius est cognitio, et contemplatio veritatis: ergo est speculatiua. Minorem probat illic Aristot. quia rerum naturalium principia sunt in seipsis & non in nobis, & ideo non sunt a nobis operabilia. Principium autem rerum artificialium & moralium est in nobis, atq; adeo sunt a nobis operabilia, & per consequens eorum scientie sunt practicae. Ad cuius notitiam videre quicunque potest que in quarta questione premittitur super dialecticam copiose de hac re diximus. Hunc vero satis est verba Aristote. exponere. Ad hoc ergo vt scientia sit practica non satis est q̄ obiectum eius sit res factibilis, vt illic exposuimus, alias omnis scientia creaturarum esset practica, cum omnes creature sint factibiles a Deo: sed requiritur q̄ sit factibilis a nobis: et hoc est quod ait Aristote. q̄ principium talium rerum artificialium non est in ipsis, sed est ars que est in nobis. Principium autem rerum naturalium est in ipsismet rebus. Si enim statuam ligneam viridem subtrus terram condas, non nascetur inde statua, sed lignum: quia natura ipsa ligni sufficit generare lignum: statuam autem solus homo facit. Hinc est quod scientia de statua est practica, cognitio vero ligni est speculatiua. Homo enim potest cognoscere naturam ligni, non tamen facere lignum. Quinimo licet Deus daret nobis facultatem faciendi lignum, non possemus per scientiam quam habemus id facere: quia non docet modum faciendi lignum. Dico q̄ non possumus facere res naturales, nisi applicando actiua passiuis: animal enim generat animal ponendo semen in loco apto ad generationem. In Deo autem non distinguuntur scientia practica et speculatiua, nisi solum ex parte finis. Respectu enim rerum que sunt velerunt dicitur scientia practica, sed respectu earum que nunquam erunt dicitur mere speculatiua. Simili ratione Philosophia moralis est practica, quia est de rebus cuius principium est in nobis, id est de operabilibus a nobis. Principium enim moralium actuum est electio. Sicut enim ars facit opus bonum, id est laudabile secundum intellectum, ita et electio facit opus bonum et laudabile moraliter. Et ideo Aristote. 2. Ethico. capit. 2. dicit Philosophiam moralem non esse solum contemplationis gratia, sed vt boni efficiamur. Cetera de scientia speculatiua et practica, q̄ citata satis dicta sunt.

Unde ad tertium principale argumentum negatur minor, scilicet q̄ physica sit scientia practica: et ad primam probationem respondetur, q̄ quauis alique res naturales generentur in nobis, vt habitus & actus intellectus, tamen physica non tractat de illis in quantum operabiles a nobis. Quemadmodum enim physica considerat naturam nutritionis, augmentationis, et generationis: non quidem docendo quomodo nos illa faciamus, sicut ars scribendi docet scribere, sed tradendo definitiones et demonstrando passiones earum, ita

breuidum

lram

Sensibilium non est scientia.

Acg. resp. optim.

ipsum sunt breuidum et cadunt sub sensu

ho. 2. p. 9. 84. m.

hec sunt necesse q̄

lecty agery

o. p. de. 37.

q̄ de intellectu

re e deficere

na a illig. sensibilis

losofia speculatiua.

de ff. inter sa. specul. et pract.

Principia rerum naturalium sunt in seipsis

Scientia pract. et spec.

Ad 3. principale.

ita & physica est de habitibus & actibus nostris, nō modo operatio, sed modo speculatio. Philosophia moralis & physica tractant de actibus & habitibus nostris, scilicet, de temperantia, fortitudine, intentione, & electione. &c. diuersimode tamē: quia physica tractat de illis speculatio modo, scilicet, q̄ habitus est difficile mobilis, actus vero facile mobilis, q̄ interio sit in intellectu. &c. philosophia vero moralis tractat de illis practice in quantum electione operamur secundum regulas virtutis: vt, scilicet operemur scientes & eligentes & propter talem finem: ideo physica est speculatio, & moralis, practica. ¶ Ad. 2. probationem, q̄ cognitio rerum naturalium allicit nos in amore dei, responderet credo Scotus. 4. questio. prologi concedendo subinde q̄ sit practica nam simile dicit de theologia quantum ad illas veritates speculatio, Deus est vnus, Deus est trinus. &c. Nihilominus neganda est consequentia: non enim satis est ad rationem scientie practice q̄ mediante eius cognitio excitet voluntatem ad amandum rem nam tūc cognitio speculatio de natura auri, aut de natura cuiuscunq̄ delectabilis cibi, esset practica, quod certe est falsum: sed requiritur q̄ ipsa scientia sit de re operabili & modo operabili, id est, q̄ per se immediate doceat operari, quod physice non cōuenit. ¶ Ad confirmacionem responderet cum S. Tho. opusculo citato in argumento, q̄ medicina non continetur sub physica sicut species sub genere, vt scientia de triangulo continetur sub Geometria, & scientia de plantis, sub physica, quia corpus sanabile vt est subiectum medicine, non est inferius quiddam ad corpus mobile. Corpus enim sanabile a natura est species corporis naturaliter mobilis, sed corpus sanabile ab arte est subiectum medicine. At vero quia ars non est nisi auxiliium nature, hinc est q̄ physica tradit propter quid conclusionum medicine: hac ratione medicina subalternatur physice. Et hoc est quod ait Aristoteles, de sensu & sensato, videlicet q̄ physici desunt in consideratione corporis sanabilis a natura, & inde medicus incipit sumere sua principia quibus arte sanet. Et ideo nihil obstat quin physica sit speculatio, et medicina in parte sit practica. Habet enim medicina duas partes, vna que est cognitio nature herbarum & complexionis humane, & illa est speculatio & pars physice: alia vero est que docet applicare medicinas ad sanandum per artem: et hec est practica.

Ad confir. Medicina.

u. r. l. i. n.

u. r. l. i. n.

Quarta cōclusio. Physica & scientia.

Quarta cōclusio. Physica est vna scientia. Conclusio hec colligitur manifeste ex Aristotele. loco citato. 6. metaphys. vbi distinguit physicam tanquam vnam scientiam contra mathematicam & mathematicas. Et preterea probatur: quia vnitatis scientie, vt citatum est in. iij. argumento, sumitur ab vnitatis formali obiecti, sicut vnitatis potentie: sed physica, quecumq̄ tractat, considerat sub vnicā ratione mobilis, vt questione sequenti palam fiet: ergo est vna scientia. ¶ Et confirmatur quia ridiculum profecto esset dicere q̄ sint diuersę philosophię, illa que tractat de materia et illa que tractat de forma, & que tractat de motu et que tractat de loco. &c. sicut ridiculum esset dicere q̄ alia est Geometria que tractat de linea, et alia que tractat de superficie aut de corpore: & alia que tractat de triangulo & alia que tractat de quadrangulo: et q̄ in philosophia morali alia esset temperantia que precipit abstinere a carnibus, et alia que precipit abstinere a vino, quantumvis obiecta differant spe-

cie. Docet enim Aristoteles. v. metaphys. text. 7. (quod recentiores parum considerant) aliquid esse vnum in vno genere, quod est plura in alio: vt domus est plura in predicamento substantie. s. plura ligna et plures lapides: & tamen est vna in predicamento qualitatis, puta vna domus: & decē homines sunt plures in genere substantie, tamen in genere quantitatis sunt vnus numerus. Et eodem modo albedo & nigredo sunt plures species in genere & qualitatis, & tamen conueniunt in vna ratione vtilitatis: quia. s. eodem modo immutant potentia, & per consequens ab vna potentia percipiuntur. Ad hunc ergo modum dicendum est de obiecto scientie, q̄ videlicet quantumvis res que considerantur in physica sint plura in predicamento substantie aut qualitatis, aut quantitatis, conueniunt tamen in vna ratione scibilis: quia considerantur sub ratione mobilis. Et ideo simpliciter & sine addito, physica est vna scientia. Que tamen secundum diuersas species motus distinguitur in diuersas partes, scilicet in libros de celo, de generatione de anima. &c. At vero libri physicorum nō condistinguntur ab alijs tanquam species distincta, vt aliqui putant, sed habent se ad alias partes sicut consideratio rei mobilis in vniuersali ad considerationes diuersorū mobilium in particulari. ¶ Quod si quis percontetur an intelligamus physicam, saltim que pertinet ad libros physicorum, ita esse vnam scientiam vt sit vnicā simplex qualitas, is consulat questionē nostram tertiam premissā super dialecticam, vbi id ample tractauimus. Et forsitan est vnica simplex qualitas propter rationes illic adductas. At vero quicquid sit siue sint plures siue vna qualitas, nihilominus sunt simpliciter vna scientia & vnus habitus: sicut quantumvis vnus esset plures res, esset nihilominus simpliciter vnica potentia. ¶ Ad. 4. argumentum quantumquā sint qui dicant philosophiam naturalem posse esse genus ad mathematicas et metaphysicam, nihilominus hoc negatur. Philosophia enim naturalis idē est quod physica: vnde philosophia naturalis nō dicitur quia tractat de re naturali, sed quia tractat de re naturali in quantum est res naturalis. I. ea ratione qua habet in se principium motus: hac enim ratione dicitur ens mobile: metaphysica vero & mathematica tractant de rebus naturalibus, sed non ea ratione qua habent in se principium motus. Enimvero cum scientiarū diuisio (vt. q. iij. proe. super dialecticā. 2. 1. post. q. 7. adnotauimus) sumenda sit ex diuisione obiecti ea ratione qua est scibile. i. in quantum sit quoddam immateriale, sicut intellectus ipse, cuius est obiectum, est immaterialis: & immateriale fiat per abstractionem a materia et motu, sequitur vt secundū diuersos gradus abstractionis obiecti distinguantur diuersę scientie. Sunt autē tres gradus abstractionis & immaterialitatis vt. 6. meta. text. 2. & in. 11. c. 6. docet Aristoteles. nam alia qua sunt entia a materia separata, non solum secundum considerationē intellectus, sed secundū rem, vel quia nulle talium rerum possunt esse in materia, vt Deus & intelligentie, vel quia non vniuersaliter sunt in materia, sed indifferenter se habent ad res materiales & immateriales, vt, substantia, ens, & similia: & de his omnibus tractat, metaphysica, cuius subiectum adequatum est ens. Alie vero sunt res que licet secundum rem esse non possunt nisi in materia sensibili, tamen in quantum sunt obiecta scientie abstrahunt a materia sensibili, vt est quantitas, in quantum est obiectum mathematice: licet enim quantitas nō sit nisi in corpore materiali & sensibili: consideratur tamen a mathematico vt abstra-

Vnica simp. plex.

Ad. 4. principiale.

Physica, Meta. Mathe.

Tres gradus immateria.

D. 82

27 gr.

Super primum Physicorum.

hit a materia: non enim considerat de triangulo in quantum ferreus, aut ligneus, sed simpliciter. Alie vero sunt res que non solum secundum rem, sed neque secundum considerationem scientie abstrahunt a materia et motu, vt homo, equus, lignum, simum, aquilum: et de his tractat philosophia naturalis seu physica, cuius proinde subiectum est ens mobile: tractat enim de ente quocumque quatenus est in materia et subicitur motui. Exempli gratia. Rectum et curuum, cadunt sub consideratione mathematica: quia non dicunt nisi lineam talem abstrahendo ab hac vel illa materia, sed tamen, simum et aquilum, cadunt sub consideratione physica: quia non dicunt indifferenter quancumque curuitatem, sed talem curuitatem nasci: nam simus dicit nasum cauum, aquilus vero, gibbosum. ¶ Quod si quis arguat, quod tunc obiectum philosophie naturalis non dicit quid intelligibile, sed mere sensibile, siquidem non dicit quid abstractum a materia, et per consequens non est obiectum seibile. Respondetur quod ratio immaterialitatis communis obiecto cuiuscumque scientie, est quod abstrahatur a singularibus, quod etiam conuenit philosophie naturali que tractat non de hoc aut illo indiuiduo sensibili, sed de rebus ipsis sensibilibus communi. Quare secundum hanc abstractionem non sumitur distinctio inter has scientias: sed secundum abstractionem a materia et motu non solum in singulari sed in communi. Mathematica enim non solum abstrahit ab hoc vel illo triangulo ferreo, sed a triangulo ferreo in communi: quia nec tractat de ferreo, nec de ligneo, sed de triangulo. Et sic mathematica simpliciter abstrahit a materia sensibili: puta ab albo, nigro, calido et frigido. et c. Non tamen abstrahit a materia intelligibili: quia quantitas ipsa de qua tractat, quantum est subiectum, quo, aliorum accidentium, intelligitur quodammodo sub ratione materie, vt. i. par. questione. 85. articulo. primo. ad. 2. argumentum meminit Sanctus Thomas. Atqui inter quantitates, continua habet adhuc magis rationem materie intelligibilis respectu discrete secundum Aristotelem. 7. metaphys. text. xxxv. quia diuisio continui in plures unitates est diuisio materialis. ¶ Ex his sequitur quod philosophia et physica, se habent vt genus et species. Nam philosophia complectitur et moralem et rationalem et naturalem: physica vero solum dicit philosophiam realem et speculatiuam naturalem que est de ente mobili. Possumus ergo dicere philosophiam speculatiuam, naturalem, sed tamen physicam naturalem seu speculatiuam, inepte dicemus: nam physica totum hoc dicit quod sit scientia realis et speculatiua et naturalis. ¶ Ad primam confirmationem. 4. argumentum responsum est iam, quod quamuis physica sit de rebus diuersis, tamen omnia tractat sub vna ratione formalis entis mobilis. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, quod etiam si teneatur opinio. Sancti Thomae, quod vna tota scientia est vna simplex qualitas, non tamen subinde tenendum est quod sit vnica simplex qualitas respectu omnium conclusionum que certo sciuntur, et eorum simul de quibus tantum habemus opinionem: nam vna qualitas non potest habere tam diuersas naturas: nihilominus quantumquam sint diuersae qualitates tamen habitus opinatiuus reducitur ad eandem scientiam propter eandem rationem formalem obiecti: quare omnes simul dicuntur vna scientia.

gradus

Materia intelligibilis

Philosophia et physica

Ad confirmationes

Quinta conclusio sub

¶ Quinta conclusio. Subiectum physice, idest philosophie naturalis, est ens mobi-

le. Que nam sint conditiones ad rationem subiecti pertinentes, questione quinta premiali super dialecticam satis, superque expositum est. Ens mobile idem est quod ens naturale. Ad cuius notitiam notandum est, quod Aristotele, vt videbimus, 2. huius, text. iij. c. 4. 7. 5. distinguit inter naturam, et ens naturale, et ens secundum naturam. Natura vt illic explicauimus, est tam materia quam forma que sunt principia motus naturalis: ens vero naturale est ens habens naturam, idest suppositum quod ex materia et forma componitur: sed ens secundum naturam est motus ipse et passiones naturales: vt ferri sursum aut deorsum, calefacere et caleferi. et c. Et quia natura idem est quod principium motus, fit vt ens naturale, idest, habens, naturam idem sit quod ens mobile, id est, habens in se principium sui motus: ad differentiam rerum artificialium, et moralium quorum principia sunt extra in arte: ce aut ineligente. ¶ Quo circa distinguunt nonnulli ens mobile, vt mobile dicatur, aut subiectum, aut terminus motus. Et accipitur hic motus, non ita stricte vt accipit Aristoteles, 5. huius, text. 8. vbi ait generationem non esse motum, sed mutationem, at accipitur hic vt nomine motus comprehendatur etiam generatio. Itaque materia (vt aiunt) dicitur mobilis tanquam subiectum generationis, et forma dicitur mobilis tanquam terminus, quo, generationis, et totum compositum tanquam terminus, quod idest tanquam id quod generatur. Et in altera ratione totum compositum est mobile tanquam subiectum, et calor qui acquiritur dicitur ens mobile tanquam terminus, quo, alterationis, et calidum tanquam terminus quod, idest tanquam id quod fit calidum. Et pariter in augmentatione, et suo modo in motu locali. ¶ Bipartita ergo est opinio de subiecto philosophie. Albertus Magnus cui Egidius subscribit, ait subiectum philosophie esse corpus mobile. Cuius rationes tetigimus in. 6. argumen. At, S. Tho. in hoc titidem prologo dicit subiectum esse ens mobile. Rationes huius inter alias quidam ex discipulis. Sancti Thomae assignant hanc. Subiectum scientie communitatis, seu totalitatis debet predicari in recto de omnibus contentis in illa scientia (subiectum enim est quod omnia sub se continet) at, corpus mobile, non predicatur in recto de omnibus, nam tractat hec scientia de materia et forma et de accidentibus, que non sunt corpora: sed tamen, ens mobile, predicatur de illis: ergo non, corpus mobile, sed, ens mobile, est subiectum physice. ¶ At veroratio hec profecto nec est. S. Thomae neque verum assumit. Ens enim est subiectum metaphysice, vt docet Aristoteles, 4. metaphys. text. 1. et tamen non predicatur in recto de omnibus de quibus tractat metaphysica: quippe que tractat de natura accidentium, que non sunt entia sed entis entia. 7. metaphys. text. 2. et subiectum librorum de anima est anima, que tamen scientia tractat de potentis et actibus que non sunt anima, sed anime potentie, et subiectum theologie est Deus: qui non predicatur de omnibus contentis in illa scientia, ergo ad rationem subiecti illud non requiritur. Quod manifeste affirmat, S. Thom. in hoc. 1. lib. lec. 2. in diuisione textus vbi ait quod in hoc libro determinat Aristoteles de principijs subiecti huius scientie, idest de principijs entis mobilis: non ergo dicit materiam, aut formam considerari in physica, quia est ens mobile: sed quia est principium entis mobilis. ¶ Ex quo sequitur quod quando dixit ens mobile esse subiectum physice, non accipit ens in illa generalitate vt dicatur de materia, aut for-

iecto physice ens mobile.

natura ens naturale ens secundum naturam

Ens mobile

Duo opinioniones.

Nota quod gradus dicit Aristoteles quod ens mobile est subiectum physice. non intelligit ens abstractum communitate sed solum vt dicitur de substantia mobili

m I corolm

ma aut de accidentibus, sed solum vt dicitur de toto supposito. Imo vero ens non predicatur in recto de materia aut forma, quia analogice dicitur de substantia totali et accidentibus: quare de sola substantia dicitur in recto materia vero aut forma non est substantia directe sed principia substantie: et ideo nec est ens sed principium entis. Sequitur. 2. q. nec mobile accepit in illa generalitate sicut materia dicitur mobilis aut accidens dicitur mobile sed pro supposito: quia simpliciter loquendo certe, nec materia, nec forma dicuntur mobilia, sicut nec dicuntur entia naturalia: sed principia entis mobilis et naturalis, vt ait. S. Tho. loco citato: q. necq. materia neq. forma generatur, sed totum vnde sola substantia completa corporea simpliciter et absolute dicitur ens naturale et mobile, que videlicet habet in se naturam. i. principium motus. Ex quo sequitur tertio q. quando dixit ens mobile esse subiectum, et non corpus mobile, non accepit ens, tanquam aliquid in supponendo superius ad corpus, vt comprehenderit materiam, vel formam, vel accidens: sed tanquam superius in significando. s. q. ens mobile, non in quantum corpus, sed in quantum ens, est subiectum physice. Cuius ratio est subiectum scientie est id quod tanquam notissimum supponitur in tali scientia, vt. 1. post. text. 2. habetur: corpus vero mobile, non supponitur tanquam notissimum in physica, sed ens mobile: ergo, ens mobile, est subiectum et non corpus mobile. Minorem probat. S. Tho. ex. 6. phys. text. xxxij. vbi probat Aristote. omne mobile esse visibile, et per consequens esse corpus. Sed offert se statim argumentum q. Aristote. non probat corpus mobile esse in rerum natura, sed id solum q. omne mobile est corpus: imo corpus mobile esse in rerum natura est per sensum notissimum, et per consequens non probatur, corpus mobile, non esse subiectum. Hic notandum est q. S. Tho. nunquam somnauit, (vt quidam opinantur) q. corpus mobile esse in rerum natura probetur ab Aristote. Imo certo sciebat hoc esse sensu notissimum. Sed ratio. S. Tho. consistit in hoc. Subiectum scientie est illud de quo tanquam notissimum supponitur in tali scientia esse primum fundamentum et rationem omnium passionum que demonstrantur in tali scientia, nam subiectum est vnde immediate sunt passionem, et per consequens est fundamentum totius scientie (vt. q. 5. proe. super dialecticam expositum est) sed motus et quies est prima et potissima passio de qua physice considerat: ergo illud est subiectum in physica de quo tanquam notissimum supponitur esse subiectum et rationem motus: supponitur tamen tanquam notissimum q. omne quod mouetur est ens, no tamen supponitur, sed probatur q. omne mobile est corpus: ergo, ens mobile est subiectum potius quam corpus mobile. Confir. hec ratio. Motus diffinitur. iij. phys. text. 6. q. sit actus entis in potentia, et non dicitur q. sit motus corporis mobilis: ergo formaliter loquendo ens est subiectum motus, et per consequens subiectum physice. Et inde non video: mihi consentire cum domino et aietano in suo opusculo de subiecto scientie, q. requiratur ad rationem subiecti, quando exprimitur per subiectum et accidens, q. tale accidens sit conuertibile cum tali subiecto: nam linea visua. lis, est subiectum perspective, et numerus sonorus subiectum Musice, tamen nec, visuale, conuertitur cum linea, nec, sonorus, cum numero, est enim aliqua linea que non est visua. lis, et aliquis numerus qui non est sonorus: sed satis est q. tale acci-

dens illi soli subiecto conueniat, licet non omni. Imo si illud esset necessarium, sequeretur q. ens mobile, non esset subiectum physice: quia aliqua sunt entia, que non sunt mobilia, vt Deus et intelligentie. Est veruntamen hic vnum argumentum quod illic Laeta. obscurioribus verbis format. Si ens mobile esset subiectum physice, sequeretur q. passio ipsa de qua physice considerat includeretur in ratione subiecti, consequens est falsum, quia ratio subiecti tota presupponitur in scientia, passionem vero non supponitur, sed demonstrantur. Sequela tamen patet, quia mobilitas est passio de qua tractat physica. Nec satis est respondere q. mobilitas, vt dicit aptitudinem ad motum, est ratio subiecti, physica autem solum considerat de motu. Non inquam hoc plane satisficit: nam physica no solum tractat de motu: sed de mobilitate: nam moueri no est passio, sed mobilitas, cuius effectus est motus: sicut scientia de homine non tractat de risu solum, sed de risibilitate. Propter argumentum respondet Laeta. q. mobilis vt est subiectum, non dicit aptitudinem, sed fundamentum mobilitatis. Quod profecto explicare vix potest quid sit. Nec tamen est clarissimum: nec opus est in istas angustias incidere. Etenim cum dicimus ens mobile esse subiectum, nihil aliud intelligimus, q. ens naturale. i. ens habens in se naturam que est principium motus. Et certe hoc tanq. notissimum supponit physice esse. Ex his sequitur primo q. non est opus hic distinguere (vt aliqui discipuli. S. Tho. distinguunt) q. duplex est subiectum physice: aliud. s. totalitatis, seu communitatis: et illud est ens, mobile quod (vt dicit) in recto predicatur de toto mobili et de eius principis et accidentibus: et aliud est subiectum principale: et illud est corpus mobile, de quo principaliter physica considerat. Nec inquam distinctio non est necessaria: quia ens mobile, vt est subiectum, tam ostensum est, non esse superius in supponendo ad corpus: nec supponere pro principis et accidentibus: sed sola ratione esse in significando superius. Et hinc de causa. S. Tho. licet hic vbi erat questio de ratione formalis subiecti, dixit ens mobile esse subiectum, tamen vbi inquit loquitur materialiter de subiecto physice, asserit illud esse, corpus mobile, vt patet. 1. p. q. 84. artic. 1. in argumento: sed contra, et de verit. questio. 14. arti. 8. ad. 16. argumen. Sequitur secundo q. ens mobile non accipitur hic vt discipuli isti. S. Tho. iunior es (alias egregie docti) existimant, videlicet pro composito tam substantiali, vt est homo, quam accidentali, vt est aggregatum ex corpore et albedine, pro quo aggregatum dicunt supponere ly album. Enim vero quamuis aggregatum ex homine et albedine sit ens per accidens, vt ait Aristote. 6. meta. tex. 4. tamen nunquam, nec ipse, neque aliquis philosophus admisisset q. album supponeret pro illo aggregato: nam illud non est ens simpliciter, sed entia, album vero est ens, solum pro corpore supponens, quod habet albedinem. Et sic ut illud aggregatum non est corpus, vt illi fatentur, ita nec est album. Est enim album nomen denominatum, quod proinde non supponit, nisi pro re cui inest albedo. Et preterea aggregatum illud non solum non est album, verum neq. ens simpliciter, sed solum secundum quid: atq. adeo, ens inobile, quod est subiectum philosophie, non verificatur simpliciter de illo. Quia de causa Aristote. loco citato dixit ens per accidens non esse subiectum scientie. Accipit ergo hic ens mobile pro substantia mobili, que est corpus directe positum in predicamento

Arg. caretan

Ens mobilis

Non est duplex subiectum.

1. coroll. m. c. Tabellii

2. coroll. m.

Super primum Physicorum.

camento substantie. Nulla me certe cupido tenet, aut concertandi, aut comparatione aliorum gloria aucupandi: ob idque, quam fuerit possibile, paucissimos citabo, cum quibus contendam. Erit tamen nonnunquam necessarium adnotare aliquas opiniones extraneas, que philosophia exorsam faciunt.

¶ Ad quintum ergo argumentum negatur primo quod ens non dicat unum conceptum, etenim, vt. q. 1. super. 4. cap. predicamentorum explicauimus, nihil verat ens esse analogum, et nihilominus simpliciter conceptum subordinari. vnde Aristot. ipse vt rursus simul asserit. iij. meta. et quod ens sit analogum, et quod sit nihilominus subiectum metaphysice. Sed secundo dicimus, quod hic non est subiectum secundum totam analogiam, sed vt dicitur de substantia mobili.

¶ Ad confirmationem respondetur quod physica nec est pars subiectiua. i. species metaphysice, neque illi subalternata. Ad hoc enim vt sit pars subiectiua, requiritur quod contineatur sub eadem ratione scibilibus: sicut scientia de triangulo est pars mathematice, quia scientia de triangulo abstrahit a materia sicut geometria. At tamen ens, vt est subiectum metaphysice: abstrahit a materia et motu, quomodo non abstrahit, ens mobile, et ideo non est directe inferius ad ens in ratione scibilibus. Erit tamen hoc modo scientia de celo, aut de generatione, pars subiectiua physice. ¶ Item ad rationem subalternationis requiruntur duo. Primum quod subiectum scientie subalternate sit accidentaliter inferius ad subiectum subalternantis. i. sit contractum per accidens, quod sit extra essentia illius subiecti (quod. 1. post. 7. cap. 7. text. 20. explicuimus) vt visus. i. le, contrahit lineam ad subiectum perspectiue. At tamen ens quod est subiectum metaphysice est de intrinseca quidditate cuiuscumque rei: siue sit substantia, siue sit accidens: vt. q. 1. super cap. iij. predicamentorum adnotauimus: et ideo, ens mobile, non est accidens omnino extraneum ab ente, vt faciat subalternationem scientie. Secundo, requiritur ad rationem scientie subalternate quod eius principia probentur a scientia subalternante, vt. 1. post. super. text. xliij. expositum est: sed tamen principia physice non probantur in metaphysica (nisi quatenus metaphysica est generalis scientia) quia physice resoluunt sua principia vsque ad immediata ex se nota sensui. ¶ Ad sextum denique argumentum responsum est in. 5. conclusionem, cur corpus mobile non ponatur subiectum physice. At vero primam probationem in contrarium assument Scotiste in fauorem conclusionis. Probant inquam, ens mobile, esse subiectum physice, potius quam corpus mobile, eo quod physica (inquunt) tractat de intelligentis, que sunt quidem entia mobilia, non tamen sunt corpora. Ratio tamen vt rursus premissam habet falsam. Enim vero intelligentie non sunt entia mobilia motu physico: cum motus physicus mensuratur loco et tempore, a quibus tamen angelus, cui sit incorporeus non dependet. Sed mouentur angelus motu discreto inde penderet a loco: potest enim esse hic et immediate post hoc in loco distanti sine transitu per medium: quod alterius est negotij disputare. Qui quidem motus non est physicus. Nec intelligentie sunt mobiles alio genere motus physici. Quamobrem falsum etiam est quod physica tractet per se de intelligentis, sed tota eius consideratio terminatur ad animam, que est actus corporis, vt. 2. phys. videbimus. quod si tractet physica de intelligentis, non est per se, quia sunt mobiles, sed ad explicandum naturam mobillium celorum quorum ipse sunt motrices. Qua ratione

tractatur etiam. 8. phys. de primo motore. ¶ Agitur ad argumentum negatur sequela. s. quod si ens mobile, sit subiectum physice, tunc physica tractet per se de intelligentis: nam quauis sint entia, non tamen sunt entia physice mobilia. ¶ Ad secundam probationem, quidquid sit de ratione corporis, an illa sit fundamentum et ratio: vt res sit mobiles: tamen non est hoc ita manifestum sub ratione corporis: quin aliqua manifestatione indigeat: et ideo ponitur, ens mobile, subiectum cum per se sit manifestissimum omne mobile esse ens. Ad Commenta. vero respondetur quod dicit, res sensibiles esse subiectum non sollicitus de ratione formali subiecti, sed quia in rei veritate sole res sensibiles sunt entia mobilia. ¶ Ad tertiam probationem conceditur quod tota physica non tractat, nisi de corporibus: non tamen inde sequitur quod ratio corporis sit manifestissima ratio mobilis, sed id solum quod nullum est ens mobile, nisi sit corpus. ¶ Sequitur in textu caput primum. Hoc enim vt in prologo Commentorum admonuimus, obseruandum est: nempe in cuius questionis sine fiat ad commenta remissio.

¶ Text. I. Manifestum est.

Quæstio secunda.

¶ VTRVM MODI PRO-
cedendi: quos Aristot. proponit à prin-
cipijs ad composita & ab vniuer-
salibus ad particularia:
sint commodi.



Arguitur primo ad-

uerlus partem affirmatiuam. Con-
clusiones due Aristotelis sibi ipse
repugnant: ergo altera earum est
falsa. Probatur antecedens. Prin-
cipia rei sunt notiora nature, nobis vero minus no-
ta, vt patet primo autoritate Comment. cōmen. iij.
et secundo, autoritate Arist. text. iij. vbi ait totum
notius nobis esse quàm partes: et tertio experientia,
quod sensui prius sese offert totum quàm partes: natu-
re vero simpliciora sunt notiora: quia a simplicibus
principijs procedit ad composita, sed in secunda
conclusionem asserit Arist. a notioribus nobis, natu-
re vero minus notis, incipiendum esse: ergo non
est inchoandum in physica a cognitione principiorum,
vt asserit prima conclusio. ¶ Et confirmatur argumē-
tum. Si incipiendum esset a cognitione principio-
rum, id maxime esset (vt dicitur in expositioe pri-
mi text.) vt seruetur nature ordinē, sane que a prin-
cipijs ad composita procedit in rerū productione: sed
hoc non: ergo. Probatur minor: quia ordo cognitio-
nis contrarius est ordini productionis. Quod enim
est prius in cognitione, est vltimum in productio-
ne, vt. 2. phys. videbimus: artifer namque prius pro-
ponit facere domū, licet in operatione a fundamē-
tis incipiat: et ideo. 1. meta. cap. 1. docetur quod finis
est primum mouens. ¶ Secundo principaliter arg.
Si a cognitione principiorum esset inchoandum, id es-
set presertim quod cognitio totius penderet ex cog-
nitione principiorum, elementorum, et causarum, vt Ari-
stot. probat: sed hec ratio assumit falsum: ergo et con-
clusio est falsa. Probatur minor. Si illa est vera, sequeret
quod nulla res naturalis eēt naturaliter cognoscibilis:
quod est falsum, nā cū res naturales create sint finite
entitatis, et ens sit obiectum intellectus, oēs sunt a
poten-

resp. Ad. 5. prin-
cipale.
Ens dicit
vnum con-
ceptum.
analogum
subiectum
vniuersali
vniuersali
vniuersali
vniuersali
vniuersali
vniuersali

em subalternationem
euntur duo

ad. 6.

gely no mouet
u phisicu

am

terminatur

Corr^o

m m
2 nro

potentia finita, et per consequens naturaliter cognoscibiles. Sequela tamen probatur. Quaecumq; res habet infinitas partes quantitativas, et homo (in via Aristotelis) dependet ab infinitis hominibus, scilicet a patre, avo, proavo, et sic in infinitum: infinita autem non possunt naturaliter cognoscitergo. Quod si dicat illa esse infinita principia per accidens, quorum proinde cognitio non est necessaria ad cognitionem rei, arguitur aliter. De homine et de quacumq; re dicuntur infinita predicata essentialia: nam inter quaecumq; duo predicata potest assignari perfectio media, ut a. que sit imperfectior quam natura hominis, et perfectior quam natura animalis, et b. medium inter a. et animal. Item possunt multiplicari infinite passiones et proprietates, et sunt infinita alia accidentia, et effectus que possunt convenire hominibus: que omnia requiruntur ad perfectam rei cognitionem: que tamen cum sint infinita, non possunt cognosci. Et id maxime patet de fine hominis, qui est causa per se ipse, tamen non potest naturaliter cognosci: cum consistat in aliquo supra naturalis, puta in visione Dei. Simo vero cum Deus et intelligentie, et sol, et orbis celestes, omnes sunt horum inferiorum per se causas: sequitur quod nulla creatura harum inferiorum possit cognosci, quin cognosceretur natura Dei et omnium colorum et supra celestium, et per consequens nulla possit esse scientia rerum naturalium, ut dicebat Heraclitus. Et confir. Sequeretur quod scientie mathematice, quas Aristoteles ubique appellat scientias certissimas, non essent proprie scientie: nam ut diximus in expositione textus primi, non demonstrant nisi solum per causam formalem, que abstrahunt a materia, et sic per scientiam mathematicam non cognosceretur perfecte natura trianguli, cum non sit cognitio quoad omnes eius causas. Tertio principaliter arguitur contra secundam conclusionem. Cognitio nostra incipit a sensu: sed singularia sunt sensibus propinqua, quam universalis: ergo singularia sunt nobis magis nota et ab illis inchoandum est: quod Aristoteles expresse asserit. i. post. text. 5. vnde. i. de anima text. 8. universalis (inquit) aut nihil est aut posterius est: ergo cum hic doceat ab universalibus incipiendum esse, non solum fallum, sed contra se ipse loquitur. Quarto principaliter argu. adversus eandem. Universalis sunt nobis cognitio difficilissima, eo quod sunt a nostris sensibus remotissima, ut est sententia. Aristoteles. i. meta. cap. 2. ergo fallum est quod universalis sunt nobis notiora. Et confir. Si universalis essent nobis notiora, sequeretur eadem ratione quod quanto essent universaliora tanto essent notiora, et per consequens conceptus entis omnium universalissimus, esset primus quem de rebus conciperemus, consequens est fallum: ergo et antecedens. Probatur minor. Universalis sunt ab intellectu per abstractionem a singularibus: ergo quanto sunt propinqua singularibus facilius abstrahuntur, et quanto remotiora, difficilius. Quinto principaliter tandem argu. contra illam propositionem in text. 2. scilicet quod non sunt eadem nobis nota et nature. Magis universalis sunt nobis prius nota, ut dicitur. 2. eodem. sed eadem sunt etiam notiora nature: ergo eadem sunt nobis notiora et nature. Probatur minor. Ea sunt notiora nature (ut ait commentator) a quibus natura incipit operari, ideo principia sunt illi notiora, sed natura incipit operari ab universalibus: prius enim embrio vivit vita plante, mox vita animalis, et tandem vita hominis ut habetur. 2. de gener. animal. cap. ij. ergo animal notius est natura quam homo,

sicut et nobis. Et confir. Color notior est nobis quam species visibiles, que producuntur per medium, cum species ipse non sentiantur, licet sint instrumenta quibus colorem sentimus, et idem color etiam est notior nature quam species, cum color sit causa specierum: ergo. Et confir. 2. In mathematicis eadem sunt nobis et nature notiora, ut. i. post. q. 2. adnotavimus: nam principia illa, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, et su per quamlibet lineam triangulum constituere, sicut sunt notiora nature conclusionibus inde illatis, quia sunt causa illarum, ita et sunt nobis notiora, quia sunt simpliciora et sensibus magis manifestata: ergo non est universaliter conclusio vera, scilicet quod que sunt nature notiora sunt nobis minus nota. In contrarium est autoritas Aristoteles, qui text. i. statuit primum ordinem a principijs ad composita, et text. 2. secundum ab universalioribus ad minus universalis.

De hac questione multi multa dicunt, etiam ex doctoribus schole. S. Tho. que

vera forsitan esse possunt, nobis tamen, preterquam quod sunt prolata, et plusquam metaphysica, ad rem parum pertinere videntur. Quod ergo ad mentem Aristoteles. et veritatem exponendam satis est, sex conclusionibus subsicium. Supponendum est in primis. Textus expositione quod Aristoteles. in. i. capit. primi libri, non loquitur de principijs aut causis secundum intentionem et posteriori ordine, quales sunt premisse respectu conclusionis (hoc enim alterius est negotij) sed solum loquitur de obiecto scientie et eius principijs a quibus realiter dependet. Nec loquitur de universalibus aut particularibus propositionibus, ut in li. peri hermet. sed solum de cognitio nibus quibus res confute magis, aut distincte cognoscuntur. Intendit enim ut illic dicebamus, statuere duos ordines quibus tradenda est doctrina de aliqua re. Primus spectat ad res de quibus est scientia: ut scilicet cognitio incipiat a consideratione principiorum rei de qua traditur scientia: secundus vero spectat ad ordinem cognitionum: ut videlicet qui doctrinam tradit, incipiat prius per notitias magis universales et confusas. Quamobrem duo erunt articuli in hac q. Primus erit de primo ordine: qui habebit tres conclusiones, et secundus de secundo, qui habebit item tres. Hoc supposito incipiendum est a materia quarti et sequentium argumentorum, quibus petitur que sint nobis notiora, et que sint notiora nature: vnde tota materia pendet. Et prius de notioribus nature Paulus venetus et fere expositores respondent aliquid esse notius nature quadrupliciter. Uno modo illud est notius nature quod secundum naturam est magis cognoscibile: et sic perfectiora sunt notiora nature. Et hoc modo ait Aristoteles. 2. meta. text. i. q. sicut vesperilio oculi ad lumen diei, ita et intellectus anime nostre se habet ad manifestissima nature.

Secundo modo illud est notius nature, quod est principaliter intentum a natura. Et hoc modo species est notior quam genus: quia natura non intendit animal producere nisi intendendo aliquam certam speciem. Tertio modo est notius nature, illud quod potest cognosci sine alio, quemadmodum sic Aristoteles. 5. meta. text. 16. illa esse priora, que possunt esse sine aliis et non e converso, ut principia possunt intelligi sine composito et genus sine specie. Quarto modo illa dicuntur prius natura, a quibus natura incipit operari. Et hoc modo ait hic Commentator. text. ij. quod principia sunt notiora nature quam composita, et minus

o3 amir...
Duo ordines doctrinae.
Notiora nature, quod notior modis.
qd. s. s. simp. magis cognoscibile et angeli sunt. uia alijs s. m. ab his. magis.
Sicut s. metaph.
q. in illa dicitur...

nozem expresse confirmat Arist. 2. phi. tex. lxxv. 7 in fra ubi ait qd sicut artifex primo cognoscit finē quē intendit puta domum, 7 deinde inquirat media q̄ ordinat in ipsum, ita facit natura. Unde sicut i his qui intellectu operantur finis est prius cognitus cognitione cōfusa, ita 7 secundum suam naturam totum est prius notum quam partes. ¶ Tertia conclusio. Cognitione distincta partes sunt notiores toto, tam nobis, quam nature. Probatur quia cognitio distincta totius, vt paulo ante dicebam⁹, est cognitio qua cognoscimus totum resoluendo illud in suas partes: ergo cognitio distincta totius depe det ex cognitione partiu. Et de hac notitia distincta intelligendus est Commentator: quando dicit principia esse notiora nature, quam compositum. Sed in hoc videtur defecisse: nempe qd dixerit eadem principia esse nobis minus nota: cum profecto sicut cognitione confusa totum est prius notū 7 nature 7 nobis, ita cognitione distincta principia sunt prius 7 magis nota nobis atq; nature. Licet enim cognitione confusa a toto procedamus ad partes, tamen in cognitione distincta ex cognitione partiu reuertimur ad cognitionem totius. Quare de ordine cognoscendi totum 7 partes, nulla est differentia inter nos 7 naturā. ¶ Hinc sequitur prima propositio Aristotelis, que est premissa prime conclusionis. Scientia totius dependet ex cognitionibus principiorum, causarum, 7 elementorum. Probatur, nam scientia est distincta rei cognitio: sed distincta cognitio totius dependet ex distinctis cognitionibus principiorum 7 causarum: ergo.

¶ Hanc conclusionem tanquam communem animi conceptionem probauit Arist. 1. poste. tex. 5. ex communi consensu omnium tam vere scientium quam eorū qui aliquid scire se putant: omnes enim consentiunt qd tunc aliqua res scitur, cum cause cognoscuntur. Et ratio colligitur ex illo. 2. meta. 4. qd rei veritas, que est obiectū intellectus, sumitur secundum esse ipsius rei: 7 quia esse rei non est aliud quam quod habet ex suis causis, sit vt cognitio scientifica rei ex cognitione principiorum eius proficiatur. ¶ Ex his tandem colligitur primus ordo tradendi doctrinam alicuius rei expressus in prima conclusione principali Arist. vt. scilicet ab eius principijs sumatur exordium.

¶ Vnde ad primum argumentum principale distinguitur antecedens, videlicet qd principia rei sint notiora nature. Si enim intelligatur de cognitione distincta, conceditur: sed negatur tunc qd isto modo sint nobis minus nota. Hec Arist. nec Commentat. nec experientia docet, nisi qd totum est nobis notius cognitione confusa: quae etiam secundum naturam est notius, vt probatum est. Et quia ordo tractandi de re est secundum cognitiones distinctas, incipiendum est a principijs. Neq; huic repugnat: 2. conclu. in qua solum habetur qd in ordine cognitionum incipiamus a confusioribus 7 magis vniuersalibus: que, vt videbimus articulo sequenti, sunt nobis notiora, 7 minus nota nature. ¶ Ad confirmationem facilis est per ea que dicta sunt solutio. Concedimus namq; rationem incipiendi a principijs esse quia natura inde incipit operari: 7 quando subsuntur quod ordo cognitionis est contrarius operationi, distinguitur: ordo namq; cognitionis confuse contrarius est ordini compositionis: nam artifex prius confuse 7 abstractiue cognoscit domum, cuius ideā format in mente, quam tamen domum vltimo in re facit, veruntamen ordo cognitionis distincte sequi-

tur ordinem compositionis. Prius namq; distincte 7 intuitiue artifex cognoscit lapides, quos manu tenet ad conficiendum parietem, quam parietem ipsum, 7 prius parietem intuitiue quam totā domum. Et ita in naturalibus cognitione distincta principia sunt secundum naturam prius 7 magis cognoscibilia quam totum. ¶ Ad secundū principiale illic responsum est qd cognitio causarum 7 principiorum per accidens, que multiplicatur ratione materie, aut indiuiduorum (vt sunt partes continui, aut parientes omnes a quibus homo descendit) non est necessaria ad cognitionem rei. Et eadem ratio nec requiritur cognitio omnium accidentium communium, sed satis est cognoscere potentiam passiuam recipiendi illa. Neq; requiritur cognitio omnium effectuum: sed satis est cognoscere potentiam actiuam. ¶ Ad aliud vero de predicatis quiditatis, in primis negatur qd de homine sint dicibilia infinita quiditatis predicata (quod in predicabilibus questione de specie satis vt credo monstraui) non enim de homine sunt plura predicata essentialia, quam vsq; ad generalissimum substantie, vel vsq; ad ens. Et quamuis animal. v. g. forsan diuidatur in alia genera subalterna, vt in canem 7 pecus, que sub se habet alias species, non tamen inde sequitur qd inter quascunq; duas species sit dabilis conceptus medius, qui constituat nouam speciem, imo in hoc Arist. 10. meta. text. 8. comparat species numeris, qd quamuis quinarium in infinitum excedat quaternarium, adhuc sensum, qd nunquam perfectio quaternarij potest attingere ad perfectionem quinarij, nihilominus inter quaternarium 7 quinarium non est dabilis medius numerus: ita in speciebus licet ad hunc sensum in infinitum distent, vt nulla possit attingere perfectionē alterius, nihilominus possunt esse due ita immediate, vt inter illas nō possit esse medium predicatum essentialia. Quo circa. 8. meta. text. 10. ait qd resolutio diffinitionis non procedit in infinitum. Et eadem ratione nec sunt infinite passiones essentialia alicuius speciei. ¶ Unde negatur creaturam non posse comprehendī ab alia creatura. Quinimo profecto non dubito quin angelus naturaliter possit comprehendere totā quiditatem cuiuscunq; inferioris creature. Nam comprehendere aliquam rem nihil aliud est, quam illam cognoscere quantum illa secundum naturam suam est cognoscibilis, vt ly cognoscibile dicat potentiam passiuam in re ipsa, 7 cum omnis creatura sit finite perfectionis 7 entitatis, habet finitum cognoscibilitatis passiuę: 7 ideo nihil repugnat quominus a potentia finita comprehendatur.

¶ Dixerim, vt cognoscibile dicat potentiam passiuam eo qd Deham in. 4. questione. 13. quem fere iuniores imitantur, opinatur nihil comprehendī, nisi cognoscatur summa notitia qua cognosci potest: 7 quia quecunq; creatura potest adeo cognosci infinita notitia, infert nullam creaturam esse comprehensibilem, nec a summo angelo: quippe qui non potest creaturam cognoscere summa notitia qua creatura est cognoscibilis. ¶ Attamen isti profecto tam incomprehensibilem faciunt creaturā, quam Deum: cum tamen Iher. cap. xxxij. de Deo specialiter dicat qd est magnus consilio 7 incōprehensibilis cogitatu. Et preterea qui creaturam dicit esse incomprehensibilem nisi a Deo, preter qd male loquitur in fide, non respicit naturam comprehensionis, que est vt tantum cognoscatur quātum est passiuę secundū suam naturam cognoscibilis, 7 non quātū est cognoscibilis a tali vel tali cognoscente

ad 2^m.

Creatura est comprehensibilis.

comprehendere aliquam rem.

natura comprehensibilis

Questio. II. De ordine cognitio.

sciente. Quantuncumq; enim deus infinita notitia cognoscat creaturam, non vetat quo minus angelus cognoscat formam quantum ipsa est cognoscibilis, simpliciter comprehendat illam: sicuti qui parvam habet manum simpliciter comprehendit lapillum paruum, non obstante q; qui maiorem haberet manum, melius comprehenderet. Et ideo deus a se solo est comprehensibilis: quia sicuti passivus est infinite cognoscibilis, ita est infinite cognoscitivus: utrunq; enim habet ratione infinite essentie. Unde Arist. infra text. 35. ait q; infinitum eo q; infinitum, non est cognoscibile. i. comprehensibile: insinuans id quod est finitum posse quidem a nobis comprehendere. **¶** Dixerim tamen q; angelus, & c. quia forsitan homo pro isto statu nullam creaturam cognoscit quantum est cognoscibilis: quia, v. g. non cognoscimus omnia genera subalterna usq; ad immediata genera specierum, neq; in substantijs neque in accidentibus: atque adeo nec ultimas differentias, neq; omnes proprias passiones. Cuius causa est materialitas corporis cui submergitur anima. De anima separata alia erit ratio, que non est loci presentis. **¶** Hoc tamen non obstante non est philosophis adeo anguste loquendum de scientia, quo minus concedatur veram & propriam scientiam physicam nobis esse possibilem. Satis enim est q; habeamus rerum scientias humano modo. Quemadmodum in operabilibus ait Arist. i. ethi. homines esse beatos non ut deum vel angelos: sed ut homines. Ad quod satis est cognoscere naturam materiam & formam, causam agentem & finalem in naturalibus, atq; adeo scire naturam passionum quas in rebus experimur. Ita namque & Arist. & philosophi loquuntur: & subinde nobis loquendum est. **¶** Neq; opus est ad cognoscendum naturam hominis cognoscere finem eius supra naturalem, neque Deum quantum ad ea que naturaliter non sunt cognoscibilia, sed satis est cognoscere Deum & orbem celestes: quatenus sunt horum causa inferiorum quemadmodum hec Arist. novit. **¶** Ad confirmationem negatur q; ea que cognoscuntur scientijs mathematicis non sint vere scita. Etenim cum Geometria, v. g. tractet de triangulo quatenus abstrahitur a materia, & per consequens a fine & efficiente, satis scitur natura trianguli in quantum est abstractus, si sciatur eius passiones quas Geometria de eo demonstrat.

Sciētia hu
mana.

Arti. scds.

¶ Secundus articulus est de secundo ordine & conclusionem Arist. Ubi hoc primo notandum est, q; tam univiale quam singulare dupliciter accipitur apud Aristotelem. Animum vero, i. post text. 5. accipit singulare simpliciter pro indivisivo, que sunt sensuum obiecta, & univiale opposito modo pro eo qd abstrahitur per operationem intellectus a singularibus: ut species comprehendat & genera. Hic vero accipit singulare pro speciebus specialissimis, que dicuntur singularia inter obiecta scientiarum, propterea q; in illis terminatur scientia: quippe cum non descendant ad individua, uti cap. de specie ex Platone refert Porphyrius in specialissimis esse quiescendum. Et univiale accipitur pro genere quod in potentia & confuse continet sub se species. Et respectue inferius genus subalternum dicitur etiam singulare respectu superioris. **¶** Est ergo quarta conclusio huius, q; & prima huius articuli. Loquendo de univiale & singulari primo modo, singulare est prius cognoscibile nobis quam univiale. Hanc conclusionem expresse Aristotelem asserit loco citato. Cuius ratio

Quarta cō
clusio.

est: quia cognitio nostra incipit a sensu: & singularem obijciuntur sensui, & inde per abstractionem intellectus cognoscit univiale. Non est hic locus disputandi, an intellectus cognoscat prius singularem quam univiale, an vero prius cognoscat univiale, & postea per reflexionem ad phantasma cognoscat singulare. Est namq; opinio Duran. 2. sen. d. 3. q. 7. & Gregorij lib. 1. d. 3. q. 3. ar. 2. & fere recentiorum, q; quemadmodum sensus: ita intellectus prius cognoscit singularem, & deinde abstrahit univiale. Alia est opinio contraria. S. Tho. 1. p. q. 85. & 86. & alibi frequentissime: q; videlicet prius intellectus cognoscit univiale, & deinde per reflexionem ad phantasma singulare. Que absq; dubio videtur esse expressa sententia Aristot. 2. de anima tex. 60. ubi ait q; sensus est singularium, & scientia univiale: sed expressius in 3. tex. 10. & 11. ubi ait q; intellectus est univiale, sensus vero singularium: & 5. meta. text. 16. ubi expresse ait univiale esse priora cognitione secundum intellectum, singularia vero secundum sensum. **¶** Et ratio naturalis est, quia cum intellectus sit potentia passiva immaterialis, non potest pati nisi ab obiecto itidem immateriali. Duo circa phantasma, quod est materiale, non potest immediate movere intellectum, nisi negotio intellectus agentis abstrahantur species immateriales (& per consequens univiales) que recepte in intellectu possibilibus ipsam immutent ad cognoscendum. Atqui re vera si intellectus agens, quem expresse ponit Aristot. iii. de anima. text. 17. admittitur, ad hoc potissimum officium a natura datus est, ut faciat obiectum intelligibile. **¶** Unde Duran. inde sumpsit ansam sue opinionis q; negavit intellectum agens. Arguit enim. Obiectum & ratio obiecti debet precedere actum potentie: ergo obiectum intellectus precedit actum intellectus: sed nulla res precedit actum intellectus, nisi res singularis, quia quicquid est in rebus est singulare: ergo singulare primo intelligitur. Cuius respondemus q; quamvis nulla sit res nisi singularis in essendo, tamen ante intellectionem precedit species intelligibilis producta per intellectum agentem, que est univialis in representando: quia in illa relucet ratio formalis obiecti. **¶** Ob idq; cum dicitur intellectus abstrahere univiale a singularibus non est intelligendum de intellectu possibili, qui videlicet primum intelligit singulare, & inde abstrahat univiale: sed de intellectu agente qui abstrahit species univiales representantes rationem obiecti abstractam a singularibus. Et de intellectu agente intelligitur verbum Com. 1. anima. commen. 8. Intellectus est qui agit univialitatem in rebus. Qua de causa non requiritur sensus agens: nam cum sensus sit potentia passiva materialis, immediate patitur ab obiecto materiali. Quo fit ut cum species que recipitur in intellectu sit univialis, primo representet univiale, & per determinationem a phantasmate singulari, representet singulare. Non tamen requiritur processus semper temporis perceptibilis: nam cum a phantasmate singulari producantur species univiales, sine mora determinatur species ad representandum hoc singulare quod est representatum singulare per reflexionem intellectus ad phantasma. Et ideo quam primum videmus singulare intellectus illud intelligit. At proprius locus hec disputandi erit in iij. de anima, loco citato. Neq; amplius facienda est hic de hoc disputatio. **¶** Annum tamen hoc adnotare superest: sane q; non dicimus singulare

Atile pri
cog. ab in
tellectu.

Duranus.

tare magis simpliciter esse nobis cognoscibile: nam simpliciter loquendo, quod est magis cognoscibile secundum intellectum: est magis cognoscibile. Tamen ad sensum sit magis cognoscibile singulare. Ex his tandem solutum restat tertium argumentum principale: cui dicitur est aliter loqui Arist. in 1. post. & hic aliter de singulari & uniuersali.

¶ Accipiēdo singulare & uniuersale secundo modo: ut sit comparatio inter ipsa uniuersalia superiora & inferiora est opinio Scoti.

1. sen. dist. iij. ubi, inter alias, ponit duas propositiones quae ad praesens attinent negotium. ¶ Prima est. Cognitione confusa prius cognoscitur species specialissima quam superiora genera. Quo fit ut conceptus entis sit ultimus via generationis. Quam probat tribus rationibus. Primo uniuersale cognoscitur per abstractionem a singularibus: ergo illud uniuersale prius mouet quod est perfectius, & cuius singulare uehementius mouetur: sed species specialissima inter uniuersalia est perfectior, cum actu contineat superiora genera: ergo prius mouet. Et quod singulare, hic homo, fortius moueat quam hoc animal: probat quia est propinquius sensui, cum magis accedat ad singulare determinatum. ¶ Secundo quia metaphisica, ut ait Auicena. 1. meta. capit. iij. est ultima in ordine doctrinae: ergo substantium eius quod est ens, postremo concipitur ab intellectu, quod obiecta aliarum scientiarum sunt minus uniuersalia. ¶ Tertio quia si ab utilioribus inciperet intellectus, primus conceptus quod de rebus foret esset ens, unde tunc sequeretur quod oporteret concipere multum tempus: antequam conciperetur conceptus specialissimus: quod est contra experientiam. ¶ Secunda eius conclusio est. Cognitione distincta prius conceptus est entis, & deinde descendit usque ad ultimam speciem. Probat: quia cognitio distincta speciei dependet ex distinctis cognitionibus partium definitionis: quare non potest distincte cognosci homo: quin prius distincte cognoscatur animal: neque animal, quin prius distincte cognoscatur corpus: & ita ascendendo: ergo prius distincte debet cognosci ens quam substantia, & substantia quam corpus. &c. ¶ Et possumus adiuuare opinionem Scoti: quia ita nos monstramus de toto physico & eius partibus: nepe quod prius confuse cognoscitur totum quam partes: sed distincte prius partes quam totum: id enim prius ipse dicit de toto metaphisico & partibus eius. s. q. confuse prius cognoscitur tota species, sed distincte prius cognoscuntur superiora genera quae sunt partes speciei. ¶ Nilominus est quinta conclusio huius questionis, & secunda huius articuli. Cognitione confusa primo concipitur res ab intellectu conceptum entis, deinde per ordinem quanto conceptus est uniuersalior tanto est prior intellectui. In primis est expressa sententia Auicena. 1. meta. capit. 5. quae. S. Tho. in principio scilicet de ente & essentia sumit pro fundamento, uidelicet primum quod intellectus concipit de re est ens. Et profecto expressissime asseritur hic ab Arist. ubi ait ab uniuersalioribus esse incipiendum, eo quod sunt nobis notiora. Et manifeste id confirmatur in tertio exemplo Arist. Intellectus enim in cognitione uniuersalium eo ordine procedit, quo sensus in cognitione singularium: sed sensus procedit a cognitionibus utilioribus, nam paruuli incipientes cognoscere prius de rebus cognoscunt esse entia quaedam confuse, deinde esse homines, & postea esse patrem, aut matrem, non cognoscendo distincte quae est ratio entis aut ratio hominis: & uidentes a remotis aliquod singulare prius

cognoscunt esse ens, mox per motum cognoscunt esse animal, deinde per figuram esse hominem, postremo de facie cognoscunt esse Petrum: ergo ita intellectus procedit. ¶ Secundo arguitur ratione. S. Tho. 1. p. q. 85. ar. iij. ubi eandem asserit conclusionem. In omnibus his quae reducuntur de potentia in actu cooperatum est ea procedere ab imperfectioribus ad perfectiora, ut embrio prius uiuit uita plantae quam uita animalis. & de ge. animal. ca. iij. & homo prius est infans, postea adolescens, & tandem augetur in uirum perfectum: ergo cum intellectus per species rerum procedat de potentia ad actum, procedit ab imperfectioribus: sed cognitiones utiles sunt minus perfecte, quia confuse magis attingunt naturas rerum: ergo intellectus ab utilioribus procedit. ¶ Tertio probatur conclusio. Primum omnium conceptuum, quos una quaelibet potentia format, est obiecti sui adequatum, ut primum quod sensus uidet est color, & per colorem uidet, aut uellem aut arborem, & primum quod auditus audit est sonus, & per sonum audit campanam, aut tubam, aut musicam: sed obiectum adequatum intellectus est ens, ut colligitur ex Arist. 9. meta. tex. 22. & est communis in omnium philosophorum (quam nec Scotus ipse negat) ergo primum quod intellectus concipit est ens, & per consequens quanto predicata sunt uniuersaliora tanto sunt priora in intellectu. ¶ Itaque, ut consonantia prima & secunda conclusionum huius articuli euidetur appareat, colligimus quod singularia in supponendo quae tamen sunt singularia uaga, priora sunt quam uniuersalia in supponendo: nam prius per sensum cognoscimus hunc hominem quam hominem: & hoc animal, quam animal: & hoc ens quam ens. Et hoc est quod uoluit Arist. 2. poste. tex. v. Sed tamen comparando utiliora ad minus utilia in significando, tam in intellectu quam in sensu praecedunt notitia magis uniuersales, ut prius in sensu est hoc ens quam hoc animal: & prius hoc animal quam hic homo. Et eadem ratio in intellectu prius est ens quam animal & animal quam homo. ¶ Ex quibus tandem colligitur secundus ordo doctrinae expressus in secunda conclusione principali Arist. uidelicet quod secundum naturam nostram ab utilioribus debet in nobis incipere doctrina, cum innata sit nobis uia a notioribus nobis procedere. i. ab his quae primo occurrunt cognitioni nostrae, siue sensituae: siue intellectuae: & confusa magis. i. magis uniuersalia primo occurrant tam sensui quam intellectui. Et hos ordines seruat hic, nam secundum priorem, prius tractat de materia & forma, quam de ente mobili, secundum posteriorē prius in genere querit an sint aliqua principia rerum naturalium, & quot sunt: deinde in particulari an sint materia & forma. Et proportionabiliter. 1. Ethic. quod in operabilibus est sicut principium in speculabilibus, prius incipit tractare de ultimo fine, quam de uirtutibus: atque adeo prius in genere, & deinde in particulari. ¶ Cum dictum sit ens esse primum cognitum ab intellectu, non intelligimus ens sub hac uel illa conditione. i. ens sensibile aut ens materiale: sed confuse accipiendo ens pro ut quicumque latinus accipit. Quod est dicere, id quod est, ut dicat unum conceptum formale indifferenter ad materialia & immaterialia substantia & accidens, deum & creaturas ut. q. 1. super quartum cap. predicamentorum expositum est. Dic enim dicitur conceptus confusus entis quem pueri primo concipiunt de rebus, & per consequens quae primo format intellectus. ¶ Subditur hic de sexta sententia conclusio huius articuli, quae sit sexta totius questionis. Cognitione distincta, eodem modo incipit

Ad tertium principia. Scotus.

2 20

3 20

conceptus

Concor. co. clu. 1. corol. m.

2. corol. m.

Conclu.

6. Conclu.

Intel.

Super primum physicorum.

Intellectus ab vtilioribus. Et in hoc conveniunt cū Scoto propter eius rationem: qz nō possumus distincte cognoscere hominē quin distincte cognoscamus animal: nec animal quin distincte cognoscamus corpus. Itaqz prius est totus ordo notitiarū confusarū a superioribus ad inferiora: deinde via resolutionis resolvimus hominē in animal ratione, et animal in corpus et sensibile: et corpus in substantiam et corporeum, vt expresse ait Arist. 8. met. tex. 10. Et hac de causa quoad vsqz supremū distincte cognoscimus, non cognoscimus infimum.

Ad 1. sco.

¶ Ad primū igitur argumentum Scoti negatur consequentia: nam quāuis vniuersale abstrahatur a singularibz, eo modo quo expositum est in prima conclusione huius articuli, nō subinde sequitur qd species vniuersalis prius moueat ad conceptum speciei specialissimę. Imo cum sit agens naturale, et intellectus pro isto statu sit immeritus materię, non statim mouet ad perfectissimum conceptum quem producere potest: sed procedit ab imperfectioribus: quales sunt conceptus magis vniuersales. In angelo autem, vbi nō est species sumpta a materialibus, non prius producat vnū conceptū quā aliū. Nec forsan in anima separata. ¶ Ad secundū respondetur quod metaphysica non est postrema scientiarū, eo qd ens, qd est eius subiectum, vltimo cognoscatur cognitione cōfusa: sed qz tractat de ente: vt est cōmune ad res realiter separatas a materia, quales sunt intelligentię, que quidem sunt a nostro sensu remotissimę, et ideo sunt intellectu difficillimę. Quam quidem rationem expresse dat Arist. 1. meta. capi. 2. Vbi idqz nihil obstat obiecta aliarum scientiarum facilius cognosci a nobis qd obiectum metaphysicę: qz cognitio. v. g. mathematicarum aut moralium scientiarum, non dependet ex tali cognitione entis. ¶ Secundo possumus dicere qd quāuis cognitione cōfusa prius cognoscantur vniuersalia, tamen ad cognoscendum distincte proprietates magis vniuersalium debemus procedere per resolutionem inferiorum specierum in superiora genera, vt modo dicebamus vsqz ad ens, qz particulares cause et passionēs sunt nobis notiores quam vniuersales. Et hac de causa metaphysica est etiam postrema scientiarum. ¶ Ad tertium argumentum respondetur qd quāuis conceptus entis sit primus quem concipit intellectus, non tamē requiritur semper successio temporis perceptibilis ad formandum conceptum speciei, sed solum, aut quando defectu gratis in puero, aut quando propter longā distantiam loci, nō representatur obiectum perfecte. At quādo ego in debita distantia video hominē, sine mora temporis cognosco esse ens, et esse animal, et esse hominē. Item si aduerto adesse hominē prius formo iudicium qd est homo, quā quod est animal, aut ens: nā cū illa species omnes illas rationes vniuersales representet, sequitur vt quando est debite applicata, possit quencunqz conceptum primū producere. Quin etiam vt respondebamus Durādo si intellectus aduertat ad Petrum, prius iudicabit esse Petrum, quam esse hominē. ¶ Ad nostrum argumentum quod fecimus in gratiā Scoti respondetur qd latet subtrus fallacia: nam cū comparamus totum physicum ad suas partes, comparamus rem ad rem: ideo cum totū prius obiciat intellectui quam partes, cognoscitur prius totum quam pars. Sed cum comparamus notitiam speciei, aut minus vniuersalis ad notitiam animalis, aut entis, non comparamus nisi notitiam ad noti-

Ad scdm.

Ad scdm.

Ad tertiu.

tia, et ideo non sequitur qd prius cognoscamus speciem quam genus, quatenus confuse et in potentia continet species. Si tamen genus comparetur ad speciem tanquā pars definitionis ad totū definitū, iam dictum est in tex. 4. in expositione secūd: exēpli Arist. qd prius notum est hunc esse hominē confuse, quā distincte cognoscatur esse animal rationale: per consequens, quā cognoscatur animal esse genus hominis. Et in hoc stat similitudo cognitionis cōfuse inter totū physicū et suas partes, et totū metaphysicum et suas partes. ¶ Restat hic parū dubium. Insinuat enim est conceptum entis posse haberi et cōfusum et distinctū: qd videtur esse falsum. Et enim ens [vt bene ait loco citato Scotus] est conceptus simpliciter simplex: qz non constant ex genere et differentia, sicut homo et alia genera subalterna, et ideo nō potest esse conceptus cōfusus, cum non possit distingui in huiusmodi partes. Respondetur tñ qd vocamus cōceptū cōfusum, illū conceptū formale cōmunitissimū quē quisqz latinus format. si quod est, vt paulo ante exponebamus. Et ille est primus quē intellectus format. Distinctus autē est quē cognoscitur p suos modos intrinsecos. i. id qd sit ens p se, qualis est substantia, vel in alio, qualis est accidens: et sic de alijs distinctionibus.

Ens simpliciter simplex.

Ad quartū pncipi.

¶ Ad quartū nostrū argumentū in principio questionis factū respōdet S. Lho. opul. 53. qd vniuersalia accipiuntur vno modo in cauando: vt sunt Deus et intelligentię que sunt cause vniuersales. Et de illis intelligit Arist. 1. meta. capi. 2. qd sunt cognitū difficilima, eo qd sunt a sensibus remotissima: alia sunt vniuersalia in predicādo, vt genera et species, et de illis, si loquamur de cognitione confusa et simpliciter, magis vniuersalia sunt prius nota: sed distincta cognitione, proprietates magis vniuersalium sunt nobis minus notę: qz cognoscuntur per resolutionē particulariū in sua genera vniuersalia, vt modo dicebamus respondēdo secūde rōni Scoti. ¶ Ad cōfirmationē illa est solutio quā dedimus ad primū Scoti. Loccedimus namqz qd quanto vniuersaliora sunt, tāto sunt nobis prius nota cognitione confusa: nam quāuis species vniuersales abstrahantur a singularibus, nihilominus nō pducunt cōceptum perfectū speciei prius quā cōceptū imperfectū generis. Sed argumētū pcedit secūdū imaginationē eorū qui putāt intellectū prius cognoscere singulare, et a notitijs singularibus abstrahere notitias vniuersales: cuius contrarium nos supra monstrauimus cōclusionē quarta. ¶ Ad quintū deniqz argumentū respōdetur in primis qd Arist. nō ponit regulā generalē qd omnia que sunt nobis nota sint ignotiora nature et e conuerso: sed negatiue, qd non omnia que sunt nobis nota sunt notiora nature nec e conuerso, qz stat aliquid esse notius nature, et nobis minus notū. Quod presertim verū habet in substantijs separatis a materia, que cum sint spirituales, sunt suapte natura magis notę: sed tamen nobis, qui per sensum cognoscimus, sunt minus notę. Et secūdo habet verū d pncipijs et causis occultissimis nobis. De quibz omnibus ait. 2. meta. tex. 1. qd sicut oculus respertitionis ad lumē dici, ita intellectus noster ad manifestissima nature. Sed de toto physico et partibus eius iam diximus eundem esse ordinē in nobis et natura. Et verō de vniuersalibus in predicādo et particularibz de quibus argumētū formatū est, respondetur qd quāuis natura pcedat ab vniuersalioribz in productione rerū, nō inde sequitur qd sint magis nota nature cognitione cōfusa: imo oppositū sequitur, vt secūda cōclusionē monstratū est: qz natura sicut

Ad confir.

Ad quibz pncipi.

natura ignotiora nature et e conuerso: sed negatiue, qd non omnia que sunt nobis nota sunt notiora nature nec e conuerso, qz stat aliquid esse notius nature, et nobis minus notū. Quod presertim verū habet in substantijs separatis a materia, que cum sint spirituales, sunt suapte natura magis notę: sed tamen nobis, qui per sensum cognoscimus, sunt minus notę. Et secūdo habet verū d pncipijs et causis occultissimis nobis. De quibz omnibus ait. 2. meta. tex. 1. qd sicut oculus respertitionis ad lumē dici, ita intellectus noster ad manifestissima nature. Sed de toto physico et partibus eius iam diximus eundem esse ordinē in nobis et natura. Et verō de vniuersalibus in predicādo et particularibz de quibus argumētū formatū est, respondetur qd quāuis natura pcedat ab vniuersalioribz in productione rerū, nō inde sequitur qd sint magis nota nature cognitione cōfusa: imo oppositū sequitur, vt secūda cōclusionē monstratū est: qz natura sicut primo

primo intendit totum physicum quam partes, ita
 primo intendit speciem quam genus: non enim fa-
 cit animal aut substantiam aut corpus, nisi inten-
 dens facere aliquam certam speciem. Et ideo cog-
 nitione confusa vniuersalia sunt nobis notiora: spes-
 cies vero sunt magis notae naturae: quia cogniti-
 one distincta vniuersaliores causas sunt magis notae na-
 turae. ¶ Quod si quis contra solutionem arguat qd in
 de sequeretur singularia individua esse magis nota
 naturae quam species: quia cum species non sint realiter
 separatae, v dicebat Plato, natura nec intendit
 nec producit species nisi in individuo, actiones, em
 et generationes sunt circa singularia, vt habetur. 1. me-
 ta. cap. 1. ¶ Respondetur q natura per se non intendit
 nisi per perpetuare speciem, quippe cuius intentio sem-
 per est ad perpetuum: sed qz individua materialia
 sunt corruptibilia, intendit de per accidens produ-
 cere singularia ad conseruandam speciem: ob id qz primo
 intendit speciem quam singulare. Unde in perpetuis,
 vt in coelis et supracaelestibus, in singulis speciebus
 non producit nisi singula individua, vnu solē, vna
 lunam. etc. qd tamē non est presentis loci disputare.
 ¶ Ad primam confirmationē iam responsum est qd nil
 hil vetat idem esse notius naturae et nobis: et ideo
 vtroque modo color est magis notus quam species
 sensibilis: naturae quidem, qz est causa, nobis vero, qz
 est sensibilis. Non tamen intelligo colorem esse no-
 tiorē nobis, vt aliqui volūt, eo qd per cognitionem
 coloris veniamus in cognitionem speciei: nam spe-
 ciem non sentimus: sed per coniecturam arguimus ali-
 quā esse speciem in medio per quā cognoscimus co-
 lorem distans. ¶ Quod si quis arguat speciem esse
 magis notā naturae eo qd est spiritalior, negatur
 consequentia: qz cetera non sunt paria. Sunt enim
 minoris entitatis et perfectionis quā color, cum in
 esse et conseruari depēdeant a colore. ¶ Ad secundam
 demū confirmationē eodē modo rīdetur: nēpe qd in
 mathematicis eadē sunt notiora naturae et nobis:
 nam prima et simplicissima elementa, et simplicio-
 res conclusiones quā sunt causas posteriorum, et ideo
 sunt secundū naturā notiores: sunt etiā notiora no-
 bis: eo qd prima elementa statim proposita cogno-
 scimus, vt, a quolibet puncto, in quodlibet punctū
 lineam ducere, super quodlibet punctum circuli
 describere. Et haec de secunda questione, quae est cir-
 ca prologum Aristi. ¶ Sequitur in textu caput se-
 cundum et tertium.

Tex. xvij. Habet autem dubitationem. &c.

Quaestio tertia.

VTRVM OMNETOTVM

sit suae partes simul sumptae.



Tertia hic quaestio, si in

attentionem huius libri nobis imitari
 liceret, ea nempe futura erat, quae est
 de numero principiorum rei natura-
 lis. Seruum quia inter impugnandos veteres non
 nullas profert Aristor. sententias disputatione di-
 gnas, propriaqz sententia de numero principiorū
 ad textum vsqz sexagesimū septimū prorogat, neces-
 sarium est ordinem littere in questionibus obserua-
 re. Haec nobis in animo est circa singula verba Ari-
 stis. questiones mouere: sed eas tantummodo quas
 excusare non possumus: vt questio quaecunqz locū
 proprium expectet, ne si omnia locis in omnibus di-
 xerimus, opus in infinitum abeat. ¶ Mouent hic
 nonnulli primo questionē circa textū. 3. vtrū con-
 tra negantes principia sit physico disputandum.

Quā nos tamen cum facilem super text. 9. termina-
 uimus. Secundo circa textum. 13. disputari posset,
 vtrum ens analogice de substantia dicatur et de ac-
 cidente. Hanc tamen questionem circa quartū nos
 caput predicamentorum abunde discussimus. Ter-
 tio hic disputat. sophistice in fauorem. Melissi hanc
 esse veram, tantū vnum est ens. Sed haec, sophistima
 ta sunt dialectica. Est enim illa simpliciter vera: et
 gratia aietatis, vt patet per vniuersalē, omne ens
 est vnu, et praeterea per exponentes, vnum est ens,
 et nihil aliud quā vnum est ens. Et itē gratia plura-
 litatis: quia non plura quā vnum est ens. Nisi forte
 ly, ens absoluatur a numero, vt supponat etiā colle-
 ctive pro pluribus. In quo sensu conceditur a Me-
 lisso, dicente omnia entia non esse plura, quā vnum
 ens: et a nobis cum Aristi. negatur. Quarto circa
 text. 15. vbi ait Aristi. qz substantia et quantū sunt duo
 mouetur hic questio: vtrum quantitas distinguat
 a re quanta. De qua tamen late nos etiam tracta-
 uimus in predicamentis. cap. de quantitate: a qua
 proinde abstinendum nobis hic duximus. ¶ Ergo
 circa text. 17. vbi Arist. reuocare in dubiū videtur,
 an totum et pars sint vnum, queritur. ¶ Vtrum totū
 sit suae partes simul sumptae. Et arguitur a parte
 negatiua auctoritate ibidem Aristi. vbi videtur ar-
 guere, qd si partes essent idem totū, essent et inter se
 idem: quod est impossibile. Et. 5. meta. text. 19. ait qd
 sex non sunt bis tria. Et. 7. meta. circa finē text. 60.
 ait qd totū non est suae partes. Syllaba enim inquit
 non est elementa, pura littere, quibus constat. vt. ba.
 non. est. b. et a. nam si littere [inquit] loco ab inuicem
 separentur, manēt littere, et tamen non manent syl-
 labae. Quod itidē repetit lib. 8. text. 15. dicens totū
 non est partū coaceruatio, sicut aceruus: sed est alio
 quid praeter partes. Et. 4. huius text. 23. ait qd par-
 tes sunt in toto, et vicissim totū est in partibus: quae
 locutiones transitue non essent vere, nisi totū a suis
 partibus distingueretur. ¶ Et cōfir. praeterea aucto-
 ritatibus. S. Tho. qui idē frequenter sentire vide-
 tur. Nam tertio. senten. dist. 2. magister citans. Die-
 ronymum in expositione catholice fidei dicentem
 qd humanitas ex anima continetur et corpore, inquit,
 nomine humanitatis animam et corpus intelligi.
 In cuius littere expositione. S. Tho. ait, non esse in-
 telligendum per humanitatem animam et corpus,
 quasi proprie dici possit, humanitas est anima et cor-
 pus: sed sicut in toto intelliguntur partes, vt in do-
 mo paries et tectum: quae tamen de toto non predi-
 cantur. Haec ille. Et. q. 1. eiusdem distinctionis arti-
 c. 1. sepe id repetit. Etenim questiuicula. 1. ait qd in
 Aristi fuit corpus et anima, et vterius forma totū?
 resultans ex cōiunctione vtriusqz: quae humanitas
 dicitur. Et questiuicula. 1. in solutione ad tertium
 exponēs verba iam dicta magistri. l. qd nomine hu-
 manae naturae corpus et anima intelligitur, ait intel-
 ligendū esse materialiter: non qd totū proprie loquē-
 do sit suae partes, sed aliquid ex partibus constituta-
 tum. Multa apud. S. Tho. his similia reperiuntur.
 ¶ Secundo principaliter arguitur. ¶ Esse prius est
 in toto quam in partibus: nam esse est supposito-
 quorū proprie est subsistere, et partes sustinetur in
 toto cuius esse participant, vt ex. 4. huius modo et
 tabamus praeterquā anima rationalis, quae cum in esse
 non dependeat a corpore sed producitur per crea-
 tionem prius natura habet esse quam illud detur
 corpori. vt. 1. p. q. 76. art. 1. ad. 3. docet. S. Tho. Jer-
 go totum distinguitur a suis partibus: nam alias
 non videtur quomodo esse prius sit in toto quā in
 partibus. ¶ Et confirmatur. Accidentia, vt in. a. de
 generatione habet videri, subiiciantur in toto cō-
 positō,

¶ Si vnum
 est ens.

¶ Arg. 1.

¶ De gener.
 Accidentia sunt
 in toto cōpositō

Ad. 1. cōfir.

Ad. 2. cōfir.

posito, et non immediate in partibus: quia illi insunt subiecto, de quo predicantur; et manifestum est non predicari de materia et forma: sed de toto composito, et propterea individuum completum predicamenti substantie dicitur prima substantia quia primo substat omnibus accidentibus: que est receptissima doctrina S. Tho. 1. par. q. 76. art. 6. et alijs frequenter locis: sed non potest bene intelligi quomodo accidentia subiectentur in toto et non in partibus, nisi totum distinguatur a suis partibus: ergo. Tertio principaliter arguit Scotus in. iij. dist. 2. quest. 2. ubi expresse tenet totum distinguere a suis partibus etiam coniunctis. Si totum compositum ex materia et forma non distingueretur a suis partibus, sequeretur quod nulla esset differentia inter totum, quod est per se unum (ut homo) et acerum, qui est solus unum per aggregationem: quam tamen ponit Aristoteles. 7. meta. textu. 60. et. 8. textu. 15. Quod autem sequatur patet: nam tunc sicut acerum est multi lapides simul, et hoc est sue partes. Et confirmatur primo. Terminus per generationis est totum et non partes ut patet. 7. met. tex. 22. et. 27. et. 1. de generatione tex. 10. ubi habet quod generatio est mutatio huius totius in hoc totum. An licet materia et forma hominis sint per se unum, hoc cuius actio attingit non ad esse anime, sed ad unionem ipsius cum materia, vere generat hominem: ergo totum distinguitur a suis partibus. Et confirmatur: quia alias (inquit) si totum non distingueretur a suis partibus, sequeretur quod non daretur aliquid per se causatum ab istis partibus, materia et forma. Istę enim partes quando videntur aliquid causant: et non seipsas: ergo totum, quod proinde distinguitur ab illis. Et perea nec daretur aliquid per se subiectum passionum. Distinctio enim per se convenit, non materie nec forme, sed toti homini. Quod tertio principaliter arguitur. Sequitur bene. Totum consumpitur: et partes non consumpuntur: ergo totum distinguitur a suis partibus. Vel si totum est sue partes: partes etiam consumpuntur. Et pariter arguitur. Totum generatur: et partes non generantur: ergo totum est aliud quam partes. Argumentum sit manifestum in L. huius, qui in triduo reliquit humanitatem, postquam fuit vere mortuus: et tamen neutram partem dimisit, ut docet secundum fidem Damascenus lib. ij. cap. 23. Et postea in resur. recte iterum factus est homo per iteratam unionem illarum partium. In illo ergo patet quomodo humanitas fuit prius corrupta sine corruptione partium, et postea resumpta sine generatione partium: et per consequens videtur esse a partibus distincta. Et confirmatur ut arguunt Dialectici. Si totum non distingueretur a suis partibus, sequeretur quod homo per corruptionem adhuc maneret. Datur enim quod nunc homo moriatur gratia disputationis per ultimum sui esse: tunc sequitur bene. Istę partes erunt: et istę partes sunt Petrus: ergo Petrus erit. Item sequitur esse possibile supra naturaliter quod Petrus et Andreas erunt Petrus et Joannes: nempe si ex partibus illorum transpositis fiat modo isti. Nam sequitur bene. Istę quatuor partes sunt Petrus et Andreas: et eadē sunt Joannes et Paulus: ergo Petrus et Andreas sunt Joannes et Paulus. Et ita inferunt quod videtes sunt eadē: si duo priores videant, et alteri sint cęci. Item sequitur quod duo et duo sint tria, et duo et duo sint viginti. Nam duo quartę et alie duo quartę unius totius sunt tres tertie, et viginti vigesime. Et sequitur quod partes essentielles Petri sint partes integrales, nam materia et forma sunt Petrus, et Petrus est sue partes integrales, ergo. Quod tamen est fal-

sum, nam partes integrales sunt a loco et actu distę, partes vero essentielles, que a se invicem non distę. Item sequitur quod materie et forme sint eiusdę speciei. Nam materie Petri et Pauli et eorū forme sunt Petrus et Paulus, et Petrus, et Paulus sunt eiusdę speciei, ergo materie et forme sunt eiusdę speciei. Multa alia id genus sophismata pullulant, si concedatur totum esse suas partes. In contrarium tamen est Aristoteles in hoc text. 17. et tex. 22. ubi sepe repetit quod si sit aliquid continuū, illud est multa, puta unum in actu et multa in potentia. Quod verum aliter esse nequit quod si totum sit sue partes.

Totum quinq; modis, qui ad rem pertinent dicitur. Est enim totum uniuersale potętiiale, essenziale, integrale, et totum per accidēs. Totum uniuersale est genus respectu suarū specierum, que sunt velut eius partes subiectiue, ut cap. de specie inquit Porphyrius, et pariter species respectu individuoꝝ, de quo in questione. iij. super prologum Porphy. diximus uniuersale a suis particularibus sola ratione differre. Totum potętiiale est subiectum respectu suarum potętiarum, ut anima respectu intellectus et voluntatis, de quibus in predicabilibus cap. de proprio disputauimus et realiter distinguantur a subiecto. Totum essenziale est duplex, aut metaphysicum, aut physicum, metaphysicum est totum distinctum respectu generis et differentię, que quidem sola etiam ratione differunt a diffinito. Et enim cap. de genere dictum est, animal pariter et rationale sola ratione differunt ab homine, postquam utrunq; formaliter predicatur de illo. Sed totum physicum est idem distinctum compositum ex materia et forma. Et de hoc primo est presens questio, utrum videlicet materia et forma si simul sumptę sint totus lapis aut totus homo. Totum integrale etiā est duplex, scilicet homogeneum quod constat ex partibus quidditatis eiusdę ratiois, ut aqua lignum et similia: et totum eterogeneū quod constat ex partibus diuersarum rationum, ut animal quod constat ex ossibus, neruis, et carne: et pariter ex diuersis membris. De quibus etiam totis intelligitur questio. Accipitur perea totum pro eo quod non est totum simpliciter, sed per accidēs: ut numerus, aceruus, bonus, et similia. Intelligitur ergo questio utrum totum essenziale physicū et totum integrale homogeneū vel eterogeneū, et totum per accidēs, sit sue partes simul sumptę. De quoplures sunt opiniones: sed tamē indignū cęseo in re tam lucida tot enarrare hominū placita. Scotus loco citato de aceruo (et forsā idē intelligit de omni toto per accidēs) tenet quod non distinguitur a suis partibus, videlicet quod cumulus lapidū est lapides simul sumpti. Sed de toto physico et integrali expresse tenet quod distinguitur. Quod probat tertio argumento supra facto cum suis confirmationibus. Cuius Cap. in. iij. dist. 2. et alij nonnulli Thomistę prorsus consentiunt, credentes eandē esse opinionem S. Tho. propter eius verba quę in primo argumento citauimus. Alij tenent medio modo, quod totum eterogeneū distinguitur a suis partibus, homogeneū vero non. Sed valeant cum opinionibus suis. Ex primo tamen rem esse faciliorem, quę que longa indigeat disputatione. Et redo quidem neque Aristotelem neque S. Tho. unquam id suspicatos fuisse. Et quantum id alicubi insinuare viderentur, credo mihi non persuasissent: adeo res mihi manifesta videtur.

Respondetur ergo ad questionē duabus conclusionibus. Prima uniuersalis. Omne totum siue essentialiale
i. Concluf.
cum hoc quod sit dicto et vniuerso simul sumpti
non capitur hic similitudo pro similitudo in cal. i. quod anima et corpus
sunt in vno loco quod hoc non sufficit ad vniuersum et totum essentialiale
per se: sed capitur pro similitudine causalitatis. i. in mixtura
causalitatem materię. i. recipiens formam et forma exercens causam
totam formę. i. informans materię, ista duo sic accepta sunt vniuersum

m. scofi

de 2. re. mo

et alia

Totum 5 modis.

totum potętiiale est subiectum respectu suarum potętiarum, ut anima respectu intellectus et voluntatis, de quibus in predicabilibus cap. de proprio disputauimus et realiter distinguantur a subiecto.

3 totum essenziale est duplex. metaphysicum

Animal

physicum

4 Totum integrale est duplex. homogeneum

eterogeneum.

Scotus.

Alij sunt

Super primum physicorum.

sicut mons, nec ita paruus sicut fornica. Hanc conclusionem expresse asserit Aristot. hic text. xxxvi. z xxxviii. z presertim. 2. de anima text. 41. vbi ait qd omnium natura constantium terminus est z ratio magnitudinis z augmenti. Qd vno consensu quot quot sunt philosophi concedunt. Nec de hoc est cotroversia. Et primo id constat experientia: quia quod nunquam hactenus natura fecit, argumentum bonum est in naturalibus, illud natura non posse: nunquam autem auditus est homo quattuor esse mons, nisi quod poete de Atlante fingunt. Ratio tamen conclusionis in sequenti statim patebit.

2. Conclus. Secunda conclusio. Viuentia terminantur quoad magnitudinem intrinsece per maximum quod sic ita videtur tantus homo, quo maior per naturam esse non possit. De hac conclusione cotroversum est inter philosophos: saltem iuniores. Sunt enim qui eam negant propter tertium argumentum principale, quod supra fecimus: quia si daretur maximum homo non posset intumescere, quin desineret esse per vltimum sui esse. Et ideo asserunt augmentum rerum non terminari intrinsece per maximum, qd sic sed extrinsece per minimum qd non. Sunt ite qui illud concedentes probant: quia possent omnes causas naturales ta bene aptari z cocurrere ad pductionem vnus hois, aut equi, aut ignis, vt optimis z maximis per naturam produceret. Sed tñ prius quam a posteriori per inconuenientiam, examinanda est a priori veritas ex proprijs principijs. Ad hoc potissima conclusio est hec: quã doct. S. Tho. 1. p. q. 7. art. iij. expressit. Forma quecuq; naturalis determinat sibi certa accidentia, vt ignis tantã intentionem caloris z siccitatis, zc. inter alia vero accidentia est quantitas z figura que fundatur in quantitate ergo forma. v.g. humana sicut determinat alia accidentia, ita determinat certam quantitatem materie quã animare potest: quã cñ animauerit erit maximum homo. Sed dicit aliquis hoc solum probare, q non poterit animare quãtãcunq; quantitatẽ, nõ tñ probat q terminetur ad maximum q sic. Arguitur nihilominus ostẽdẽdo vim argumenti. Forma quecuq; intrinsece terminat ad certã perfectionẽ quã possitue in se habet: itaq; forma equi habet [v.g.] perfectionẽ vt quatuor iclusiue, z forma elephantis perfectionẽ, vt. 5. z forma hois perfectionẽ vt. 6. Sunt em̃ species sicut numeri. Sic sic forma equi intrinsece z possitue includit tantã perfectionẽ q est maxima quã potest habere: ergo intrinsece etiam determinat. v.g. calorem vt. 7. frigiditatẽ vt duo, z sic de alijs accidentibus q sunt maxime eius dispositiones: ergo intrinsece determinat tantã quantitatem, quã informare potest q intrinsece terminet ad maximum z ad minimum. Quare hoc etiã argumento vtetur ad asserendũ minimum. Res ad vim rationis huius quicquã refert quantitatem distinguit a re quanta necne. Et roque enim modo concedendũ est q accidentalis dispositio est requisita ad cõseruationẽ forme substantialis. Secundo probatur conclusio specialiter in viuẽtibus. Anima viuẽtis auget suppositum per nutritionẽ conuertẽdo alimentũ in substantiã alit: sed hec virtus augmentatiua est finita, cñ essentia ipsi forme fit finita: ergo dabitur aliquis terminus vltra quem non poterit progredi in augmentatiõne. Et q ille sit intrinsecus. s. maximus qui sic, iam probatum est: quia cetera accidentia que talis formare quirit illo modo terminantur ad maximum: ergo z quantitas. Et cõfirmatur. Forma quecuq; viuẽtium determinat sibi certum tempus durationis, vltra qd progredi non potest. Alia enim animalia

sunt diuturniora q alia, z alie arbores diuturniores alijs, nihilominus oia habent suam vite periodum: ergo pariter in augmento est vabilis terminus. Quod vel experientia ipsa compertisset. Creseunt enim vsq; ad certũ tempus: z tunc cessant augeri. Et tandẽ confirmatur auctoritate Aristot. potentis minimã carnem z eadem ratione maximã. Hac de causa non enunciauimus has conclusiones, vt i a quibusdã enunciantur, sub his vrbis. Omne totũ eteroogencum, id est habens partes alterius rationis quam totum, terminatur, zc. nam quamuis forsan omne viuens, etiam planta, sit eteroogencũ [in plãta em̃ sunt folia, fructus z cortex, zc.] tñ causa cur habent rationem z terminum augmenti, nõ est quia sunt eteroogeneæ, sed q habent formam vitalem. Et ideo vt formalis esset oratio, asseruimus conclusionem sub verbo quod est causam insinuaret. **3. conclusio.** Quod dictum est de viuente intelligendum pariter est de eius partibus, z alijs accidentibus que ad cõseruationem forme requiruntur. Immo nõ solum in viuẽtibus sed etiam vniuersaliter in omnibus rebus naturalibus accidentia optime cõseruantia formam terminantur ad maximum z minimum naturaliter. Hanc conclusionem pretendit Aristot. hic in isto text. xxxvi. vbi facit argumentum, q si partes non terminantur in augmento z decremẽto puta caro, os, caput, zc. [de his enim partibus vt in Commen. diximus loquitur Aristot.] nec totum terminabitur. Unde ex opposito consequentis sequitur, q si totum terminetur, partes etiam z accidentia terminantur. Et ratio est eadez, quã iam modo faciebamus, quia vnaqueque forma naturalis determinat sibi reliqua accidentia sine quibus naturaliter cõseruari non potest: nec enim esse potest aqua tam rara: quam aer, nec aer est tam densus: quam aqua. Et pariter calor non potest esse intensior quam ille qui est naturalis igni: nec frigiditas potest esse intensior, quam illa que est naturalis aque. **4. conclusio.** Elementa z omnia alia mixta non viuẽtia terminantur naturaliter ad maximum quod sic. Naturaliter inquam, id est ordine rerum vniuersalium seruato, puta orbium celestium z sub celestium elementorum. Probatur manifeste: nam celestes orbis, cum sint ingenerabiles z incorruptibiles, non possunt per naturam ampliores z capaciores esse. Tunc sic. Noncaum orbis lune est finitum, ergo intra illud non potest maior esse ignis quam quem orbis lune capiat. Eadem ratione probatur de aere, quia non potest esse maior aer quam qui contineatur sub orbe ignis existens sub vltima condensatione qua esse potest: aer nanque crecere non posset sursum, nisi ignis cõdensaretur: nec deorsum, nisi condensaretur aqua: z cum, vt pcedens conclusio assererat, deueniendum sit ad summam condensationem z ignis z aque, ita vt sub maiori talia elementa esse nõ possent non posset amplius aer crecere. Et eadem est ratio de mixtis. **5. conclusio.** Igni ex sua natura non repugnaret in infinitum crecere si infinita combustibilia ei applicarentur: atque adeo in hoc sensu non terminatur eius augmentum, nec intrinsece per maximum quod sic, nec extrinsece per minimum quod non. Hanc conclusionem manifeste asserit Aristot. loco citato in primo argumento principali. Neque earum vlla, que a doctoribus plurime datur, satisfacit solutio. Dicere namque quot illa applicatio combustibilium non est possibilis naturaliter, nihil ad rem

speculatio

2. Conclus.

habet contrarium

optimas

S. Tho.

Conf. Aus

3. Conclus.

q ab opposito con
sequens ad oppositum
anims bñe valent

4. Conclus.

intelligit autem
non dicitur epig
5. Conclus.

de rna. 100

rem: iam enim id nos concessimus in conclusione quarta. Sed loquimur conditionaliter, si signato igni, quem illi ponunt maximum, applicaretur stappa, an ignis augetur. Respondent aliqui asserentes maximum ignem, q̄ applicata stappa, non inflammaretur: non ex defectu particularis agentis, sed ratione vniuersalis nature. Quomodo modum autem aqua per foramina clepsydra attrahit aere ascendit, ne detur vacuum in clepsydra, natura vniuersali id providente. Alii dicunt q̄ bene inflammabitur tunc, sed non vnietur igni, ne detur manus maximorali: vero q̄ bene quidem vnietur sed tanta particula absunde maximi ipsius ignis corrumpetur. Iste tamen solutiones voluntate magis quam ratione nituntur. Nam non disputamus supposito ordine vniuersali rerum: iam enim asserimus cōclusionē quartā, q̄ suppositis locis et aetate dispositiōibus naturalibus elementorum, datur maximus ignis, et maximus aer. Et tunc bene respondetur q̄ si elementa essent in summa densitate, intra concavum lune implicat posse ignem crescere sine corruptione. Sed solum disputamus de natura particulari ignis, si disputationis gratia poneretur extra orbem celestis, et illic applicaretur stappa. Tunc autem profecto dicere q̄ non inflammaretur, est dicere contra naturam ignis, qui quanto maior est, tanto magis est acrius: est mirabile q̄ minor ignis posset illam stappam comburere, et non ille maximus. Et dicere q̄ non vnietur illi: nisi alia pars corrumpetur, est contra communem sensum humanum. Nam tunc ex tali vniōne nulla sequeretur dissolutio, aut eversio vniuersi. Unde potius profecto negarem decies Aristotelem, quam hanc cōclusionē possem mihi persuadere. Non enim propter auctoritatem Aristoteli, aut cuiuscunq̄ asserentis maximum naturale, debemus concedere id quod multo plus repugnat modo cōcipiendi, quam rationes ponderēt naturales persuadentes maximum. Sed his pretermisissis probatur q̄ hec fuerit expressa mens Aristoteli. Loco enim citato. 2. de anima. tex. 4. expresse voluit hanc cōstituerē differentiam inter ignem et videntia, q̄ videntia habent terminum augmenti: ignis vero non. Tractat enim illic questionem, vtrum ignis sit tota causa augmenti in videntibus, vt quidam philosophi opinabāt. Ad Aristoteli falsum esse probat, ex eo, q̄ ignis nullum habet terminum augmenti, sed tantū sine termino augetur, quandū combustibili applicetur, illa vero (inquit) q̄ natura cōstat, terminum habent et rationem augmenti. Et eadē est illic sententia. S. Tho. q̄ Et ratione preterea confirmatur, quia ratio quare forma determinat sibi quantitatem, vt diximus in secunda cōclusionē, est, quoniam ens naturale augetur ex virtute forme conuertentis alimenta in substantiā aliti, nec potest seipsam augere nisi augendo totum, et quia virtus forme est finita, inde fit vt habeat terminum augmenti. Hec vero ratio non currit de igne: nam forma ignis non nutrit ab intrinseco ignem nutriendo singulas partes, vt forma animalis, sed creascit applicata ab extrinseco noua materia per iuxta positionem, quam ignis comburendo vnit sibi. Que proinde non est propria augmentatio: sed impropria. Et ideo cum semper crescente ab extrinseco forma ignis creascit virtus actiua, nullus datur terminus, aut virtutis, aut augmenti. Certe re attente inspecta videtur cōclusio et Aristoteli. esse expresse, et secundum rationem necessaria. Quod de igne dictum est, de aere et de aqua eadem ratione intelligi potest. Nescio tamen an

eadem sit ratio de omnibus mixtis homogeneis, vt puta de auro et de argento. Satis non videtur ita certum, quia forme istorum sunt quodammodo vegetatiue que conuertunt terram in se. Sed tamen forsitan idem est de istis, quia nec ista est augmentatio proprie dicta vt partes intrinsece nutriantur, sicut in animali: sed fit per extrinsecam appositionem. Quod si quis arguat q̄ Aristoteli in hoc tex. 2. de anima. tex. 4. absolute ait q̄ omnium natura constantiū est terminus augmenti. Respondetur primo. q̄ 2. de anima expresse per naturam constantiam intellexit videntia, quādoquidem ignem non cōnumeravit inter naturas constantias, sed potius distinxit ab illis. Et in hoc loco idem videtur sentire: quia exemplū nunquā posuit nisi in carne et osse et reliquis partibus animalium. Secundo respondet q̄ his de omnibus rebus naturalibus vniuersaliter loquat, intelligit tñ supposito ordine vniuersi, vt in 4. cōclusionē dictum est. Sed restat argumentū in via. S. Thom. qui videtur statuere terminū augmenti in omnibus etiam inanimatis nepe qui. 1. p. q. 7. art. 3. negat in vniuersum ens aliquod naturale posse esse infinitum: et tamen ex ista cōclusionē videtur sequi q̄ detur ignis infinitus: quidē eius augmentū non habet terminum. Caetera adducens illic auctoritatem Aristoteli. contra S. Tho. effugit nescio quam distinctionē, certe vt pace doctissimi auctoris dixerim parū physicam. Sit namq̄ maximum ignem dupliciter intelligi: vno modo de igne per se vno: alio modo de igne per accidens vno. Ignem per se vnum appellat illi qui naturaliter non diuisibilis in duos ignes per se existens: sicut si minimum naturale ignis sit digitale, ignis digitalis: et quicumque maior citra ignem duorum digitorum, est ignis per se vnus: quippe qui non sit diuisibilis in duos, alias daret minor minimo. Ignem vero duorum digitorum, et quicumq̄ maiorem, appellat ignem per accidens vnum: quia potest diuidi in duos. Tunc ait q̄ in igne per se vno datur maximus, nisi propter ordinem vniuersi. Et vero significatio illa de igne per se vno nec habet fundamentum in Physica, nec probabilitatem. Certe tunc maximus per se ignis naturalis non sufficeret calefacere manus: nec maxima aqua sufficeret extinguere sitim. Et preterea est implicatio in dictis. Si enim digitalis ignis est per se ignis, et quicumque citra ignem duorum digitorum, qui iam non est per se vnus, manifeste sequitur q̄ non est dabilis maximus per se vnus, nam quocunq̄ dato maior digitali adhuc est dabilis maior citra bidigitalem, vt patet si secundam digitalitatem diuidas per partes proportionales. Ad autem quod secundo dicit videlicet q̄ in igne maiori duobus digitis non datur maximus, verum est, quia expresse est nostra cōclusio: nisi q̄ non deberet vocare vnum per accidens, post quā ignis quā sit fuerit, est tam vere vnus ens, quam est vnum animal. Igitur quātum attinet ad S. Tho. conceditur q̄ non datur ignis, nec alio quod ens naturale infinitum, non solum per naturam, sed forte q̄ nec deus id posset facere. Et hoc nos fatemur, vt lib. 1. disputabimus: quia quocūque que ens naturale veditat sibi aliquā figurā, et infinitum nullā potest habere: propter alias prescriptas videntes rationes. Et tamen nullatenus sequitur si ignis non potest esse infinitus, q̄ detur subinde certus terminus eius augmenti: immo dicimus q̄ quocunq̄ dato extra cellā, adhuc augetur si continuo applicetur combustibilis. nihilominus nunquā

subm
solutio

2^a solutio

S. Thom.

Caetera

Quaestio. iiii. De maxi. & mini.

in quo primo est illa qualitas, est vltimum non esse inflationis & primum non esse illius maximi hominis. Et ideo non desinit per vltimum sui esse.

Hanc vero solutionem plane intelligere non possumus nisi ratione inflationis, cum nunc non sit inflatio, videtur quod adhuc sit homo: quoniam illa dispositio eodem modo debet corrumpere hominem, quo causat inflationem: & per consequens si virtute illius nunc non est inflatio & immediate post hoc erit inflatio, sit, ut nunc sit homo & immediate post hoc non erit homo: & per consequens desinit per vltimum esse. Et praeterea quando tumor eleuatur per hoc quod vespa mordet eum, videtur quod illud primum instans contactus esse vltimus non esse tumoris: & tamen illud non potest esse instans non esse hominis, quia tunc primo vespa tangit: & per consequens erit vltimum instans esse hominis: quod praetendit argumentum. Aliam ergo mihi videor elicere solutionem ex ratione ipsa conclusionis. Maximum enim quod datur in viuensibus solum intelligitur terminus ille quantitatis ad quem terminatur augmentum naturale, scilicet illud quod forma in sua naturali dispositione facit ex alimento. Itaque ille vocatur maximus quo non potest dari maior per naturalem nutritionem ab intrinseco. Huic vero non repugnat ut detur maior per viam corruptionis. Solo dicere quod maximus homo & maximus equus non subest maius periculum mortis per viam inflationis quam alius quilibet extra maximum, mirabile enim esset quod morsu vespe aut si bucca aut venter extenderetur, statim periret. Sed veniente causa inflationis inflatur quoadusque infirmitas eum naturaliter corrumpat. Et in illa infirmitate dabitur minimum distemperamentis sub quo homo esse non potest: et illic primum non esse hominis: sicut in aliis infirmitatibus. Ita ut sub illo distemperamento esse non potest homo, et sub quolibet minori distemperamento esse potest. Quo sit ut licet detur maximus homo quem forma hominis in sua naturali dispositione potest facere, nihilominus in via corruptionis non dabitur nisi minima inflatio sub qua non potest esse.

Et per hoc soluitur aliud argumentum, quod alias esset molestissimum aduersus tertiam conclusionem: vbi dictum est, quod alig etiam quiddam dispositiones terminatur ad maximum quod sit. Arguitur enim contra. Detur verbi gratia quod calor sub quo potest conservari forma hominis sit ut quatuor. Itaque debitum temperamentum, v. g. sit caliditas & frigiditas ut tria, sed potest durare infirmus quoadusque calor intendatur ad quatuor. Tunc sic calor ut quatuor est maximus calor sub quo homo potest esse: ergo homo desinit esse per vltimum sui esse: nam in illo tempore quo calor continue intenditur dabitur instans in quo primo calor est, ut quatuor, & immediate post illud erit maior: & per consequens in illo instanti erit homo, & non immediate post illud erit. Respondetur autem quod tertia conclusio intelligitur hoc modo quod ad introductionem formae datur minima dispositio que sufficit, qua postea res incipit esse per primum sui esse. Illa tamen dispositio potest crescere quoadusque veniat ad optimam que est maxima. U. g. maxima dispositio hominis est ut habeat calorem, v. g. ut tria, humiditatem ut duo, & sic de aliis humoribus. Est tamen latitudo: quia crescente, aut decrecente calore adhuc homo potest vivere: licet infirmus: non tamen datur minimum temperamentum sub quo potest conservari: alias desineret esse per vltimum sui esse: sed datur minimum distemperamentum sub quo non

conseruatur. Unde calor sub quo conseruatur non terminatur ad maximum quod sit, sed ad minimum quod non. Itaque crescente febris sub calore ut, quod esse non potest: et sub quolibet minori (extra minimum) esse potest. Et ideo instans calor ut, quod esse primum non esse hominis. Et pari modo si moritur homo per defectum caloris non dabitur minimum sub quo potest conseruari, alias desineret esse homo per vltimum sui esse: sed datur maximum sub quo non conseruatur, ut si ille verbi gratia sit calor ut duo, tunc instans quo est calor ut duo, est instans primum non esse hominis. In aqua hoc fit manifestum. Minima enim frigiditas que requiritur ad generationem aque, est verbi gratia frigiditas, ut sex que crescit usque ad octo, que est maxima dispositio aque. Sed quando calefit ab igne poterit conseruari sub frigiditate ut quatuor, minori forsan quod requirebatur ad eius generationem. Ita tamen datur minima frigiditas sub qua potest conseruari, alias desineret aqua per vltimum sui esse: sed datur maxima sub qua non potest conseruari.

Que si verbi gratia sit ut tria, sicut instans in quo est frigiditas ut tria, est primum non esse aque. Hec omnia nituntur illo fundamento Aristotelis quod videmus. 8. huius textus. 96. videlicet quod res permanentes incipiunt per primum sui esse, & desinit per primum non esse. Iuxta hoc ipsum fundamentum intelligendum est aliud de maxima & minima densitate & raritate. Datur enim minima densitas & minima raritas que requirit verbi gratia ad generationem aque: ita ut sub minori generari non potest: illa vero sub qua aqua in naturalissima dispositione conseruatur, terminatur ad maximam, id est ad optimam: sed tamen illa sub qua simpliciter potest conseruari non terminatur ad maximum, alias daretur vltimum instans esse aque. Si enim aqua per continuam rarefactionem vertitur in aerem, & raritas verbi gratia ut vnum est maxima sub qua potest esse, illud instans in quo est rara ut vnum, elicit vltimum instans illius: quia immediate post illud erit maior raritas. Sed dicendum est quod raritas verbi gratia ut vnum est minima sub qua non potest conseruari aqua, et minima sub qua generatur aer. Et sic saluatur quod illud instans transformationis aque in aerem est primum instans non esse aque & primum esse aeris ut docet Aristoteles octavo huius. Eodem modo si aqua per condensationem conuertatur in terram, danda est minima condensatio sub qua non potest conseruari aqua, que est minima sub qua generatur terra. Unde sequitur quod qui admittunt maximam densitatem sub qua conseruatur aqua, & maximam raritatem sub qua conseruatur aer, non philosophantur a priori ex principijs & naturis rerum: sed solum a posteriori inferendo sophistica inconuenientia: que pro libito & fingunt & dissolunt. Quod si quis arguat. Sicut augmentum caloris in homine, et augmentum densitatis in aqua, non terminatur intrinsece per maximum quod sit, sed per minimum quod non: ita terminetur augmentum quantitatis. Respondetur quod augmentum quidem quod fit a forma naturali per nutritionem, illud quidem terminatur ad maximum: sed illud quod fit via corruptionis per inflationem, iam videtur esse non terminari, nisi per minimum quod non.

Tertius demum articulus positus est in disputatione de minimo naturali. De quo sunt duae opiniones. Prima est Scoti in 2. sententia. d. 2. q. 9. negatis simpliciter minimum saltem in homine.

Quo in teligitur maximus ho.

Maxima dispositio.

judicium Aristotelis per manet per primum sui esse desinit per primum non esse.

Maxima densitas & raritas.

in fine sualata deo faceret accepta et gratia y a n g fuerat in finitibus oba q no adna pa que a n adu calidad a la gra de q. pa q est a s oba q in finitibus fuerat gratia ad v p s sed qd q. erat sufficior q alia aliqua qualitate sibi per adhibita

Super primum Physicorum.

homogeneis, nam in eterogeneis, puta in viuētibus id negare non potest. Non enim solum negat minimum ad hunc sensum, q̄ res nō terminentur ad paruitatem per minimum quod sic (nam hoc non esset adeo improbabile) sed negat simpliciter terminari quo ad paruitatem, aut per minimum quod sic, aut per maximum quod non. Hic namq̄ nullā esse quantitātē tam minimā ignis quin quēcūq̄ eius pars possit per se subsistere, sed solum inquit in rebus animatis posuit Arist. terminū augmētī et decrementi. 2. de anima. Opinio hec in hoc sensu est profecto singularis: nam siue per minimum quod sic siue per maximum quod non, nullus est qui neget res terminari quo ad paruitatem. ¶ Respondeatur ergo ad questionem quinq̄ conclusionibus. Prima. Substantie vniuersę tam viuentes et eterogeneę, quam elementa et alia mixta homogenea, terminantur naturaliter quo ad paruitatem. Conclusio imprimis de animatis a nullo, neq̄ ab ipso Scoto negatur, nā organizatio que requiritur in viuētibus etiam in plantis conseruari nequit naturaliter sub quacunq̄ quantitate: neq̄ enim homo nec equus, nec oliua tam parua esse potest naturaliter vt granum sinapis. Sed q̄ vera etiam sit generaliter de omnibus, saltem apud Arist. nō est dubium: quippe qui in hoc tex. 38. expresse ait contra Anaxagoram q̄ ex minima carne non est se parabilis caro. Neque responsio Scoti videtur plene satisfaccere, dicentis q̄ ad intentionē philosophi satis est q̄ deueniat ad tam parua carnem, vt de illa non possit separari equalis pars illis que separate sunt, cuius oppositum videbatur sequi ex opinione Anaxagore: non tamen (inquit) negasset Arist. quin a quacunq̄ carne sit separabilis aliqua portiuuncula semper minor et minor. Non inquam satisfaccit solutio: nam Aristote. duas inter alias, facit rationes contra Anaxagoram. Enimvero tex. 36. arguerat de partibus que separantur q̄ non poterant semper esse minores et minores, quin daretur terminus paruitatis illarum et per consequens si segregatio procedit in infinitum, dantur infinite partes equales in carne. Postea in tex. 38. arguit de illa re qua sit separatio, q̄ etiam terminabitur quo ad paruitatem ita vt ex illa nihil esset prius separabile: ne posset per terue dicere Anaxagoras, q̄ saltem a quolibet sine termino potest aliquid separari. Fateor q̄ Arist. non fuit sollicitus de termino paruitatis per minimum quod sic, aut per maximum quod non. Neque de ista differentia terminorum vsquā meminuit. Sed tamen expresse voluit q̄ saltem terminarentur quoad paruitatem. Et licet posuit exemplum de carne et osse: idem intellexit de aqua de qua facit illic mentionem. Et confirmatur ratio auctoritate Themistii et omnium expositorum Arist. et presertim Commentatoris hic et lib. 6. cōmen. 32. et 69. et alibi sepe.

¶ Et secundo. Experientia videtur quodam modo illud probari. Videmus enim q̄ per maximam contusionem, aut contusionem res corrumuntur, vt triticum in molendino cum sit farina: forsan mutatur speciem: quia sub puluere non conseruatur triticum. Et apud pharmacopolas per nimiam contusionem simplicium ad faciēda emplastra res corrumuntur: quia nō possunt sub tam parua quantitate conseruari. Tamen si forsan hoc nō fiat sine aliqua alteratiōe. ¶ Secūda conclusio. Nihil repugnat res terminari per minimum q̄ sic saltem quoad generationem, ita q̄ detur minima quantitas que requiritur ad generationem ignis vt sub minori nō

possit generari: et minima que requiritur ad generationem aque et sic de aliis. Conclusio est Commentatoris. 6. huius comment. 32. et libro. 7. comment. 2. et alibi frequenter. Et ratio probatur. In aliis dispositionibus datur minima que requiritur ad generationem, vt dictum est in articulo superiori, vt minima intensio frigiditatis que requiritur ad introductionem aque, minima densitas et. cō. q̄ res incipiunt esse per primum sui esse: et ideo illud instans, in quo minima est dispositio, est primum instans esse rei: ergo eadem ratione dabitur minima quantitas que requiritur ad generationē. ¶ Et cōfir. sicut secūda conclusio superioris articuli: quia essentialis perfectio forme terminatur intrinsece et positue: ergo et quantitas que requiritur ad generationem. ¶ Tertia conclusio. Non datur minima quantitas in corruptione rei si sit secundum ordinem naturalem: sub qua res potest conseruari. Probatur conclusio ex dictis in superiori articulo. Quādo aer per cōdensationem cōuertitur in aquā non est dabilis maxima cōdensatio sub qua potest conseruari, alias si cōtinua esset cōdensatio, illud instans in quo esset illa maxima cōdensatio, puta vt duo, esset vltimū esse aeris: ergo eadem proxis ratione nō dabitur minima quantitas sub qua potest conseruari aer: nā cū per cōdensationem semper fiat minor aer, daretur eadem ratione vltimū instans esse aeris. Igitur sicut datur minima cōdensatio sub qua nō potest esse aer, ita datur maxima quantitas sub qua nō potest conseruari. Semper enim obseruāum est q̄ illud instans medium trāsmutandi est primum instans esse rei que generatur, et primum nō esse rei que corrumpitur. ¶ Et confirmatur conclusio presertim in viuētibus, de quibus dictum est q̄ non datur minimum temperamentum sub quo possunt conseruari, alias desinereut esse per vltimum sui esse: sed datur minimum distemperamentum sub quo non conseruantur. Tunc sic arguitur. Cū homo corrumpitur per diminutionem caloris, non datur minimus calor sub quo conseruatur, sed maximus sub quo nō conseruatur [vt desinat homo, nō per vltimū esse, sed per primum non esse] ergo eadē ratione, si corrumpatur homo per extinctionē et cōsumptionē per maciem, non dabitur minima quantitas sub qua potest conseruari, sed maxima sub qua nō potest conseruari. Et hec conclusio, que ex proprijs principijs naturalibus a priori procedit, notanda est ad dissoluendum mille sophismata que sunt in materia de minimo. Nō enim sequitur q̄ si requiratur minima quantitas ad generationē, detur etiam minima que sufficit ad cōseruationē. [In quo multi falluntur] plus enim existit ad generationē q̄ ad cōseruationē. Et hinc Arist. elicit illam regulam q̄ res permanentes incipiunt per primum sui esse et desinunt per primum nō esse. ¶ Quod si quis in contrarium adducat auctoritatem Arist. qui ait per viam separationis deueniendum esse ad minimam carnē a qua nihil est separabile. Respondetur q̄ ipse nō concessit in corruptionibus naturalibus deueniendū esse ad minimum [vt statim amplius explicabimus] sed dixit q̄ cum res terminentur quo ad paruitatem: si per impossibile daretur per illam separationem Anaxagore vt perueniretur ad minimam, nihil ab illa poterit separari. Illi tamen non est illic cura neq̄ alicubi suorum operum de hac differentia, siue per minimum quod sic, siue per maximum quod nō res terminentur. Neq̄. S. Aho. neq̄ antiqui expressam vnq̄ memoriā fecerunt huius differentie de minimo quod sic, aut maximo quod

2. Conclus.

3. Conclus.

m. p. v. v. v.

2. Conclus.

non

non: sed postea illam inuenerunt. Et ideo iudican-
 dum est de illa secundum dicta Aristo. in alijs locis &
 secundum naturam rerum. Et tunc. s. huius generaliter
 dicitur quod res permanentes incipiunt esse per primum
 sui esse & desinunt per primum non esse, hinc colligi-
 tur quod data minima quantitas in inceptione et
 maxima que non, in desitione. ¶ Quarta conclusio.
 De potentia Dei absoluta res non terminatur
 quoad paruitatem, nec homogenea nec eteroge-
 nea, nec per minimum quod sic nec per maximum
 quod non: sed Deus potest per miraculum conser-
 uare quancumque rem sub quacumque minima quan-
 titate, et sub quacumque minoritate in puncto. Hoc
 patet manifestissime de sacratissimo corpore Chri-
 sti in sacramento altaris: quod totum cum sua qua-
 sitate est sub qualibet particula, & sub quolibet pu-
 cto hostie: & per consequens quodcumque aliud animal,
 & a fortiori quancumque aliam substantiam, po-
 test conseruare sub quacumque uoluerit quantitate.
 Verum est tamen quod conseruando hominem sub qua-
 sitate granis sinapis: & maxime si conseruaret in pu-
 cto, sicut sacramentum altaris, non posset exerce-
 re operationes vitales. Quod non est presentis lo-
 ci disputare. ¶ Quinta conclusio. In accidenti-
 bus uero non datur minimum nec quoad intensio-
 nem, nec quoad extensionem: licet sint qui contra-
 rium opinentur. Probatur. Cum igni applica-
 tur lignum, incipit calefieri per motum: ergo sic
 motus localis incipit per ultimum non esse, ita &
 alteratio incipit per ultimum non esse. Itaque
 nunc non est calor in igne, et immediate post hoc
 erit calor. Tunc ulterius. In his que incipiunt
 per ultimum non esse, non datur minimum quoad
 inceptioem, sed quocumque instanti dato in quo est
 motus, ante illud iam erat motus: ergo eadem ra-
 tione quocumque gradu caloris dato extenso per a-
 liquam partem ligni prius fuerat extensus, per mi-
 nozem partem: & per consequens non datur mini-
 ma extensio. Et quocumque gradu dato intensioem,
 ante illum fuit minor intensio: et per consequens
 nec datur minimum intensioem. Nec est eadem
 ratio de forma substantiali: nam forma substantia-
 lis requirit determinatas dispositioes: accidens uero
 non, sed ignis per ultimum esse non incipit et
 exiccare & calefacere lignum et calefaciendo exiccat,
 & exiccando calefacit.

¶ Contra primam conclusio-
 nem occurrit statim argumentum ex quinta con-
 clusione superioris articuli. Ignis & alia homoge-
 nea non terminantur quoad augmentum ex natu-
 ra sua: nisi propter ordinem uniuersi: ergo nec ter-
 minantur quoad decrementum in paruitate. Re-
 gatur tamen consequentia, alia est enim ratio de
 augmento et alia de paruitate: nam ignis propterea
 semper crescit quoad combustibilia adhibetur
 quia illa est augmentatio improprie dicta per ap-
 positionem ab extrinseco noue materie in quam in-
 troductur noua pars forme: sed tamen quoad par-
 uitatem determinat forma certam extensionem: si-
 cut determinat alia accidentia que requiruntur ad
 eius conseruationem. ¶ Sed preterea arguit Scotus
 ad probandum quod res homogenee non termi-
 nentur quoad paruitatem, nec per minimum quod sic,
 nec per maximum quod non. Diuidi in partes con-
 uenit rei cuiusque ratione quantitatis, ut patet in
 predicamentis cap. de quantitate & 5. meta. text.
 18. ergo cuiusque competit quantitas, conuenit et-
 iam diuisio: sed minimum naturale habet quanti-
 tatem eiusdem rationis cum maximo: ergo est diuisi-

ibile in partes sicut & maximum, et per consequens
 dabitur pars separata minor illo. Quod si dicat
 diuisionem repugnare minimo ratione forme natu-
 ralis: contra. Diuisio est propria passio que con-
 sequitur quantitatem, ergo cuiusque repugnat di-
 uisio repugnat et quantitas: uel si non repugnat
 quantitas, nec repugnat diuisio. ¶ In primis pro
 hoc argumento & omnibus subsequentibus, ne ue-
 ra philosophia cum casibus metaphysicis miscea-
 tur, adnotandum est quod minimum naturale uix
 aut nunquam profecto contingere potest natura
 liter, nec in generatione rerum, nec in corruptio-
 nem in generatione, cum ignis, u. g. generat ig-
 nem ex ligno, non potest fieri talis applicatio ut
 minima pars disponatur ante alias, quia applica-
 tio fit simul per multas partes, que simul disponu-
 tur: et per consequens nunquam dabitur minimus
 ignis in ligno. Et preterea quia ignis nihil inflam-
 mat, nisi uniendo sibi materiam, & sic non genera-
 tur minimus ignis. Et in generatione animalis se-
 men simul disponitur totum: & sic forma introdu-
 citur uel in toto animali simul, uel in magna par-
 te illius. Et eodem modo in fine corruptionis ligni
 non datur minimum lignum, sed bona pars ultima
 simul inflammatur, et a fortiori quando corrupit-
 tur animal per extenuationem, antequam ueniat
 ad minimam quantitatem uel maximam que
 non, corrupitur temperamentum animalis: & per
 consequens animal. Sed admittimus istos casus
 metaphysicos: si per impossibile Deus abscinde-
 ret unum minimum naturale aque, aut ligni, & re-
 linqueretur sue nature. ¶ Secundo notare quantum
 ad Scotum, quod si solum uellet probare quod non
 datur minimum naturale, quod sufficit ad conserua-
 tionem forme, hoc facile daremus illi: ut diximus in
 tertia conclusionem. Nec credo Arist. sollicitum fuisse,
 si res terminentur per minimum quod sic, aut per
 maximum quod non. Sed tamen uult probare Sco-
 tus quod nullo modo terminentur quoad paruitatem.
 Itaque digitalitas aque, aut ignis nec est minima que
 potest esse, nec maxima que non potest esse, sed po-
 test esse ignis subduplus per se, et subquadraplus
 & ita in infinitum: quod certe est falsum. Et ideo
 disputationis gratia damus illi quod digitalitas sit
 minima aqua. Et ad eius argumentum responde-
 mus, ut ipse respondet, quod licet ratione quantita-
 tis non repugnet diuisio, repugnat tamen ratione
 forme aque, que non potest esse naturaliter sub mi-
 nori quantitate. ¶ Et ad replicam respondetur quod
 diuisio ad hunc sensum est passio quantitatis, quod
 extendit partes subiecti in quo est, faciens par-
 tem esse extra partem, et hoc etiam conuenit mini-
 mo: non tamen ad hunc sensum quod subiectum
 possit naturaliter diuidi: nam coelum est quantum,
 et non potest diuidi. Et preterea responderetur quod
 si hoc minimum aque ex utraque parte haberet sibi
 unitam aliam aquam, tunc posset diuidi in quocum-
 que eius puncto. ¶ Et per hoc soluitur secundum
 eius argumentum, ubi ait quod non est intelligibile
 quod aliquid sit quantum, quin pars eius sit mi-
 nor toto existens in toto, nisi daretur aliqua pars
 in puncto indiuisibili. Respondetur inquam, quod
 ponentes minimum non negant, quin quocumque
 pars minimi sit minor minimo: neque fingunt ali-
 quam esse indiuisibilem: sed solum dicunt quod non
 potest separata per se subsistere.

¶ Et ad aliam confirmationem quam facit, uide-
 licet, quodlibet pars minimi homogenei est eius-
 dem rationis cum toto: ergo si totum per se potest
 subsistere, quocumque pars per se potest subsi-
 stere

Conclu.
 De potentia
 Dei absoluta
 res non termi-
 nantur quoad
 paruitatem

Conclu.
 In accidenti-
 bus uero non
 datur minimum
 nec quoad intensio-
 nem, nec quoad
 extensionem

62

steremegatur cōsequentiā: patet in partibus cœli, quarum nulla potest per se subsistere. Et est præterea simile in partibus animalis: quæ certe sunt eiusdem rationis, ad hunc sensum, quod constant oēs ex eadem materia et ex eadem forma: et tamen absque manu, non potest subsistere sub eadem forma: quia statim corrumpitur: eo quod forma non potest animare illam materiam in qua non est sufficiens organizatio totius hominis. Eodem modo dicitur quod absque pars minimi, non potest per se esse ex defectu quantitatis quam forma naturalis requirit. **H**inc item solum restat aliud eius tertium argumentum quod facit, inquirens utrum repugnet ab intrinseco pars minimi per se esse, an ab extrinseco: quia resistere non potest corrupti. Respondens enim est quod hoc repugnat ab intrinseco: quemadmodum enim forme animalis repugnat naturaliter esse in materia, nisi sit organizata: et tamen quæ forme homogeneorum repugnat esse nisi cum certis dispositionibus, ita cuiuscumque repugnat esse, nisi sub certa quantitate. Et ideo quod cumque agens diuidens minimum, corrumpet illud. Illud facit argumentum maiorem tangens difficultatem. **S**ed prius arguitur argumento communi contra ultimam solutionem. Dato minimo naturali, v. g. aque, applicetur aliquod condensatum illius. Tunc sequitur in primis quod illud minimum designat esse per ultimum sui esse: nam cum per condensationem res efficiatur minor, et condensatio sit motus qui incipit per ultimum non esse, verum erit dicere res modo non condensatur, et immediate post hoc condensabitur: et per consequens nunc est minimum et immediate post hoc non erit. Quod si id non habeatur pro inconuenienti in minimo: arguit sic. **C**orruptio vnus, ut patet, i. de generatione, semper est generatio alterius: sed ex illo minimo non potest aliquid generari: nam generatio non potest esse sine aliqua alteratione præuia, et illud condensatum non potest per solam condensationem alterare minimum, ut generetur tam cito aliud sibi simile. **N**el datur quod minimum, v. g. lignum diuidatur gladio qui quidem non potest alterare minimum ad generationem alterius rei. **Q**uod si dicatur quod materia minimi informabitur forma circumstantis, ut si sit in aere conuertetur in aerem. Tunc restat difficultas prima quod aer non potest ita cito disponere materiam minimi ad introductionem forme: et præsertim si illud minimum est aqueum quod corrumpitur per condensationem. Tunc enim est forma aeris maiorem raritatem exposcat, quam forma aque, non videtur quomodo minimum resoluatur in aerem. **Q**ui vt hæc omnia suprema replica cōfirmentur, quid si illud minimum diuideretur in vacuo. **N**on enim multa dissolutionem tenendo quod non datur minima quantitas que sufficit ad cōseruationem indiuidui. Quod sane credo esse verum: nam vt diximus de maximo, quod licet datur maxima quantitas ad quam forma in sua dispositione potest peruenire, nihilominus quando corrumpitur per inflationem præter naturalem non datur nisi minima inflatio sub qua non potest conseruari ita quando minimum corrumpitur per extenuationem, aut condensationem, non datur, nisi maximum sub quo non conseruatur. **E**t contra hoc solum videtur stare auctoritas Aristotele, in hoc loco text. 38. ubi ait quod ex minima carne non est separabile quicquam. Ad quod tamen iam supra responsum est. **S**ed respondetur præterea quod etiam dato minimo causa disputationis, si corrumpatur per solam diuisionem, non sequitur quod designat per ultimum sui esse: nam illud argumentum

quo pede currit, si res determinetur per maximum quod non. **D**atur enim quod maxima quantitas sub qua non potest esse lignum sit digitalis. Tunc signato ligno digitali cum vna quarta, applicetur gladius diuidens per medium sequitur quod definit esse per ultimum sui esse: nam medietas illius non potest separata manere. alias daretur minus maximo quod non: quod est idem inconueniens, ac si datur minus minimo. **N**egatur nihilominus quod tunc designat minimum per ultimum sui esse: quoniam illud lignum habet aliquam grossitiam (quia linea indiuisibilis non datur separata) et per consequens diuisio fiet in tempore: atque adeo primum non esse diuisiois erit primum non esse minimum. Quod si super naturaliter diuidatur in instanti: tunc concedimus quod Deus potest non solum minimum, sed vniuersum finire per ultimum sui esse. Et eodem modo respondetur de minimo, si admitteretur. **S**ed si corruptio fiat per condensationem non ita facile respondetur nisi dicatur quod ante condensationem requiritur aliqua alteratio, puta frigiditas: et quod datur minima frigiditas que sufficit ad condensationem: et illud instans quo primo est illa frigiditas est primum non esse minimum. Sed re vera [vt diximus de maximo] supposito quod alteratio de se non sufficeret corrumpere, nisi ratione condensationis, videtur quod cum condensatio incipiat per ultimum non esse, et quod in illo instanti adhuc minimum non sit corruptum, et per consequens illud sit ultimum esse illius. Et si non admitratur minimum, sed maximum quod non [quod, v. g. sit digitale] respondetur quod non datur aqua per se, nisi maior quam digitalis: que quidem potest cōdēari quoad vsque veniat ad digitalitatem: et illud erit primum instans non esse aque. Et in illa parua morula potest disponi ad nouam formam. **A**lia inconuenientia communia sunt siue datur minimum siue maximum quod non. Respondetur ergo quod si illa condensatio fiat ab agente quod potest inducere suam formam, inducet illam sine minus, res soluetur in materia circumstantem, etiam si non posset tam cito disponere quia ad diuisionem sequitur corruptio necessario ex natura rei. Quomodo enim, si animal subito abscinditur caput gladio, cōtinuo subsequitur forma cadaueris: licet gladius non possit disponere ad illam: quoniam illa forma non introducit ex intentione directa alicuius agentis [sicut ignis corrumpit aquam vt introducat suam formam] sed solum cōsequitur ad corruptionem alterius ne datur materia sine forma. Et proportionabiliter dicatur etiam si minimum diuidatur in vacuo. Si enim illud minimum quod diuiditur fuerit animal, subsequeretur forma cadaueris. Sed si fuerit elementum aut lapis, tunc dicendum quod aut subsequeretur alia forma, natura vniuersi id providente, aut non poterit naturaliter diuidi, natura vniuersi resistente, ne datur materia sine forma. Nam dicere quod restabit materia sine forma, multo est maius inconueniens.

¶ Contra secundam cōclusio

nem qua dictum est dari minimum in generatione rei naturalis arguitur sic. Applicetur, v. g. lignum igni, et sit quantitas digitalis illa que requiritur plene disposita in ligno, antequam introducat forma ignis, que debet incipere in ligno per primum sui esse. Et arguitur sic. In illa digitalitate non erit forma ignis antequam intentio caloris vt octo sit extensa per totam [nam illa est minima que requiritur ad generationem ignis] sed, vt in quinta cōclusione assertum est, non datur mi-

nima extensio accidentis: ergo intensio vt octo caloriz prius fuit in medietate illius digitalitatis q̄ in toto. Rursus cum intensio caloriz vt octo nulla alia forma potest esse, nisi forma ignis: ergo existente illa intensio in medietate digitalitatis non erat illic forma ligni, nec alia forma quam forma ignis: sed neque erat forma ignis ex defectu quantitatis, ergo tunc fuit materia sine forma.

¶ Ad hoc primo respondet q̄ vt plurimum ignis non generat ignem in aliqua materia, nisi uniendo eam sibi. Patet in primis de flamma que nutritur fumo et aere. Non enim conuertit aerem in ignem, nisi uniendo sibi. Idem patet de stuppa et ligno proiecto in ignem, uniendo enim materiam ligni sibi inflammant illam. Sicuti virtus nutritiva animalis non prius tempore conuertit cibum in substantiam aliti, q̄ uniat substantie ipsius animalis. Et in tali casu non currit argumentum. Non enim ignis expectat disponere minimam materiam in qua introducat formam: sed quacumq; data prius iam uniuert sibi minorē: et per consequens non datur minus minimo per se existens. Vel [qd̄ frequētius vsu venit] simul equaliter disponit multas partes materie, quas simul inflammat. Si vero passum sit distans aliquantulum ab igne, vt si stuppa ponatur pedaliter distans ab igne tunc videtur currere argumentū: quia inflamabitur, nec tamē unietur igni: vel si ferro calidissimo, vbi tñ formaliter non est ignis, applicetur stuppa inflamabitur: et tñ non unietur alteri igni qui nullus erat. Respondetur nihilominus q̄ nec tunc poterit disponi medietas minimi priusq̄ alie partes: quia cū ignis agens sit extēsus, et stuppa sit extēsa, necessarium est vt vel tota stuppa vel magna pars eius simul disponatur. Et ita constat experientia q̄ simul totū inflamatur. Cum enim lignum non vult ardere, si supponantur palee, simul inflamantur. Profecto naturaliter vix posset dari ille casus quo minima materia prius disponatur, quā maior pars: nam etiam semē animalis prius disponitur totum vel saltem non disponitur pars minor minimā anteq̄ disponatur maior minimā.

¶ Quinimo sunt qui credant formā hoīs non prius informare partē q̄ totam materiam. Quod non crediderim: sed potius cōsentio multis medicorū, q̄ cor prius viuūt in homine et vltimo moritur. Et ideo licet aia sit indiuisibilis, successiue tñ animat totū. Et ita videtur experientia cōpertū q̄ prius desinūt viuere pedes q̄ pectus. Sed de hoc alias. Hoc tñ sufficit hic q̄ pars q̄ incipit viuere non est minima.

¶ Si autem semel daretur minimus ignis, forsan tñ posset fieri talis applicatio stuppe vt disponeretur minima eius quantitas successiue. Atque autē id fuerit, admittimus disputationis gratia q̄ minima quantitas posset successiue disponi. Et tñ respondere forsan quispiam posset propter argumentum q̄ quocumq; instanti dato quo est forma ignis in passu, ante illud erat in minori parte postquam ante illud intensio vt octo erat in minori. Hoc tamē nullatenus sustineri potest in physica: quia tunc ignis inciperet esse per vltimum non esse contra doctrinam Arist. 8. huius. Et expresse contra Lommen. 6. huius commē. 31. vbi ait q̄ primum in generatione est minimum naturale. Et contra manifestam rationem: nam forma ignis non potest incipere esse in passu nisi in illo instanti quo incipit esse intensio caloriz vt. 8. que est vltima eius dispositio: et talis intensio manifestum est q̄ non incipit per vltimum non esse: sed per primum sui esse: quia cum talis intensio fiat per motum, quocumq; instanti dato in quo non est intensio vt. 8. ad

huc restat aliquid partibile intensiois producendum, et per consequens non immediate post tale instans erit intensio vt octo. Cum ergo intensio vt. 8. incipiat esse in passu per primum sui esse, fit vt et forma ignis incipiat esse per idem primum sui esse. Unde manifeste sequitur q̄ est habilis certa quantitas materie in qua primo est: si non maior, saltē minima. Unde tandem ad argumentum respondetur q̄ quauis accidens ex natura sue productionis non determinet minimam intensioem, aut extensioem: nihilominus quia forma substantialis exigit certam extensioem, illa summa intensio que requiritur ad introductionem forme: non prius est in parte illius minimi quam in toto: sed quam primum est in parte, per necessariam subsequentiā est extēsa per totum ad extensioem forme substantialis ignis in toto minimo.

¶ Post hæc subsequitur argumentum aliud quod Scotus format aduersus minimum. Sequeretur (inquit) ad positionem minimi q̄ daretur primum in motu, id est, primum instans esse forme substantialis: consequens est falsum: ergo. Probat minorē: quia si daretur primum esse forme in minimo, tunc vel in eodē instanti produceretur alia minima subsequentiā: et sic augmentatio ignis in passu non fieret successiue: qd̄ est contra experientiam. Vel producto primo minimo debet agēs expectare vt disponatur alia materia eiusdem quantitatis vt producat secundū minimum: quo producto, adhuc debet expectare vt disponatur materia tertij minimi: vnde sequeretur motū augmentationis non posse esse cōtinuum: sed necessario interrupti per quietē qd̄ est falsum. vt. 5. huius. et. 1. de generatione est videre. ¶ Ad primum argumentū concedimus vt probatū est q̄ est necessarium dare primum in motu. i. primum instans esse forme substantialis in minimo, si tam subtilis esse potest applicatio vt disponatur ante alias partes. Quauis hoc non sit dare primum instans esse motus [qd̄ expresse negat Arist. 5. huius] tñ inuenio generatio forme substantialis non est motus. Sed negatur tñ vtraq; pars disunctiue. Sicut q̄ in eodem instanti incipiant esse alia minima subsequentiā, aut q̄ agēs debeat expectare dispositionē alterius equalis materie, anteq̄ introducat formam in secundū minimo. Tamē in hac secūda parte fuerint multi decepti, etiā Thomiste, cōcedētes argumentationem non esse motum cōtinuum, sed fieri per minima vt infert Scotus. Et cōmētator fuit huius opinionis. 8. huius commē. 23. et cōmē. 44. Sed profecto non obstante eius et cuiuscumq; autoritate, ille est in philosophia intolerabilis error. Et probatur manifeste, quia necessitas minimi solū est in inceptioe forme, vt dicebamus, propterea q̄ res permanens incipit esse per primum sui esse. Et ideo necesse est signare certam quantitatem materie in qua primo sit. Sed tamē postea in augmentatione cessat hæc necessitas: quia quecumq; pars materie post minimā iam est vnita precedenti, et per consequens quātulacumq; minori minima informetur, non datur minus minimo per se existens. Et preterea id probat: qm̄ si hoc est primum instans esse intensiois caloriz vt octo in termino quāritatis primi minimi, immediate post hoc idem gradus erit vltra illud punctū, et per consequens immediate post hoc erit ignis maior minimo. Itaq; post hoc instans esse minimi nulli erit habile instans quin ante illud erit ignis maior minimo. Et hoc est admodum notandum in motu augmentationis.

¶ Aduers

Accidens est per substantiam et substantia determinat sibi propria quantitate q. determinat sibi propria mensuram
sua, et accidens ex utro terminata quo ad certam quantitatem ita quod sub hac potest esse et sub minori non potest.

Super primum Physicorum.
Aduersus quintam conclusio
nem arguunt nonnulli, tenentes q. potest dari mi
nima intensio et extensio. Primo, quia accidens est p
pter substantiam: ergo cum forme substantiales de
terminent sibi minimam quantitatem, sequitur q. etiam
accidentia erunt terminata quoad paruitatem in
tensionis extensionis, sicut arguit Aristoteles in hoc lo
co tex. 36. de toto ad partes, q. si totum est termina
tum, etiam partes. Ad hoc videtur q. argumentum
solum probat q. accidentia requisita ad introductio
nem forme substantialis sunt terminata ad maximum
et minimum, ut expositum est in conclusione tertia supe
rioris articuli, et modo in proxima solutione dice
bamus. Ita ut forma non introducatur, nisi sit cum
certis dispositionibus. Non tamen probat q. in mo
tu alterationis datur remississima qualitas primo
producta, aut minima pars extensionis primo calida.
Sed maius argumentum esset ex Aristotele, qui s. huius
tex. 69. generaliter dicit entia permanentia incipe
re per primum sui esse: et cum qualitates sint entia per
manentia videtur q. incipiant per primum sui esse.
Unde sequitur q. in primo instanti esse qualitatis
datur remississima qualitas et minima extensio.
Nihilominus respondetur q. Aristoteles loquitur solum
de generatione et corruptione substantie. Sed de ac
cidente, quod producit per alterationem, idem iu
diciu est quod de motu. Unde sicut in motu non da
tur primum instans esse, ita neq. in qualitate q. per
motum producit. Secus esset de qualitatibus spi
ritualibus et forsan de sensationibus, si admitteret
illarum productio fieri in instanti eo q. producit
absq. resistantia. Alterum argumentum est hoc.
Applicatio agentis ad passum sit successiue p. mo
tum: ergo datur primum instans applicati esse ut sic
loquamur, ita q. nunc est applicatum, et non immedia
te ante hoc erat applicatum. Tunc in illo instanti
producit aliqua qualitas et non nisi remississima que
producti potest, ergo. Pro solutione huius argu
menti notandum est q. sphaera actiuitatis agentis nul
latenus terminari potest intrinsece: sed extrinse
ce. Volo dicere q. si ignis potest agere per aliquod
certum spacium, illud non terminatur per lineam
in qua potest agere et ultra quam non potest: sed per
lineam in qua non potest et citra quam potest. Et
ratio est manifesta: quia effectus agentis, puta ca
lor, producit ab igne et lumen productum a lumi
noso, producit vniuniformiter difformiter a summo
gradu vsq. ad non gradum. Ita ut calor ut octo sit in
igne et non gradus sit in extremo sphaere sue actiui
tatis. Et ideo in quocunq. puncto est gradus calo
ris, adhuc ultra illud est remissior calor: et per con
sequens sphaera terminatur vbi primo est non gra
dus caloris: atque adeo ille erit terminus extrin
secus. Hinc sequitur q. si passum est in illa linea,
tunc incipit agere applicari ad passum per vltimum
non esse. Itaq. nunc non applicatur et immediate
post hoc applicabitur: et per consequens nunc non
est calor in passo, et immediate post hoc erit calor:
atq. adeo post hoc non dabitur instans in quo sit
calor in passo quin ante illud fuerit remissior. Nec
dabitur extensus per aliquam partem, quin prius
fuerit extensus per minorem. Unde ad argumentum
conceditur q. applicatio fit per motum: sed negatur
consequentia cum infertur, ergo datur primum instans
facte applicationis: quia quadiu sphaera agentis est
extra illam lineam non facta applicatio: sed quando non
gradus agentis est primo in illa linea, tunc incipit
applicari per vltimum non esse: et idcirco in quocunq.
instanti postea est applicatum, ante iam erat appli

Super primum Physicorum.
Aduersus quintam conclusio
nem arguunt nonnulli, tenentes q. potest dari mi
nima intensio et extensio. Primo, quia accidens est p
pter substantiam: ergo cum forme substantiales de
terminent sibi minimam quantitatem, sequitur q. etiam
accidentia erunt terminata quoad paruitatem in
tensionis extensionis, sicut arguit Aristoteles in hoc lo
co tex. 36. de toto ad partes, q. si totum est termina
tum, etiam partes. Ad hoc videtur q. argumentum
solum probat q. accidentia requisita ad introductio
nem forme substantialis sunt terminata ad maximum
et minimum, ut expositum est in conclusione tertia supe
rioris articuli, et modo in proxima solutione dice
bamus. Ita ut forma non introducatur, nisi sit cum
certis dispositionibus. Non tamen probat q. in mo
tu alterationis datur remississima qualitas primo
producta, aut minima pars extensionis primo calida.
Sed maius argumentum esset ex Aristotele, qui s. huius
tex. 69. generaliter dicit entia permanentia incipe
re per primum sui esse: et cum qualitates sint entia per
manentia videtur q. incipiant per primum sui esse.
Unde sequitur q. in primo instanti esse qualitatis
datur remississima qualitas et minima extensio.
Nihilominus respondetur q. Aristoteles loquitur solum
de generatione et corruptione substantie. Sed de ac
cidente, quod producit per alterationem, idem iu
diciu est quod de motu. Unde sicut in motu non da
tur primum instans esse, ita neq. in qualitate q. per
motum producit. Secus esset de qualitatibus spi
ritualibus et forsan de sensationibus, si admitteret
illarum productio fieri in instanti eo q. producit
absq. resistantia. Alterum argumentum est hoc.
Applicatio agentis ad passum sit successiue p. mo
tum: ergo datur primum instans applicati esse ut sic
loquamur, ita q. nunc est applicatum, et non immedia
te ante hoc erat applicatum. Tunc in illo instanti
producit aliqua qualitas et non nisi remississima que
producti potest, ergo. Pro solutione huius argu
menti notandum est q. sphaera actiuitatis agentis nul
latenus terminari potest intrinsece: sed extrinse
ce. Volo dicere q. si ignis potest agere per aliquod
certum spacium, illud non terminatur per lineam
in qua potest agere et ultra quam non potest: sed per
lineam in qua non potest et citra quam potest. Et
ratio est manifesta: quia effectus agentis, puta ca
lor, producit ab igne et lumen productum a lumi
noso, producit vniuniformiter difformiter a summo
gradu vsq. ad non gradum. Ita ut calor ut octo sit in
igne et non gradus sit in extremo sphaere sue actiui
tatis. Et ideo in quocunq. puncto est gradus calo
ris, adhuc ultra illud est remissior calor: et per con
sequens sphaera terminatur vbi primo est non gra
dus caloris: atque adeo ille erit terminus extrin
secus. Hinc sequitur q. si passum est in illa linea,
tunc incipit agere applicari ad passum per vltimum
non esse. Itaq. nunc non applicatur et immediate
post hoc applicabitur: et per consequens nunc non
est calor in passo, et immediate post hoc erit calor:
atq. adeo post hoc non dabitur instans in quo sit
calor in passo quin ante illud fuerit remissior. Nec
dabitur extensus per aliquam partem, quin prius
fuerit extensus per minorem. Unde ad argumentum
conceditur q. applicatio fit per motum: sed negatur
consequentia cum infertur, ergo datur primum instans
facte applicationis: quia quadiu sphaera agentis est
extra illam lineam non facta applicatio: sed quando non
gradus agentis est primo in illa linea, tunc incipit
applicari per vltimum non esse: et idcirco in quocunq.
instanti postea est applicatum, ante iam erat appli

catum. Hinc sequitur q. illa consequentia non valet,
datur intensissimus calor: ergo datur remississimus
quia quodcumq. agens agit a summo gradu inclu
sive vsq. ad non gradum exclusiue. Unde in luminoso,
puta in candelae est summus gradus luminis: sed quo
cumq. lumine dato in aliquo puncto sphaere illumi
nate, adhuc ultra illud profectum est lumens remissius.
Quod si quis arguat q. datur minima extensio
albedinis, quia datur minimum niuis, quod potest per
se sustinere. Respondetur q. illud non est minimum al
bedinis, sed niuis: quia si albedo non potest esse in
minori subiecto, est ratione forme substantialis que
non potest esse sub minori quantitate. Et preterea
potest forsan dari et minima extensio et minima inte
nsio, tam albedinis quam caloris que posset sentiri: sed
tamen non minima que posset produci in subiecto. Alia
multa sophismata solent hic fieri, que indigna sunt
physica disputatione. De terminis autem potentie
actiue et resistentie, vtrum videlicet potentia acti
ua ignis terminetur ad maximum quod potest, an in
minimum quod non potest, non est hic locus dicendi ne
materias anteuertamus, subsequitur in textu. Ca
put quintum. Omnes igitur, etc. et caput sextum, et
septimum vsq. ad tex. 70.

¶ Tex. lxxvij. Quo circa est quidem ut duo, &c.

Quaestio quinta.

UTRUM PRINCIPIA RE
rum naturalium sunt contraria &
tantum tria.



Parte negatiua primi

membri questionis arguitur primo.
Principia rei naturalis sunt substantia
tie, nam substantia ex accidentibus non
componitur, ut Aristoteles hic text. 52. tes
tat: sed substantie nihil est contrarium, ut habet in pre
dicamentis. c. de substantia: ergo principia non sunt
contraria. Et confirmatur. Si principia substantie
essent contraria, maxime essent forma et priuatio,
nam materia, cum prius sit sub priuatione, et dein
ceps sub forma, neutri earum est contraria: at ve
ro forma et priuatio non sunt contraria, quia ut ha
betur in post predicamentis, diuersa est contrario
rum oppositio ab illa que est priuitate oppositorum
eo q. contrarietas est inter duo positua: ergo prin
cipia non sunt contraria. Et confirmatur secun
do. Aristoteles in hac parte videtur sibi ipse mos
dis tribus contradixisse: ergo non est auscultandus.
Probatur antecedens. In tex. 41. dixit principia
esse contraria: et in tex. 52. affirmauit principia non
esse accidentia, et substantie nihil esse contrarium:
que manifeste contradicunt: nam si principia non
sunt accidentia, sunt substantie, et si substantie ni
hil est contrarium, principia non sunt contraria.
Item tex. 42. dixit contraria non fieri ex alterutris:
et inferius in tex. 43. contra dixit vniquodq. fieri
ex suo contrario, puta albi ex non albo. Item tex.
50. dixit principia semper permanere in compositis
vnde sequitur non esse contraria. Etenim, ut cap
de quantitate dictum est, contraria repugnant in
eodem subiecto. Secundo principaliter pro par
te negatiua secundi membri arguitur. Aut prin
cipia esse tantum tria, intelligitur de vniuersis prin
cipijs tam intrinsecis quam extrinsecis, et tunc sunt quin
que, puta materia, forma, et priuatio, et efficiens et fi
nis: aut intelligitur solum de intrinsecis, et sic non
sunt nisi tantum duo, puta materia et forma, nam
priuatio

privatio non intrat compositionem rei genite, sed est solum terminus a quo generationis. Et confirmatur. Aut intelligitur de omnibus principijs tã per se q̃ per accidens, aut de principijs tm̃ per se. Sive omnibus, nõ solum est vnus terminus a quo sed infiniti: fit enim alibi per accidens ex quocũq; non albo, puta ex musico, ex dulci, &c. vt tex. 43. docet Arist. & eadem ratione hõ pot̃ esse saltẽ media- te ex terra, ex ligno, & sic in infinitũ qz homo fit ex non hoie, & nõ hõ pro qualibet re alia ab hoie sup- ponitur. Si vero intelligitur de principijs solũ per se, tunc nõ sunt nisi duo, puta materia & forma: vt ex professio docet Aristot. tex. 65. dicens ea sola esse principia per se, ex quibus res fit & facta est. i. que manet in re facta: privatio vero forme que gigni- tur non manet re genita. In quo videtur secũ pu- gnare: quippe qui tex. 43. dixerat musicum per se fieri ex immusico, per accidens vero ex albo, vbi in sinuavit privationem esse principiu per se cuius cõ- trarium text. 66. pronunciauit. In contrariũ est sententia Arist. tex. 67. vbi vtrunq; mẽbrum que- stionis affirmat, dicens qz principia dicenda sunt quodã modo vt duo, & quodã modo vt tria, & quo- dam modo vt contraria.

Hæc q̃stio prima est ad prin-

cipia pertinene rei naturalis, de quibus est huius libri principalis intentio. In qua non possumus non aliqua eorum repetere que in commentarijs super textum annotauimus. Est namq; animus in his questionibus examẽ, epilogũs textus Arist. facere. Faciemus autem articulos duos de duo- bus membris questionis. Primum de contrarie- tate principiorum & alterum de numero, qui adeo connexti sunt vt commodè nequiverint, nisi sub v- no questionis titulo elucidari. Tractat questiones has Arist. postquam veterum opimiones refutaue- rat: in tribus capitulis. 5. 6. & 7. per triginta te- xtus: nõpe a. 41. vsq; ad. 70. Circa questionis ti- tulũ supponatur ex his que diximus questione. i. conclusione. 5. nomine rei naturalis significare rẽ q̃ in se habet principiu sui motus. Est enim tam for- ma q̃ materia principiu, aut actiuũ, aut passiuũ motus, quo ex his cõpositũ mouetur. Et ideo vera que appellatur natura: atq; adeo omne cõpositum ex materia & forma dicitur, & ens naturale, & proin- de ens mobile, vt per amplius lib. 2. explicabitur. Secũdo notandũ est qz alia est q̃stio, quot sunt causarũ genera rei naturalis, alia vero, quot sunt principia: prima enim q̃stio pertinet ad secundũ librum: hæc vero, ad hunc primum. Enimvero, vt in commento super text. primum adnotauimus, differt inter principiu & causam: principiu enim solum dicit ordinem: causa vero, dicit præterea in- fluxum: sicuti causa efficiens influit in effectum et finalis mouet efficiens ad agendum. Non ergo ac- cipitur hic principiu generaliter pro quacũque causa: sed specialiter p̃ partibus essentialibus rei, & pro termino vnde incipit motus. Quo fit vt de, intelligentiã, sol, & homo qui generant hominem, sint quidem cause efficientes, nõ tamẽ principia vt in presentiarum. Tertio notãda statim est dif- finitio principiorum: quam text. 42. designat Ari- sto. vbi ait. Principia sunt q̃ nec sunt ex alijs, neq; ex alterutris, sed omnia alia sunt ex illis. Que qui- dem diffinitio de primis principijs rei naturalis intelligitur. Ad cuius euidentia cõsiderandũ est, qz ly, ex, quanuis nonnunquã generaliter accipitur, vt dicat habitudines aliarũ causarũ, tñ pprie dicit habitudinẽ principij essentialis, aut termini a quo.

Et ita accipitur in presentiarum. Unde Arist. pri- mis duabus particulis intendit docere simplicita- tem primorum principiorũ. Intelligit ergo quod principia prima non sunt ex alijs neq; ex alteru- tris tanquã ex principijs essentialibus. Ex quo sequitur primo qz elementa, ex quibus generatur mixtum, non sunt prima principia, cu quia sunt ex alijs tanquã ex principijs essentialibus, puta ex ma- teria & forma, tñ quia mixtũ nõ fit ex illis tanq; ex partibus essentialibus. Hæc corũ actione, vt primo de generatione est videre. Sed tã materia q̃ for- ma, qz neutru fit ex alijs tanquã ex principijs es- sentialibus: neq; ex alterutris, quia nec materia est pars essentialis forme, nec forma pars essentialis materie: sed ex illis tanquã ex partibus essentialibus cõponuntur omnia corpora: fit vt sint prima prin- cipia. Sequitur secundo, nihil rationi primorum principiorũ obstare, qz tam materia q̃ forma di- uisibilis cõponatur ex suis partibus integralibus, nam partes integrales non censentur hic nomine principiorũ, nec cõpositio ex partibus integralibus repugnat principiorum simplicitati. Neq; rursus est contra naturã principiorũ, saltẽ forme, fieri ex alio tanquã ex causa efficiente: ad quod materia habuerit causam efficientem, nõ cognouit Aristot. Sequitur tertio qz neq; obstat principia fieri ex alterutris vt ly, ex, dicat habitu dinẽ alterius cau- se, qz essentialis: forma enim fit ex materia, tan- quã ex subiecto de cuius potentia educitur, & vicis- sim materia fit ex forma, seu per formam: quia ma- teria esse in actu naturaliter nequit nisi p̃ formã. Considerandũ est præterea qz illa diffinitio non solum conuenit principijs intrinsecis, puta mate- rie & forme: sed etiam privationi, quia loquitur hic Aristot. de principijs vt se extendunt ad principia contraria: & vt quam primum videbimus inter so- lam privationẽ & formã est contrarietas. Ob idq; tertia particula. i. qz alia fiant ex illis, intelligenda est, aut tanquã ex partibus essentialibus, aut tan- quam a termino a quo, quemadmodum privatio est principiu. Quod si arguas coelos esse entia naturalia, qui tamen non sunt facti ex privatione, quia materia coelorum nunquã caruit forma quã habuit. Respondetur qz Arist. solũ intelligit oia q̃ sunt per generalẽ generationẽ, fieri ex his tribus prin- cipijs: coeli vero secundũ Arist. nullatenus sunt fa- cti: & secundũ rei veritatẽ non sunt ex subiecto fa- cti, sed creati ex nihilo. Quarto principaliter ad notandũ est qz de numero & contrarietate principio- rum duodecim veterũ opimiones recensuit Arist. in tria fere membra principalia diuisas. Sex enim fuerunt opimiones ponẽtium vnũcũ principiu. Prima Melissi credentis vnũcũ esse principiu, infinitum & immobile. Qui nullã videtur posuiss se contrarietate: ob idq; oim pessime philosopha- tus est. Quã partim super text. 13. & rursus super text. 23. explicauimus. Secũda fuit Parmenidis o- pinantis vnũcũ fuisse principiu secundũ rationẽ, & illud finitũ: qz oia sunt vnũ secundũ rationẽ, & vnũuersum est finitũ: sed tamẽ secundũ apparentia sensu posuit contrarietate calidi & frigidi, quam appellauit ignẽ & terram. De qua loquuti sumus text. 25. & 22. Tertia fuit opinio Thaletis, phi- losophantis principiu esse aquam. Et quarta Dio- genis & Anaximenes, credentium esse aerem. Et quinta Heracliti credentis esse ignem. Ac deniq; sexta aliorum credentium esse aliquid medium in- ter aquam & aerem, aut inter aerem & ignẽ. Qui omnes quatuor naturaliter loquentes ponebant principiu esse mobile: atque adeo ponebant ra- ritatem

qz sunt contraria
hoc n. respondet h.
principijs quod
fiat ex alt. 20.
s. dementation

m. corollm.

m. corollm
3
forma
materia

contrarietas fit
inter privatione
formam.

m
4
Duodecim
opimiones
antiquorũ

Super primum physicorum.

mas quippe que se habent ut numeri, vna semper est alia imperfectior, illa virtualiter includit priuationem perfectionis. Et inde est ut ex diuersitate formarum substantialium nascantur differentie diuidentes genus et constituunt speciem, sensibile insensibile, irrationale, que explicantur per modum habitus et priuationis. Nihilominus tamen vtraque differentia designat aliquid positium. Et hec de oppositione formarum substantialium, et differentiarum diuidentium genus, obiter quidem, non tamen prius absque proposito dicta fuerint. Et per hec patet responsio ad primam confirmationem. Respondetur enim, quod quantumvis alia sit opposita priuatiua a contrariis oppositione, nihilominus generali nomine illa que priuatiue opponuntur dicuntur contraria. Et presertim: quia priuatio forme que gignitur conuenit materie ratione forme substantialis diuersae, et quodammodo contrarie. Quia de causa maiori ratione possunt forma et eius priuatio dici contraria: quia agens per actionem contrariorum accidentium expellens diuersam formam, expellit quodam modo priuationem introducens propriam formam, ad modum contrariorum. Et ad Duridanum et eius sequaces, arguentes quod priuatio nihil est, et per consequens nulli contrariatur, respondetur quod satis est sola ratio: non differre a materia, ut contrarietur quodammodo forme: non enim ita sunt negande distinctiones rerum, ut modi loquendi philosophici permutentur. Tunc enim secluso quocumque conceptu et nomine, materia a parte rei quatenus priuatur forma ignis, quodammodo opponitur forme: quia est sub opposita forma, hoc satis est ut concedamus formam et priuationem a parte rei esse contraria. Ad secundam confirmationem negatur aliquam esse in Aristotele contradictionem. Et ad primam iam responsionem est nihil ob stare, et principia substantie non esse accidentia, sed partes substantie: et formam nihilominus et priuationem esse largo modo contrarias: licet substantie sit nihil proprie contrarium. Ad secundam vero quidam respondent, quod cum prius dixit contraria non fieri ex alterutris, accipit contraria in abstracto: calor enim non conuertitur in frigus: quando autem subiungit, quod album fit ex non albo, accepit illa in concreto: idem enim subditum, quod prius est nigrum, postea est album. Sed tamen aliter forsitan proprius responderetur ad intentionem Aristoteli, quod prius dixit contraria non fieri ex alterutris, tanquam ex partibus essentialibus: sicuti non fit ex alio, de notis quod principia debent esse simplicia: sed postea dixit quod vni contrarium fit ex altero tanquam ex termino a quo, siue in concreto siue in abstracto. Dixit enim hoc ad ostendendum quomodo principia sunt contraria: nempe quomodo calidum fit ex non calido: et calor, ex priuatione caloris: ignis fit ex non igne, et forma ignis: ex eius priuatione in subiecto apto. Ad tertium membrum respondetur quod text. 50. non dixit vniuersaliter omnia principia permanere in composito: sed intelligit de principijs que sunt per se principia intrinseca, puta materia et forma: ut questione sequenti monstrabimus: priuatio vero que contrariatur forme et est principium generationis tanquam terminus a quo, non manet simul cum forma. Et ideo nulla est contradictio.

Subsequitur in secundo articulo secundum membrum questionis. Et hac ergo secunda conclusione quam toto cap. 5. tractat Aristoteles, ratiocinatur numerum principiorum. Quapropter in text. 50. subdit hac secundam conclusionem. Principia rei naturalis sunt plura quam vnum. Que sequit

ex superiori hoc modo. Principia sunt contraria: sed nihil est sibi ipsum contrarium, ut habetur in predicamentis cap. 6. ergo plura sunt vno principia. Tertia conclusio est etiam in eodem text. Principia sunt infinita. Hac probat illic quatuor rationibus, quia (inquit) alias principia non essent cognoscibilia, et per consequens nec totum ens naturale. Et preterea quia frustra sit per plura quod potest fieri per pauciora: atque alius duabus rationibus, que in commento abunde expositae sunt. Quarta conclusio est in text. 51. Principia sunt plura quam duo. hanc probat illic tribus rationibus, quas in commentis lucide habes expositas. Omnes autem huc tendunt. Principia debent esse contraria: sed duo contraria non possunt inuicem agere et pari, nisi circa vnum subiectum: ergo ponendum est tertium principium quod sit subiectum illorum contrariorum. Secunda ratio est. Illa principia debent esse partes substantie: ergo non sunt accidentia: sed substantie proprie nihil est contrarium: ergo principia proprie non sunt contraria, sed tanquam priuatiue opposita: priuatio autem non est, nisi in subiecto apto ad recipiendam formam, ergo propter priuationem et formam, que sunt duo principia, est etiam subiectum quod est tertium. Quod adhuc Aristoteles confirmat autoritate antiquorum. Et sic habetur principia sunt saltem tria: que est prima pars huius exclusiue principaliter intentae, tamen sunt tria principia. Quinta conclusio est in text. 56. Principia rerum naturalium non sunt plura quam tria: que est altera exponens. Probatur. Vnum par primorum contrariorum sufficit ad omnes generationes que sunt in vniuerso, et vni contrarietati sufficit vnicuique subiectum: ergo tantum sunt tria principia. Maiorem non probat Aristoteles, sed supponit tanquam notam. Explicat tamen eam et hemistichum hoc modo. Si essent plura contraria quam duo, aut quicquid generaretur ex duobus contrariis posset mediate vel immediate generari ex alijs duobus aut non: si sic, tunc plura quam tria illa duo essent superflua. Si vero non, tunc sequeretur primo quod non omnes substantie generabiles et corruptibiles reducerentur ad idem genus principiorum: quod est falsum, quia cum substantia sit vnius generis, principia debent esse vnius generis. Secundo sequeretur quod deberent esse infinita contraria: nam eadem ratione qua ponuntur plura quam duo, non posset distinguere numerus. Dubitatio tamen est hic non contemnenda (quam super textum. 57. partim tetigimus) circa istam quintam conclusionem, quomodo duo tantum contraria omni sufficient generationi. Arguitur enim sic. Inequality est in motu locali, puta reuoluitur a supra loco ad infimum (qualis est motus grauium) vel e conuerso (qualis est motus leuium) vel a dextro in sinistrum: qualis est motus celi. Alii sunt, eademque plurime in motu alterationis. scilicet a calido in frigidum, ab albo in nigrum. et a lig in motu augmentationis et diminutionis. scilicet a paruo in magnum et e conuerso. Quin etiam in generationibus substantiarum sunt diuersa contraria principia: nam alia est contrarietas principiorum in generatione ignis ex ligno, et alia in generatione animalis ex semine: atque alia in generatione cadaveris ex homine. Nam contrarietas forme et priuationis est ratione diuersitatis formarum quarum altera expellit et altera introducit: istae autem forme differunt in specie diuersis generibus: ergo et contrarietates principiorum sunt diuersae: et per consequens non sunt tantum duo principia contraria: atque adeo nec principia omnia sunt tantum tria. Ad hanc dubitationem respondetur primum omnium quod hic non est

3. Conclus.

4. Conclus.

5. Conclus.

Dubitatio

Ad primam confir.
 scilicet de q. inter for.
 et priuationem non
 habentur et pro
 sed tantum quod
 oppositio

Solutio ista dicitur
 a Buridiano quod
 p. 27. q. 1. dicitur
 rarietate forme, sufficit
 solum sola ratione
 vni a materia
 in quantum quod
 contrariatur forma

Ad secundam confir.
 in p. 27. dicitur q. 1.
 dicitur q. 1. dicitur
 in p. 27. dicitur q. 1.
 in p. 27. dicitur q. 1.
 in p. 27. dicitur q. 1.

in contradictione
 q. 1. dicitur q. 1.
 sunt in p. 27. dicitur q. 1.
 in p. 27. dicitur q. 1.
 in p. 27. dicitur q. 1.

Articulus secundus.

3. Conclus.

in p. 27. dicitur q. 1. dicitur q. 1. dicitur q. 1. dicitur q. 1. dicitur q. 1.

est vnicuique subiectum. f. habitus et priuatio ad quam dicitur Aristoteles

fermo de contrarietate extremorū inter alios mo-
 tus, sed de cōtrarietate principiorū generis substā-
 tie. Verum est tamen q̄ text. 42. et tex. 50. insinuat
 Aristot. in vno quoq; genere esse vnam primā con-
 trarietatem ad quam omnes illius generis redu-
 cūtur: quod ambobus in locis ferme declarauim⁹.
 Sed restat adhuc considerare q̄ prima contraria
 possunt intelligi dupliciter: aut quia sunt vniuersa
 lissima in predicando, aut quia sunt prima in efficiē-
 do. Prima cōtrarietas in predicando auctore Ari-
 sto. 10. meta. text. 15. est habitus et priuatio, quippe
 q̄ relique omnes participant rationē huius, vt cō-
 mento. 42. dicebamus. Imperfectius enim duos cō-
 trariorū virtualiter includit priuationem al-
 terius. Unde eodē lib. text. 7. habetur q̄ nigrū est
 priuatio albi. Et pariter relatiue opposita vt mai⁹
 et minus: nam de contradictorie oppositis manife-
 stum est q̄ vnum dicit negationem alterius. Istō
 ergo modo possumus dicere priuationem oppositio-
 nem esse primam: quia vniuersaliter predicatur de
 quibuscunq; oppositis: et precipue de his que diui-
 dunt genus, vt, sensibile et insensibile, rationale et ir-
 rationale, &c. Alio modo dicitur aliqua prima con-
 trarietas a primitate efficiētie: quomodo in genere qua-
 litatis caliditas et frigiditas sunt prima contraria:
 sane ex quibus omnes alie qualitates secunde effi-
 ciuntur. Et quantum humiditas et siccitas an nume-
 rentur etiam primis qualitibus, tñ quia sunt pas-
 siue, sunt posteriores caliditate et frigiditate, q̄ sunt
 actiue. Quā ergo hic dicit duo prima contraria suffi-
 cere, vt sint principū omnium generabilium et cō-
 ruptibilium, intelligit duo prima vtroq; modo: nā
 in omni generatione concurrunt principia que se
 habēt vt habitus (seu forma) et priuatio. Et hec etiā
 sunt prima quodammodo in genere causandi, quo-
 niam simplicissima principia ad generationē sub-
 stātie sunt forma et priuatio, que sese vicissim expel-
 lunt circa eandē materiam. Et quia omnia acciden-
 tia coproducentur ad productionē substantie, sunt
 simpliciter prima. ¶ Ex quo sequitur accidentia q̄
 per alterationem precedunt generationem non ha-
 bere rationem principiorū, sed sunt instrumenta
 quibus res corrumpitur, vt materia spoliatur for-
 ma, et nouam possit recipere, vt questione sequenti
 euidenter monstrabitur. ¶ Ex his rursus que dicta
 sunt elicitur solutio vulgarissimi cuiusdā argumen-
 ti qd̄ est hoc. Cuiuscunq; rei, dum gignitur, sunt sua
 principia ab alijs alterius rei, aut specie, aut nume-
 ro distincta: et sunt res genite innumere, imo secun-
 dum Aristot. fuerunt et erunt infinite: ergo aut infinita,
 aut salte q̄ plurima sunt principia. ¶ Ad hoc ar-
 gumentum, qui plus nimio terminis et nominibus
 assueuerunt, explicat tria esse principia, hoc mo-
 do. Tres sunt termini non synonomi omnia princi-
 pia generationis significantes, scilicet materia et forma et
 priuatio. At vero postq̄ principia sunt mere res,
 non opus est ad terminorum significationes appel-
 lare: sed satis exprimitur in hoc sensu propositio Ari-
 sto. Cuiuscunq; generationis substantie tria sunt
 prima principia. Et multo significantius exprimi-
 tur, si ly, principia faciat suppositionem simplicem, et
 non descendamus personaliter ad singula. At cum
 dicimus, tria sunt principia rerū naturalium, sen-
 sus sit. Tria sunt principiorū genera, scilicet materia for-
 ma et priuatio. Quomodo dicimus tantum
 decem sunt predicamenta. id est decem sunt rerū gene-
 ra. Enimvero forma ignis, forma arboris, et forma
 equi et forme vniuersæ substantiales in ratione prin-
 cipij sunt eiusdem generis: quia concurrunt tanq̄
 principium formale in generatione. Et pariter o-

mnes priuationes in ratione terminia quo sunt ei-
 usdem generis. Nam de materia omnium genera-
 bilium nulla est ambiguitas, cum sint omnes eius-
 dem speciei.

¶ Sexta demum conclusione

6. Conclu.

ex propria sententia respondet Aristot. tex. 67. ad
 vtrūq; mēbrū q̄stionis, hoc tenore. Principia quo-
 dāmodo sunt vt duo, quodāmodo vt tria, et quodam-
 modo vt contraria. Intelligit esse quodammodo vt
 duo, eo q̄ principia intrinseca rei genite sunt tantū
 duo, eadēq; realiter distincta, scilicet materia et forma. Et
 quia q̄ tñ hec principia sunt intrinseca, pbat Philo-
 sophus. text. 65. hac ratione. Ea ex quibus per se cōpositū sit
 et factū est, sunt eius principia: sed tantū materia et
 forma sunt huiusmodi: ergo. Ex quibus (inquit) sit
 et factū est, ad excludendū priuationē, que est prin-
 cipium et terminus a quo generationis in fieri, non
 tñ in facto esse: quia nō manet in cōposito, et ideo nō
 est eius principium per se. Quod autē materia, et forma
 sint per se principia rei iam facte: pbat, q̄a resolu-
 tio cōpositi fit in materiā et formā et vniquodq; cō-
 ponitur exijs in que resoluitur. Intelligit verūnq̄
 esse principia quodāmodo vt tria, quia omnia simul
 principia includendo principia a quo sunt tria rati-
 ones: nam priuatio que est principium per accidens
 licet sit idē numero cū materia, differt tamē ratio-
 ne. Quod autē priuatio sit principium per accidens
 probat text. 66. quia res sit ex materia in quantum
 accidit ei priuatio forme que gignitur, et per conse-
 quēs sit ex priuatione tanq̄ ex termino a quo. In-
 telligit demiq; esse quodāmodo vt cōtraria: quia for-
 ma et priuatio sunt cōtraria. Veruntamen non dicit
 simpliciter esse contraria: quia non omnia princi-
 pia sunt contraria: materia enim non contra-
 riatur forme. In summa, comparando materiā ad
 formā, dicit esse quodammodo duos verū comparan-
 do eam simul ad priuationem, dicit esse quodammodo
 tria. Rursus conferendo formam cum priuatione,
 dicit esse vt contraria: inueniens q̄ si consideretur
 in ordine ad materiā, non est illi contraria. ¶ Ad
 secundū igitur principale argumentum respon-
 detur, q̄ Aristot. loquitur hic de principijs secundū
 propria nominis significationē, vt notabili secundo
 in principio questionis explicauimus. s. pro illo quod
 pertinet intrinsece ad ordinē generationis, et ideo
 efficiens et finis non numerantur inter principia.
 Sed cū arguitur, aut intelligitur de principijs in-
 trinsecis et per se, aut de extrinsecis et per accidens
 tota difficultas est de priuatione, que nec est intrin-
 seca rei genite, nec protinde principij per se illius,
 sed per accidens vt text. 66. docet Aristotore, cuius
 contrarium videtur dixisse in textu. 4. 3.
 ¶ Et arguitur q̄ si priuatio est principium per ac-
 cidens, non esset asserendum proprie principium:
 quia principia per accidens sunt infinita: et ideo
 non cadunt sub scientia.
 ¶ Ad hoc responderet Commentator cōmento. 66. q̄
 priuatio licet sit principium per accidens, est tñ ne-
 cessariū. Sicuti propria passio, licet sit accidens, est
 tñ necessariū. Et ideo Aristot. loquitur hic de solis
 principijs per se, nec de omnibus per accidens sed
 de necessarijs. Attamen contra hanc expositionem
 videtur esse qd̄ diximus. i. poste. q. 3. de intentione
 Aristot. q̄ idē est necessariū et per se nihil enim neces-
 sario rei cōuenit, nisi qd̄ per se, i. ab essentia sua con-
 uenit, vnde et propria passio facit secundum modum
 per se. ¶ Aliter ergo arbitror esse dicendū, s. q̄ pri-
 uatio si cōparetur ad materiā, est quidē accidens
 illius: item si cōparetur ad cōpositū quod gigni-
 tur, est

Duo prin-
 cipia intri-
 seca.

vniquodq; p̄ cōpo-
 sitū hīs res magis

Ad. 2. p̄nc. resp. q̄
 Aristot. dicit tria esse p̄-
 cipia naturalium, loqui-
 tur de principijs q̄ intrinsece
 videntur ad generā-
 ad quā vltima ma-
 et forma requiri-
 priuatis q̄ gene-
 trā sit de nō esse
 esse. i. de priuatis
 mā solis habitus
 quibus ē de mē-
 ratione

Priuatio.

Prima cō-
 traria. 2

Prima prin-
 cipia.

tur, est etiam principii per accidens: quia non dicit aliquod positum influens in compositum, sicut vera causa: nec permanet in illo tanquam pars eius essentialis: sed est eius principium per accidens ad hunc sensum quod compositum sit ex materia cui accidit privatio. Et hoc intendit Arist. tex. 66. Si tamen privatio compositum ad generationem ipsam, tunc non est solum necessarium principii: sed quodammodo intrinsecum et per se intrinsecum definitionem generationis et corruptionis. Et hoc voluit dicere textu. 43. generatio enim est mutatio a non esse ad esse corruptio vero mutatio ab esse ad non esse, ut habetur. 5. huius text. 7. Cum ergo queritur de quibus principii determinat Aristot. esse tria respondetur quod nec de solis principii intrinsecis et per se entis naturalis, nec de omnibus extrinsecis et per accidens sed de intrinsecis et per se generationis entis naturalis: que sunt terminus a quo et terminus ad quem et subiectum.

Quod si interrogas quomodo fieri potest, ut aliqua sint per se principia generationis, que non sunt rei genite. Respondetur. Idcirco quod alia est definitio rei naturalis, et alia, generationis eius: res enim naturalis diffinitur physice per solam materiam et formam: est enim similitas nasi cavitatis: et homo animal compositum ex materia et anima rationali. Et per hoc probat Aristot. hec duo tantum esse principia intrinseca rei naturalis, ut super textum. 65. exposuimus. Generatio vero est mutatio substantie de non esse ad esse: et corruptio mutatio de esse ad non esse: in quarum prima diffinitione ponitur privatio, tanquam terminus a quo incipit mutatio: et in secunda tanquam terminus in quem desinit.

Secundum consequenter, questio. sexta.

Text. lxxix. Hac non sic unum existens, &c.

Questio sexta.

VTRUM MATERIA SIT adeo pura potentia, ut nullam de se habeat actualitatem.

Post numerum iam definitum principiorum, sequitur singulorum, singulis questionibus, rimari naturam, quippe quorum cognitio plusquam dimidium est totius physice scientie. Arguitur ergo quod materia non sit pura potentia. Materia per se est ens reale existens sine operatione intellectu, atque adeo reale subiectum forme quam sustinet et conseruat: ergo de se est actu ens, et per consequens non est mera potentia. Et confirmatur. Materia differt a privatione ut text. 75. et 79. ait Aristot. in hoc quod privatio est per se non ens: materia vero est proprie substantia permanens in composito: ergo materia per se habet aliquem gradum entitatis, et per consequens non est mera potentia. Et confirmatur secundo. Materia habet ex se veras proprias passiones: habet enim appetitum forme, ut habetur text. 81. habetque potentiam, unde educitur forma, ut habetur text. 78. quod est habere realem causalitatem respectu forme: hec autem, nisi rei que per se sit, competere non videntur: ergo materia per se est ens in actu. Item est per se principium, ut habetur text. 65. ergo est per se ens, quia entis principium est entis ens.

Secundo principaliter arguitur. Si materia est

set pura potentia ut distinguitur contra actum, sequeretur quod nec per divinam potentiam posset esse materia sine forma (haberet enim tunc materia esse ita intrinsece a forma, sicut corpus habet esse album ab albedine: ita enim se habet pura potentia essentialis ad esse simpliciter, sicut pura potentia accidentalis ad esse album (sed repugnat per quantumque potentiam corpus esse album sine albedine: ergo ita tunc repugnet materia esse sine forma. Consequens tamen inde apparet falsum quod cum materia et forma sint due res numero distincte: ut enunciat Aristot. text. 67. et neutra illarum sit pars alterius (in quo sensu dixerat Aristot. tex. 43. principia non fieri ex alterutris) sequitur Desi posse materiam seorsum conseruare sine forma: sicuti forma: potest, sine materia. In contrarium est Aristot. tex. 69. ubi ait. Unum igitur principium hec (scilicet materia) non sic unum, neque sic ens, ut hoc aliquid: unum autem scilicet forma, secundum quod ratio. Abi docet materiam de se non existere nisi per formam.

Questio hac duos habebit

articulos. In primo respondebitur ad questionem: et in secundo alia minora dubia circa naturam materie terminabuntur. Atqui primum omnium atque tunc notanda est natura materie que fundamentum est scientie naturalis. Et quo ab eius diffinitione sumatur exordium. Materia (ut text. 82. habetur) est primum subiectum unius cuiusque, et quo fit

aliquid cum in se, non secundum accidens. Sit, primum subiectum, ad differentiam subiecti accidentium, quorum subiectum, quo est quantitas, subiectum vero, quod, est totum compositum, ut. i. de generatione super text. 24. dicitur sumus materia vero est subiectum forme substantialis: que presuppouitur accidentibus. Ex quo cum in se sit, aliquid non secundum accidens, ad differentiam privationis, que nec permanet in composito, nec proinde per se concurrit ad eius esse quia esse compositum non resultat ex esse privationis, sicuti ex esse materie et forme. Et eadem particula excluditur terminus a quo includens formam contrariam. Fit namque acetum ex vino: et tamen vinum non est hoc modo materia (quia non manet in aceto) sed est terminus a quo. Et sit mixtum ex elementis que non sunt hoc modo materia: quia non manent formaliter in mixto. Tametsi etiam si manerent excluderentur per aliam particulam: quia non sunt subiectum primum. At quia materia ut text. 68. habetur innotescit per analogiam ad subiectum accidentium et potissimum artificium, prima comparatio est quod sicut subiectum forme accidentalis recipit a forma esse accidentale, puta esse album, aut calidum. ita materia prima recipit a forma esse substantiale, id est, simpliciter actu existere. Unde sicuti prima substantia, id est, suppositum est primum subiectum respectu omnium accidentium, eo quod illa sola simpliciter per se existit, ita materia, quia est subiectum forme dantis esse simpliciter, dicitur simpliciter prima materia et primum subiectum.

Est tamen differentia quod prima substantia est subiectum accidentis, dans illis esse, quia esse accidentium non est aliud, quam in esse substantie: sed tamen prima materia non est ita subiectum, ut illo modo det esse forme. Imo potius forma est actus per quem actu est materia, veluti albedo est forma per quam subiectum est album. Quocirca materia sustinet quidem, conseruatque formam: at non proprie dando illi esse: sed tanquam potentia ad esse per formam.

Unde sequitur secunda apprimere notanda differentia, cur ex materia et forma sit unum ens per se, tanquam ex subie-

Ratio. et necessaria huiusmodi et necessaria privatio et principium per se.

Generatio corruptio

ut Aristot. In principio etiam quam de forma cap. de quanti. fo.

Materia diffinitio.

ad hunc subiectum dicitur. materia primum quoniam quantum et quidem totum compositum.

duplex materia

Comparatio materia ad subiectum accidentium. Sicut materia dicitur subiectum accidentium, ita materia dicitur subiectum forme accidentalis.

diff. 3.

commentum quod accipit dicitur materia conseruat ab actu in materia accipit.

Antipha

ex subie-

ex subiecto et accidentibus non sit vnum per se: quam docet Aristot. 8. meta. text. 15. quia videlicet cum forma substantialis aduenit materie, non aduenit enti quod simpliciter sit per se in actu ante aduentum forme: ob idque non ponunt in numero forma et materia, vt duo simpliciter entia, sed quod resultat est simpliciter vnum, accidens vero aduenit enti quod per se est actu ens: et ideo forma et subiectum semper manent duo non facientia vnum. In quo sensu intelligitur illa maxima. Ex duobus entibus in actu non sit vnum simpliciter. Hinc sequitur tertia differentia quantum ad modum loquendi, quod proprie subiectum accidentium dicitur materia in qua: sed materia prima dicitur propria materia ex qua (vt habetur in definitione Aristot. ex quo etc.) Et ratio est, quod esse suppositi non constat tamquam ex partibus ex esse accidentium, sed potius subiectum communicat illis suum esse: licet vicissim recipiat ab illis denominationem accidentalem sed tamen esse suppositi resultat ex materia et forma, tanquam ex partibus essentialibus.

potentia
3. in qua
3. in qua
3. in qua

potentia

subiectum

potentia

conclusio

conclusio

forma

His præiacis fundamentis circa questionis titulum notandum est, quod potentia et actus, que ex opposito distinguuntur, multis modis dicitur, vt habetur, 5. meta. text. 14. et copiosius lib. 9. in principio. Vno modo actiue, sicut calor est potentia ignis ad calefaciendum aquam, et alio modo passiue, sicut siccitas ligni est potentia passiuua vt bene sit combustibile: et tertio modo pro potentia subiectiuua, sicut corpus recipit colorem et intellectus species. Et istis modis non accipitur in proposito. Non enim hic disputamus an materia habeat potentiam actiuam, nec quærimus an sic habeat potentiam passiuam, vt sit combustibilis: alie namque sunt, diuersæque huiusmodi questiones. Aliæ rursus ambigimus an materia sit potentia subiectiuua respectu forme: hoc enim notissimum est. Sed accipitur hic potentia vt distinguitur contra actum substantialem vel accidentalem qui est esse. Et querimus vtrum materia in sua ratione formali includat actum huiusmodi: quemadmodum homo in sua ratione includit formam: et album includit albedinem. Ad quam quidem questionem responderetur tribus conclusionibus. Prima. Materia est verum ens actu existens seu entis ens, in alio existens. Probat. Materia est vera pars substantie de qua simpliciter predicatur esse: vt enim vera est hec propositio, lignum est, ita et forma est, et materia est, nisi quod suppositum subsistit, partes vero non per se subsistunt: ens vero est participans huiusmodi quod est esse: ergo materia est ens reale, actu existens in toto. Conclusio hec præterea comprobatur argumento primo principali cum suis confirmationibus.

Secunda conclusio. Materia in sua intrinseca ratione formali non includit actum aliquem a quo formaliter sit. Et hoc est esse parâ potentia. Probat. Actus et forma in quocumque genere idem prorsus est: sed materia prima, vt nomen ipsum sonat, nullam in sua ratione formam includit, quin potius omnem excludit: ergo materia nullam de se habet actualitatem. Probat. maior inducitur. Ad quo aliquid est actu album, est forma accidentalis albedinis: et quo est actu calidum, est forma caloris. Et eadem ratione quo aliquid est actu equus, est forma equi: et quo aliquid est actu homo, est forma hominis: et ita discurrendo per omnia. Similiter idem prorsus significat, esse actu tale, et esse formaliter tale, ha forma: ergo eadem ratione, esse

si absolute dicatur est ab aliqua forma. Cum ergo materia de se nullam formam dicat, nullum in sua ratione includit actum. Et per consequens est mera potentia. Et confirmatur. Nulla res est simpliciter, nisi sit in aliqua certa specie substantie, pura homo, equus, aut lignum etc. sicut nullares est qualis, nisi in aliqua certa specie quantitatis etc. sed materia de se nullam dicit certam speciem: sed quid penitus informis: ergo in sua ratione non includit aliquem actum: sed est mera potentia. Hanc conclusionem intendit Aristot. in text. presentis. 69. dicens quod materia non est hoc aliquid, sed aliud principium. forma, est vt ratio. Quasi dicat Materia non habet esse nisi per formam. Et text. 71. ait quia materia est prope substantia. i. in potentia vt subsistat per formam. Et text. 78. ait materiam esse ens, non simpliciter, sed in potentia. Quod euidentius pronuntiat. i. de gene. text. xi. Et expresse. 7. meta. text. 8. materia (inquit) secundum se, nec est quid quatum, nec aliquid aliorum generum. Hanc denique conclusionem Aristot. per scrutatus est aduersus antiquos: quos omnes hoc pessime errabant, quod principium materiale entis ponebant esse ens in actu includens formam: alij. aqua aut aliud quoduis elementum: alij vero res ipsas naturales latitare in quolibet. Unde cogebantur negare generationem substantie simpliciter: nam enti completo in actu non potest aduenire forma, nisi accidentaliter. Quapropter cum videret Aristot. materiam esse aptum subiectum ad vniuersas formas, cognouit eam in sua ratione nudam prorsus esse omni forma. Sicuti oculus eocaret omni colore, vt accipere possit omnium species colorum. Tertia conclusio est. Materia non est nisi per formam. Hec manifeste sequitur ex superioribus, hoc modo. Materia vere et realiter est (que est prima conclusio). et non est per se (vt habetur in secunda) ergo est per formam. Et hoc est quod ait. 3. huius text. 67. Materia continetur a forma. Et. i. de gene. text. 83. Materia efficitur, vt sit in actu per formam. Et confirmatur quia esse actualiter idem est quod esse formaliter, et per consequens esse per formam. Itaque sicut Petrus est albus per albedinem, et es est statua per figuram, ita materia simpliciter est per formam. Licet forte non nihil differat, vt iam modo dictum sumus. Hec denique omnia manifestiora sunt nominibus, quibus grece materia et forma significantur. Materia namque nuncupatur, hyle, forma vero, entelechia, hyle autem in artificijs significat materiam, non quancumque, sed informem, vt est silua lignorum et lapidum que edificio construendo congregata sunt. Et ideo in naturalibus proprie significat materiam primam omni penitus forma nudam. Entelechia vero significat formam, non quomodocumque: nam eidos, etiam significat formam: Sed eidos, quantum communiter significet omnem formam, etiam illam, que est pars compositi, tamen potius significat formam in totius quam dicimus naturam hominis, aut equi etc. Entelechia vero significat proprie formam, i. actum et perfectionem corporis vt distinguitur contra meram potentiam. Aliqui scribunt inde etiam per. d. sed tamen grece per. r. scribitur: nisi quod post eum proferatur grece vt. d. latinum, aliqui tractantur per. d. Et hæc solutio est primu argum. cum suis confirmationibus: ad formam enim primi distinguitur materia, sed materia per se est ens reale, si enim ens dicat actum essendi, hoc negat: imo hoc habet per formam, vt expresse ait Aristot. locis iam citatis. Si autem ens accipiat vt dicat essentiam partialem, quod est esse principium

210

substantia

substantia

conclusio

*sed de actuale forma
sed materia habet esse
per formam.*

hyle, entelechia

*Ad primu
argumetu.*

vt dicat esse partiale

essentiæ

si sunt sine peccato...

Super primum Physicorum.

essentie compositi, hoc bene pbat argm, & cōfir
 tionca. Nec sequitur. Materia est p se pncipiū: ergo
 est p se actu, sed est p formā totū: sicut est p esse totū
 tus. Hinc sequitur q materia gñabiliū nec proprie
 est eiusdē spēi nec differēs specie a materia celi: qz
 tā vnitas q̄ dīa specificā, vtrūq̄ ē a forma. Et ideo
 Arist. 3. hui⁹ tex. 65. dicit q materia nō hz spēm. Sz
 dī materia gñabiliū eiusdē spē negatiue: qz nō hz
 dese vni differat spē. Et dicit differē genere a ma
 teria celi qz vna appetit formā: alia vero nō. Bene
 re in q̄ modo quo statim dub. quarto videbitur.

ut ex se vide diffid...

non solum facit...

Articulus secundus.
 quo ut redemptur in se...
 et ipso videretur...
 mel. assumpt. nūm. d. m.
 d. in. h. v. d. m. q. d. p. a. r.
 p. h. i. l. i. b. u. m. a. m. t. a. c. t. u. m.
 l. g. et cum ille intelligeret
 uere deceptus est. Nam ille
 ad id uerū conuertitur et q̄
 i. et dicit q. m. a. p. i. s. e. d. i. t.
 a. n. d. e. i. t. e. t. e. e. t. m. a. m. m.
 m. s. o. r. n. a. t. a. q. u. a. m. m. f. e. r. e.
 m. o. m.

Conclus.
 quod materia aligē
 sine forma substantia
 solum est falsum se
 rium probi aut bnat
 tane scito, quam sicut
 e. c. v. d. e. h. e. c. a. b. h. u. m.
 n. s. B. a. s. s. i. u. m.
 runt mām i. aligē p
 re quam formatetur
 et formas substantia
 et tere sunt a ruzp
 r. i. s. t. u. r. h. o. m. i. l. i.
 Ex hancur.

ratio
 licatio q̄ se in roz. nā
 ne existētia, sed ex
 tra cū est a forma.
 qz q̄ est implicatio q̄
 e forma.
 altera ratio
 qz nā est magis q̄
 i. m. p. u. n. i. c. a.
 non ut necessitate conuzio
 mā i. e. t. a. b. e. t. f. i. r. m. a. m.

ne magis videntur...

hinc h...

causa efficiens...

In articulo secundo primum
 dubiū est circa materiā secū argumētū principalis,
 vtrū per potētiā dei sup naturalē posset esse mate
 ria sine forma. Est em̄ theologis de hoc controuer
 sa. Nam. S. Th. 1. p. q. 66. art. 1. e. quol. 3. ar. 1. et
 stimat id implicare contradictionē. Qui subscribit
 Duran. in. 2. d. 12. q. 2. Scotus vero eodem lib. d. 4.
 q. quem sequitur in eodem loco Gregorius, dicunt
 contra, remesse possibilem. At res est theologia,
 paucis eam absolucum duabus conclusiōibus.
 Prima. Probabilissimum est et quod rei nature cō
 gruentissimum videtur, materiā per uillam pō
 tētiā esse posse sine forma. Probatur ratione. S.
 Th. Id quod implicat cōtradictionē Deus non potest
 fieri facere: sed est cōtradictionis implicatio ma
 teriam esse sine forma, ergo. Probatur minor. Ma
 teria formaliter habet esse per formā: nam vt di
 ctum est materia dese est mera potentia, cuius ac
 tus est forma: quemadmodū corpus, q̄ de se est pu
 ra potentia, vt sit album formaliter est album per
 albedinem: sed implicat contradictionē aliquid
 esse actu tale sine forma q̄ est tale, vt implicat corp⁹
 esse album sine albedine ergo eadem ratione impli
 cat materiā esse sine forma. Et cōfirmatur. Im
 plicat contradictionē aliquid esse nisi in aliqua
 certe specie, vt paulo antedicebamus: sed mate
 ria sine forma nullus esse potius spēi: qz spēs est
 forma. Immo hoc ipsum sonat forma. quod p̄ces
 vt Arist. hic loquitur text. 81. Quod cōfirmatur
 ex illo citato. 7. met. tex. 8. Materia nec est quid,
 nec quale, nec quantum &c. Et cōfirmatur secū
 do: qz si materia est, ea est corpus hūitum, & percon
 sequens habet aliquā figuram quadratam, aut cir
 cularem &c, hanc tamen sine quātitate habere nō
 pōt: nec q̄ritatē aut aliud q̄ouis accidens sine for
 ma substantia: ergo implicat materiā esse sine for
 ma. In contrarium arguunt Scotus ac Grego
 rius argumentis multis que quisq; apud illos et a
 pud Capreo. 2. d. 13. videre potest. Sed que alicui
 us sint ponderis hec sunt. Ex duabus quibuscunq;
 rebus realiter distinctis quāru neutra est pars al
 terius deus potest vtranlibet sine altera seruare:
 sed materia & forma sunt huiusmodi: ergo potest de
 us seruare materiā sine forma. Hoc tamen argu
 mentum in via Scoti tenentis deum non posse ser
 uare subiectum sine relatione nullum est cōtra. S.
 Thomā: quia profecto maior dependētia videtur
 naturalis materie a forma, q̄ subiecti a relatione.
 Et enim sicut pater formaliter est pater secundum
 Scotum ab illa paternitate distincta, ita et mate
 ria est formaliter secundum Arist. a forma: imo ma
 gis dependet: quia esse substantiale habet a forma.
 Et per consequens si Deus non potest seruare (vt
 ipse dicit) fundamentum sine relatione, multo mi
 nus potest materiā sine forma. Secundum ar
 gumentum est hoc. Quicquid Deus facit & conser
 uat p eā m̄ pōt se solo facere: & cōseruare de cō

seruat naturaliter materiā p formā: ergo pōt illā
 sine forma cōseruare. Et cōfir. Accidēs plus de
 pēdet a substantia q̄ materia a forma: & tñ in sacra
 mēto seruatur accidētia sine subiecto: ergo. Item tā
 tum forma dependet naturaliter a materia (saltem
 forma corporalis que educitur de potentia mate
 ric) quantum materia dependet a forma: sed potest
 Deus cōseruare formā sine materia: siquidem
 seruatur accidētia que sunt minoris entitatis: ergo
 pariter potest materiā sine forma seruare. Ad
 hec verum tamen respondet. S. Th. ho. quotlibet. 3.
 citato, q̄ aliter dependet materia a forma, q̄ acci
 dētia a subiecto. Accidētia em̄ pēdēt a subiecto
 in genere quodāmodo efficientis seu cōseruantis
 & pari modo forma depēdet a materia: materia ve
 ro dependet a forma in genere: cause formalis: sicut
 corpus esse albū dependet ab albedine. Unde ad
 formā responderet q̄ quicquid deus facit aut cō
 seruat cū causa secunda, cōcurrente tanq̄ efficiēs,
 aut quomodo cūq; cōseruās in ratione subiecti, po
 test cōseruare se solo: vicē tñ cause formalis non
 potest supplere: quoniam non potest facere corpus
 album sine albedine, aut hominē sine anima. Mi
 hilominus sit secunda cōclusio. Probabile est deū
 posse materiā sine forma seruare. Neq; in hoc pu
 to derogari grauissime auctoritati. S. Thom. tum
 quia res, non est tanti momenti: tum quia non ne
 go: quim in principijs persistendo Arist. probabi
 lissima est eius sententia: quam quicūq; potest op
 tate sustinere. Et forsitan ego fallor. Ratio que me
 verum tamen mouet, vnica est illa prima. Hoc est
 enim mihi ingenium, vt credere aliud non possim,
 quam q̄ ex duabus quibuscunq; rebus realiter di
 stinctis, quarum neutra est pars alterius, Deus
 possit vtranlibet sine altera cōseruare: nihil enim
 Deo negandum est, nisi vbi manifestissima est con
 tradictio: que certe in hoc non adeo est manifesta.
 Neq; id mihi persuadefolum in rebus absolutis,
 vt Scotus arguit, sed etiam in rebus relatiuis, quod ipse
 negat. Profecto si paternitas distincta esset a pa
 tre meo, ambigere non possim quin Deus possit
 patrem sine illa entitate, etiam me uiuo, seruare.
 Et si illud implicaret contradictionē, vt putat Sco
 rus, pariter implicaret q̄ materia esset sine forma.
 vt modo dicebamus. At qui hoc mihi bonum est ar
 gumentum, relationes non distinguī realiter a sub
 iectis: nempe q̄ destructa quacunque alia entita
 te, saluis patre et filio, vnus esset pater & alter fi
 lius: eo q̄ ille genuit: hic vero genitus est. Idemq;
 asseruimus capit. de proprio, de subiecto & passio
 ne, videlicet q̄ Deus potest hominem seruare sine
 entitate que est risibilitas: et animā sine intelle
 ctu. At nihilominus ille homo risibilis esset, & in
 tellectus ex sua natura. Et metis neq; ridere, ne
 que intelligere posset, nisi resū utis ei illis poten
 tijs. Et luri ceus, visus quidem est: vt sic loqui
 in potentia remota: quia videre potest si modo ven
 tur et oculi: quod lapis non potest.
 Ad rationē in promde. Sant. Thom. vt cūq; re
 ponderetur, q̄ quauis naturaliter materia formal
 ter habeat esse per formā, non tamen hoc est adeo
 illi intrinsecum, q̄ est, corpus esse album per albe
 dinem, quia esse album, non dicit aliquā essentia,
 aut partem essentie, sed solum informari albedine:
 materia vero dicit aliquā essentia distinctam
 a forma vt dicebamus in prima conclusiōe: siqui
 dem essentia totius constat ex essentia partiali ma
 terie & ex essentia partiali forme. Et ideo licet sit
 talis essentia, vt naturaliter non sit actu nisi per
 formā, non tamen repugnat Deum illam actua
 litatem

S. quol. 3. et m
p. 2. 66.

aut forma sub
realit et sic
forma accidētia
et vtrūq;

scm ostēdit formā

Conclus.
omniū est impos
bile deū posse ser
uare sine formā
postea totius sup
dicitur, q̄ sequenti
q̄ totius ostēditur

to sub

2. in. tñ hā qz
et hoc corp⁹ sum
et vtrūq; distin
guetur. Si q̄
sine corp⁹ vtrūq;
est vtrūq; distin
corruptibile: si
implicat contra
dictionē.

est tñ dicitur
quies p̄sentia: a
inter nōm et for
sed vultus mat
non possit vtrūq;
dicitur vtrūq;
nūq;.

Se
out
pet

Deo

22
m
v. Bede's...

litatem supplere seruando materiam sine forma. Quomodo modum cap. de quantitate diximus, qd licet corpus per quantitatem habeat partem extra partem, nihilominus supra naturaliter potest Deus seruare corpus extensum sine quantitate. Quod si tunc perconteris, vtrum materia sine forma seruetur in puncto, an in loco extenso? Aliqui dicunt, qd non potest seruari nisi in puncto, postquam non habet quantitatem. Crediderim tamen qd Deus poterit seruare sicut voluerit: nam, vt dicebamus etiam illic, si Deus a me separaret modo quantitatem, partes non fluere ad punctum, vt aliqui autumant, quia nec moueri possent: sed Deus deberet eas seruare miraculose in toto loco in quo sunt modo. Tametsi tunc non replerent locum. Imo posset necum tunc aliud corpus esse in eodem loco, si quidem ego tunc non essem quantus. Eodem modo posset materiam conseruare in eodem loco et figura qua conseruaretur a quantitate: licet si figura distinguitur a figurata, tunc non haberet figuram a se distinctam. Quod si tunc arguas, si materia esset sine quantitate, tunc partes integrales non facerent vnum, nam partes integrales continentur per quantitatem. Ad hoc respondet Scotus: qd tunc materia haberet partes substantiales, non per quantitatem: sed non responderet per quid viderentur partes postquam faciunt vnum substantialiter. Dicendum igitur est forte vt diximus, qd de quantitate qd forsan formaliter partes substantie non videntur per quantitatem, cum sit accidentis, vel saltem non ita formaliter quin Deus in hoc possit supplere vicem quantitatis. Quod si secundo interrogetur, possetne Deus seruare materiam sine forma substantiali, cui nihilominus inhererent accidentia, puta quantitas, et qualitas? etc. Responso huius pendet ex alia questione, vtrum accidentia subiectentur in materia prima, an in toto composito. Et numero secundum primam opinionem nihil vetat quominus Deus per miraculum possit seruare materiam cum accidentibus cuiuscumque speciei, sine forma substantiali, vt appareat equus, vel bos, vel quicquid voluerit. Vitamen si accidentia subiectantur in toto composito, videtur forte qd materia sine forma non potest magis recipere accidentia corporalia, qd angelus. Sed de hoc latius, et de genere super textum 24. Vbi concedimus qd per miraculum, forsan non repugnat accidentia subiectari immediate in materia. Hoc veruntamen est hic adnotandum, qd licet teneatur materiam posse esse sine forma, id tamen multo magis miraculum est, qd formam posse esse sine materia cum sit minus. Ob id qd nullatenus concedendum est (vt admonet S. Tho. 1. p. q. 66. arti. 1.) in creatione rerum creatam fuisse materiam informem, ex qua post modum educite sunt forme. Imo vt inquit Augustinus de fide et symbolo, cap. 4. certissime creditur omnia Deum fecisse ex nihilo: et tamen si formam precessisset materia, tunc composita non fuissent proprie creatae: sed genita. Et de hoc satis.

¶ Secundum dubium est vtrum potentia et appetitus materie ad formam sint res et inter se, et a materia aliquo modo distincte. Et videtur qd sic, ait enim Aristoteles, text. 73. rem fieri de potentia materie (quod questione sequenti disputabitur) potestis vero, vt capi de proprio distinctum est, sunt accidentia distincta a subiectis, vt intellectus et voluntas: quod certe non authoritas tantum S. Tho. sed rationes et communis modus concipiendi suadere videntur, ergo et potentia materie distingui-

tur a materia. Et de appetitu habetur text. 81. qd materia appetit formam: appetitus autem alia res videtur esse a potentia: nam appetitus solum dicit inclinationem, potentia vero dicit quodammodo causalitatem: ergo sunt due res a materia distincte. Ad hoc dubium respondetur vnica conclusione. Potentia et appetitus sola ratione, et inter se, et a materia distinguitur. Ad cuius euidenciam notandum est ordo inter hec quatuor que sunt aptitudo, priuatio, appetitus, potentia. Primum quod in materia est considerandum, est aptitudo ad formam. Hec nihil aliud est qd proportio quedam ad formam, tanquam quid suapte natura ordinatum ad illam. Et quia lumen fidei naturalia etiam nobis facit lucere, consideremus qd Deus creauit materiam tanquam priuam quoddam et aptissimum receptaculum forme. Quod admodum in anulo fit vas proportionatum figure gemme que in illo est eclanda. Aptitudo hec in materia est causa, vt negatio forme in illa sit priuatio: est namque priuatio, vt habetur, 4. meta. text. 4. negatio forme in subiecto apto. Itaque, quia materia est apta, negatio dicitur priuatio: et non econuerso: quia est priuata, est apta. Quo fit vt materia celesti, non habeat priuationem forme ignis, quia non est apta ad recipiendum illam. Aristoteles ex priuatione nascitur appetitus vt ait Aristoteles, text. 81. vbi ait qd materia non appetit formam quam habet, sed quam non habet: vnde illa celebris dimanauit sententia. Priuatio est causa appetitus. Quocirca in epte distinguuntur hic nonnulli, alium esse appetitum carentie in materia respectu forme quam non habet, et alium complacentie respectu forme quam habet. Nam improprie et abusive dicitur quis appetere id quod habet, appetitus enim dicitur desiderium et motum ad formam quam quis non habet: sed complacentia in re qua quis habet potius est quies et fructio, qd appetitus. Sicuti beati non tam proprie dicuntur appetere beatitudinem, quam beati tudine frui. At vero potentia materie est genus quoddam causalitatis respectu forme proueniens ex eadem aptitudine, vnde prouenit appetitus. Hoc etiam preterea vellem lectores admonere vt dictas rationes, que sunt in rebus cognitis, explacent non per terminos, sed que modum Aristoteles, vt. q. 8. elucidabimus, per diuersas consideraciones rerum. Nam hec non est distinctio inter reales et nominales, sed est loqui et Aristoteles et secundum rerum naturam. Quod enim aliqui possent dicere, ista differre ratione ad hunc sensum, quod sunt termini significantes eandem materiam sub diuersis conrotationibus, idem est prorsus, nisi qd aptius dicitur hoc modo. Aptitudo, priuatio, appetitus, et potentie materie sunt eadem res, que est materia, considerata per intellectum diuersis considerationibus, videlicet in ordine ad diuersa. Et enim differre ratione, nihil est aliud qd differre per solam considerationem intellectus. Exepli gratia. Materia considerata in ordine ad formam: tanquam aliquod receptaculum illi proportionatum, habet rationem aptitudinis. Considerata vero vt carens tali forma, ad quam est apta, habet rationem priuationis, vt. q. 3. videbitur. Aristoteles considerata in ordine ad formam, tanquam imperfectum tendens ad suam perfectionem et finem, habet rationem appetitus. Sed si consideretur in ordine ad formam, tanquam quodammodo ad effectum (quia forma dependet a materia in genere cause) habet rationem potestatis. Itaque appetitus et potentia materie differunt, qd appetitus dicit ordinem ad finem: potentia vero, ordinem ad effectum. Et qd hec distinguatur ratione patet per coparationem ad animalia, in quibus appetitus et potentia

Conclusio

Aptitudo

Priuatio, e neg forme in subiecto

Appetit

200 Lm

Coco Lm e illor

Potentia

1. 2a. cano. 15
Aptitudo Priuatio, 17. Potentia ad effectum differunt in ratione

Secundum dubium appetitus.

Super primum physicorum.

tia differunt re. Appetit enim homo aliquando dignitates, et pecunias, quarum non habet potentiam consequendi. Et rursus stat quepiam habere potentiam consequendi, qui tamen non habeat appetitum illarum. Unde si materia esset animal (cuius appetitus sequitur cognitionem) appetitus eius esset actus elicitus, tendens in finem: potentia vero non esset, nisi virtus a qua dependet quodammodo forma in fieri, ut quod sequenti explicabimus. Hinc palam est cur forma non dicatur vice versa appetere materia: nepe quia materia non est finis et perfectio forme. Nilominus inclinatur ad illam actuandum et perficiendum, saltem anima rationalis separata habet tale appetitum ad corpus: nam in formis corruptibilibus non possumus hoc dicere: quod quando non sunt in materia, nullibi sunt ut appetant corpus: et que sunt in materia, iam non appetunt, postquam actu que sunt in illa: tanquam proprius eius actus. Ad primum ergo argumentum respondetur quod potentie substantie ad producendum vel recipiendum actum, qui est accidens, sunt itidem accidentia, sicut intellectus agens ad producendum species, et intellectus possibilis ad recipiendum, et calor ignis ad comburendum: et siccitas ligni, ut sit bene combustibile. Potentia vero materie non est ad actum accidentalem: sed ad recipiendum formam substantialem, et quodammodo concurrentem ad productionem eius. Et ideo potentia materie non est accidens eius: sed ipsa per se est potentia proportionata forme, ut ait S. Th. I. q. 77. art. 1. Et ratio est quia potentia et actus debent esse eiusdem generis: quia ob rem, sicut potentia ad actum substantialem est substantia. Appetitum vero materie ad formam manifestum est non esse accidens distinctum a forma. In solis enim animalibus actus appetendi est actus elicitus a potentia, et ab illa distinctus: sicut volitio. In rebus autem inanimatis nihil aliud est, quam quedam inclinatio et propensio ad suum finem. Et maxime quando finis est substantia: inclinatio enim tunc nihil aliud est quam natura ipsius rei que inclinatur. De gravitate autem et leuitate grauium et lenium alia forsitan est ratio: nam cum ille sint potentie et inclinationes ad motum, qui est accidens, forsitan distinguuntur realiter a rebus grauibus et leuibus. Sed de hoc, libro octavo. Hoc mente seruandus est fundamentum, quo nititur opinio. S. Thome accidentia non subiectari immediate in materia: quod nihil aliud est dicere ut se ipse prima parte. q. 76. art. 6. exponit, quam quod materia est in potentia ad formam substantialem et accidentia ordine quodam. Et quia esse simpliciter est fundamentum omnium esse accidentium: puta huius quod est, esse calidum, esse album, et c. immediatius materia inclinatur ad formam substantialem, quam ad accidentalem. Et ideo prius saltem natura forma substantialis inest materie quam accidentia. Quod si verum sit, falsa est illa proprietate, quam aliqui tribunt materie, scilicet quod materia requirit accidentales dispositiones ad recipiendum formam. Nam secundum istos materia non habet immediatum ordinem ad formam. Quod tamen Aristoteles nunquam docuit. Sed calor qui in aqua preceedit formam ignis, solum est ad expellendum formam aque: quia dum materia est spoliata, prius natura recipit formam ignis, quam accidentia, que manent in igne genito. Sed de hoc in primo de generatione. Ambigere hic quispiam posset utrum materia habeat naturalem appetitum ad animam rationalem. Et videtur quod non: quia cum non educatur de potentia naturali materie: videtur quod nec appetitus naturalis extendatur ad illam. Respondetur nihilominus quod appetitus et potentie materie

non sunt plures ut singuli sint ad singulas formas: essent enim tunc infiniti. Sed ut questione. 8. radicitus videbitur est vnus appetitus ad formam in genere, nisi quod illam quam habet iam definit appetere. Quod autem appetat in genere formam quam non habet hinc prouenit: quia non potest esse sine forma et illa quam habet est corruptibilis: et ideo materia celi non appetit aliquam formam. Unde sequitur quod materia indifferenter appetat quamcunque formam: etiam animam rationalem: ad quod sufficit quod sit naturale receptiuum illius: licet non educatur anima de potentia materie. Quod si secundo arguas quod saltem materia hominis non appetit aliam formam: cum quia illa est optima quam habere potest: tum etiam quia illa non est corruptibilis. Respondetur quod materie non est melius esse per vnam formam quam per aliam. Et ideo quia anima, licet non sit corruptibilis, est tamen a materia separabilis, adhuc materia hominis appetit aliam formam. Hinc sequitur quod appetitus materie non determinatur ad habendum vnam solam formam vel plures simul: et ideo si repugnat habere plures formas non est ex appetitu materie: sed ex repugnantia formarum inter se.

Tertium dubium est de sensu illius dicti text. 69. scilicet, quod materia est cognoscibilis per analogiam. Cui addunt nonnulli ex recentioribus: per analogiam ad formam. Et dicunt materiam cognosci per analogiam ad formam, nihil aliud esse, quam cognosci per hoc quod forma recipitur in subiecto et corrumpitur manente materia. Ad hoc tamen iam diximus in commento quod Aristoteles non dicit, per analogiam ad formam: sed per analogiam. Et preterea arguitur contra istum sensum: quia analogia est proportionum similitudo: quod autem materia sit subiectum vbi recipitur forma, nullam dico analogiam, aut similitudinem inter materiam et formam. Item eadem ratione diceretur formam cognosci per analogiam ad materiam: nam illo modo quo cognoscimus materiam recipere formam, cognoscimus et formam recipi in materia. Item quia Aristoteles voluit tradere illic modum sensibus manifestum, quo possumus cognoscere latentem materiam: modus autem iste non est ut per cognitionem forme substantialis veniamus in cognitionem materie: antiqui enim experientiam habebant quod ex ligno sunt cineres, et tamen inde non cognoscebant quod materia esset subiectum distinctum a forma. Ergitur dicendum est quod duplex est questio de cognitione materie. Prima. An per se sit cognoscibilis, siue a nobis, siue ab angelo. Ad quod Aristoteles. 7. meta. text. 36. respondet quod materia per se est ignota. Et commentator hic commen. 69. respondet quod non potest intelligi per se: quia res cognoscitur in quantum participat de actu, et entitate. Unde quia materia est pura potentia, sicut non est nisi per formam, ita non est cognoscibilis nisi per formam. Et reuera distincta cognitione intelligi non potest: nisi per formam. Diffinitur enim materia per formam intrinsece, tanquam per suum proprium actum, sicut album per albedinem, forma vero non diffinitur per materiam, nisi extrinsece tanquam per suum subiectum: et ideo forma, que est actus cognoscibilis est suapte natura sine materia: non tamen e conuerso. Secunda questio est de modo cognoscendi materiam a pisko statu. Et hęc est qua hęc determinat Aristoteles. Abi notandum est, quod materiam rerum naturalium, ut docte adnotauit philosophus, ponus duplex fuit modus inuestigandi apud antiquos

potentia
dicitur deum pot

Ad. i. arg.
ns. cam
d. sub.

si potentia materie
cum rationalium.

ultima
inueniendū idem generis
et per dicamentum.

Fundamentum

Ma requirit dispositiones.

materia semper
ad formam que recipit
appetit pullulare
ad et effectorem.

ca. 1.

ca. 2.

ca. 3.

3. Dubia.

Analogia.

Cognitio
materie.

Difficultas

ca. 1.

ca. 2.

ca. 3.

ca. 4.

ca. 5.

ca. 6.

ca. 7.

ca. 8.

ca. 9.

ca. 10.

ca. 10. ma non est cognoscibilis per sensum sed per discursu
hanc con. aliqui ex iunioribus ad aptent materie secunde. probet
quod materia non est sensibile nec per se nec per accidens, probet quod quod
cognoscitur per sensum debet esse sensibile sed ma non est per se sensibile
bilis. 2o probet quod nullus est adeo viuacitate sensus per se
quod aliqui se fateantur videte materiam

Super primum physicorum.

gustar. 2. confessio. cap. 7. Duo [inquit] coelū & terram fecisti domine: unū prope te, quo superior tu es, aliud prope nihil, quo inferius nihil esset. At qui nomine coeli intellexit coelestes spiritus: nomine vero terre materiam primā, ut ille ipse ait sup. Be. c. 1. eo q̄ (teste S. Th. 1. p. q. 66. arti. 1.) sicut terra omnibus subsidet, ita materia est primum subiectum. ¶ Colligamus ergo theoremata octo materię. Mempe q̄ materia est primum subiectum, quod est pura potentia, q̄ est per se principium substantię, ingenerabilis & incorruptibilis, q̄ nullius est actiuitatis, q̄ est cognoscibilis per analogiam ad materiam artificialem, q̄ est appetens formam, q̄ est de nique potentia, de qua educitur forma. Quod sequens questio monstrabit.

Octo theoremata materię.

¶ Sequitur in tex. Caput. 8.

In cap. viij. Text. lxxxviij. Contingit eadem dicere secundum potentiam. &c.

Quaestio. viij. De forma. VTRVM FORMA EDUCATUR DE POTENTIA MATERIE.



Parte negatiua arguitur.

Nihil inde educitur vbi nō erat, sed forma antequam educatur non est in materia: quia, vt dictum est. q. precedenti, materia prima est pura potentia, omni forma nuda: ergo forma non educitur de potentia materię. Vel ponenda est in materia aliqua inchoatio forme vnde educatur: quam non ponit Aristote. Et confirmatur. Educi idem est quod extra in re produci: sed forma non produciatur a materia: q̄ vt dictum est: materia nullius est actiuitatis: ergo non educitur de potentia materię: si non ponat in materia aliqua seminalis virtus productiua materię. ¶ Secundo principaliter arguitur. Inquirēdo quid est formā educi de potentia materię. Aut enim est materiam concurrere actiue: & hoc non, vt modo dicebamus: aut solū ex appetitu naturali passiuē illam recipere: & hoc nō quia tunc anima etiam rationalis educeretur de potentia materię: nam materia tam aptum subiectum est receptiuum anime rationalis, quā alius cuiuscunque forme. Quod si dicatur formam educi de potentia materię esse materiam mediantibus dispositionibus attingere productionē forme, tūc arguitur. Primo accidentia non attingit ad productionem forme substantialis, alias imperfecti⁹ produceret perfectius. Et preterea hoc potius esset produci de potentia dispositionū & agētis, q̄ educi de potentia materię. ¶ Et postremo videtur etiam dispositiones attingere ad productionē anime rationalis: nam illis positis in embriōne tā naturale est subsequi animam rationalem, perindeq̄ esset miraculum non subsequi, q̄ in alijs formis esset. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si forma educeretur de potentia materię, maxime quia alias agens naturale crearet producendo illam ex nihilo, sed hoc naturali agenti non repugnat: ergo nulla est ratio. Probatur minor: quia si hoc agētis naturali repugnet, id maxime esset (vt dicunt) quia arguit potentiam infinitam, hoc tamen est falsum: quia nulla maior virtus requiritur ad producendum effectum, q̄ est perfectio ipsius effectus: sed ex nihilo producere aliquid non est infinitus effectus: qui enim ex nihilo produceret formicam, nihil aliud faceret q̄ formicam: formica autē

est finita perfectio: ergo nihil est cause cur nō possit hoc fieri ab agente naturali. ¶ Et confirmatur: quia si daretur a deo per impossibile frigiditas separata in vacuo, tunc ignis posset eam naturaliter corrumpere: quod tamē non posset facere, nisi producendo calorem vbi illa est: quem cum non educeret de potentia subiecti [quia nullum subest] consequitur vt crearet illum.

¶ Quaestio hæc præcipua est

in hoc primo libro: quippe in qua operæ pretiū est explicare generationis naturam: quæ basis prima est philosophię naturalis. Tres erunt questionis articuli, secundum numerum & ordinem argumentorum quæ proposita sunt. In primo namq̄ referentur atq̄ refellentur opiniones quinq̄ potentium aliquid perpetuū in materia, vt inde educatur forma, vel vt inde indiuiduetur. Contra quos statuit vna cōclusio vniuersalis. In secūdo explicabitur quidnam sit formā educi de potentia materię. Vbi respondetur ad questionem vna cōclusione exceptiua. In tertio demum explicabitur in quo consistat ratio productionis rei alicuius ex nihilo: quæ est creatio. Videreturq̄ an sit agenti naturali possibilis. Ad quod respondebitur per vnam exclusiuam. ¶ In questionis ergo statim vestibulo supponendum est fundamentum illud, quod in lumine naturali & vniuersi philosophi ante Aristotelem vt per se notum semper habuerunt, & Aristoteles hic etiam inter respondendum antiquis text. 75. tanquam manifestum confitetur. Mempe ex nihilo nihil fieri: saltem per se & simpliciter, vt limitat Aristote. nam ex priuatione per accidens nihil vetat, sit enim ignis ex materia cui accidebat priuatio forme ignis. Et eadem ratione sit ex aqua, quæ non est ignis: et homo ex semine, quod est non homo. At vero quid sit simpliciter fieri ex nihilo, explicari non potest, nisi exposito prius quid sit fieri ex aliquo: quod est educi de potentia materię. Quod proinde articulo tertio reseruetur. ¶ Secundo notandum est q̄ istud principium adeo animis hominum infedit, vt non solum antiqui negauerint simpliciter generationem, sed multi post Aristotelem, alias Aristotelici, crediderint aut formas aliquo modo, aut aliquam earum particulam, vel accedens in materia latitare antequam ab agente manifeste producat. Et ista fuerunt in multiplici differentia. Fuerunt enim quidam, quos Duran. 2. senten. distin. 18. refert, dicentes in materia latitare quasdam possibilitates. v. g. in materia a que est possibilitas ignis, & possibilitates omnium formarum, quæ inde possunt educi. Quæ quidem possibilitas per actionem agentis conuertitur in actualem formam. Secunda fuit opinio Alberti Magni in hoc. 1. lib. tracta. 3. capit. 3. et capit. 15. qui dixit formas omnes latere in materia secundū quasdam inchoationes. Inchoationem autem forme appellat formam secundum essentiam et non simpliciter secundum esse. Itaque imaginatur Albertus formam ignis & quancunque aliam latere in materia ligni secundum essentiam: produci tamen ab agente secundum esse actuale. Unde in materia latent forme confuse secundum habitum: et postea per productionem agentis fiunt in actu distincte. Et tertij [vt Duran. 2. distin. 18.] id non potentes intelligere, dicunt q̄ forma est in materia secundum partem: quæ postea per actionem agentis reduciatur ad perfectum ad modum intentionis accidentium. Quarta est opinio quam recitat Sanctus Thom. 2. 1. distin. 18. quest. 1. artic. 2. q̄ in materia est per:

Arti. pmo.

3 Articuli

19

29

39

7m

Ex nihilo nihil fit.

2m

Opiniones quinq̄.

Duran. 2. senten.

Albert. 1. 2. 3.

Auzan.

Scot.

Super primum Phycorum.

falsum est, vt modo dicebamus: qz non distinguitur esse ab essentia tanquā diuersa res. Et esto distinguetur, non tamen est vera substantia: sed quodā modo accidens, seu actus substantie, vt cap. 4. p. predicamentorum. q. 1. dicebamus. Si autē nulla substantia de nouo producatur, sequitur opinio Anaxagore, qz generatio non est productio substantie, sed manifestatio illius que prius latebat. ¶ Et. 5. arguitur. Nichil agit, nisi in quantum est actu: sed forme non presunt in materia secundum esse actuale, vt vult Alber. ergo non inuaniunt ad agendū. Et hoc argumentum currit contra possibilitates prime opinionis. ¶ Tertia opinio non est impugnata digna: quia ponit formas substantiales intensiuas ad modum accidentium. Intelligibile enim non est, particulam forme ignis latere in materia ex qua post modum fit perfecta forma, nisi id fiat per modum intensiois. Quod tamen est manifeste contra rationem forme substantialis: quarum perfectiones consistunt in indiuisibili, vt habetur. 8. meta. text. 10. In quo comparantur numeris. ¶ Quarta opinio latius habet disputari in libris de generatione et de anima: vbi examinabitur an plures forme substantiales possint esse in eodem composito: quod. S. Tho. 1. p. q. 76. arguit esse impossibile. Et p. n. sic arguit ex intentione Arist. Forma quęlibet substantialis facit cum materia simpliciter vnū, quod est actu ens: ergo compositum ex materia et forma corporeitatis esset simpliciter vnū: sed forma substantialis non potest subiectari simpliciter in eo quod est actu ens [hoc enim differunt forma substantialis et accidentalis, qz accidentalis aduenit composito substantiali cum quo proinde non facit vnū simpliciter] ergo si in materia prederet forma corporeitatis, tunc forma ignis adueniens non esset substantialis, nec faceret simpliciter vnū cum priori composito. Hoc enim argumentum arguit Arist. 1. 1. meta. text. 18. aduersus Platonem, qz si alia esset idea et forma animalis, et alia bipedis, tunc animal bipes non esset vnū simpliciter in homine. ¶ Et confirmatur. Si ignis non haberet ab eadem forma esse corporeū et esse ignis, sed a diuersis, tunc haberet se vt lac, quod alio accidente est album, et alio dulce: et per consequens corpus non esse genus ignis nec ignis poneretur sub corpore in recta linea predicamentali: sicut album nō est genus dulcis nec econuerso. Item ignis haberet duo esse substantialia simpliciter distincta puta esse corpus, et esse ignem: sicut in lacte esse dulce, non est esse album. Et cum ens dicatur ab esse, sequitur qz ignis esset duo entia. Non est ergo in igne neqz in re aliqua naturali, nisi vnica forma substantialis. Unde homo ab vna anima rationali habet esse ens, esse substantiam, esse corpus, esse animal, et esse hominē. Sed de hoc alias. ¶ Est preterea argumentū contra istos et potissimum contra hanc vltimam opinionē qz adhuc posita forma corporeitatis, non explicatur quemadmodum forma specifica, que secundum se rotam producitur, educatur de virtute illius forme corporeitatis: quippe que non magis concurrat actiue ad generationem, quam materia ipsa.

¶ Et preterea est manifestum argumentum. Materia ex definitione Arist. text. 82. est illud subiectum [quicquid illud sit] quod est perpetuum et subiectif forme, que de nouo generatur, sed erat controuersia inter eum et antiquos, qz illi opinabant esse ens actu includens formam: Arist. vero dicebat esse puram potentiam: ergo ponere formam corporeitatis perpetuam cum materia est ponere illud compositum ex materia et tali forma, esse subiectum for-

marum generabilium: atque adeo esse materiam. Quod est manifeste incidere in opinionem illorū aduersus Aristotelem. Profecto argumentum secundum Aristotelem in integram facit fidem aduersus formam corporeitatis. ¶ Quarta opinio Commentatoris aliud habet fundamentum. Dimensiones in terminatas vocat corpus de genere quantitatis. Sive quantitas distinguatur a subiecto, siue nō nihil ad rem modo differt. Nisi qz perspicacior erit opinio tenendo quantitatem distinguere a re quanta, vt tenet Commentator. Appellat ergo dimensiones interminatas quantitatem extendentem materiam: abstrahendo ab hac et ab illa magnitudine, quam specifica forma sibi determinat. Enimvero vt materia de se est indifferens ad quancunque formam, ita de se habet indifferentem quantitatem ad quancunque extensionem: saltem circa quantitatem orbis lunę, sub quo vniuersa generabilia continentur. Et hanc quantitatem vocat dimensiones interminatas: quia extensio est secundum tres differentias positionis. scilicet longum, latum, et profundū. Hę autem dimensiones terminantur postea ab agente secundum exigentiam forme introducente. ¶ Fundamentum Commentatoris ponentis istam quantitatem perpetuam in materia, est hoc. Diuisio numerica indiuiduorum oritur ex hoc quod diuersę forme in diuersis partibus materie recipiuntur: differunt enim numero forma vnus ignis a forma alterius, et per consequens totus ignis, a toto igne, quia hęc forma recipitur in hac portione materie, et illa in illa: diuisio autē materialis nō est, nisi ratione quantitatis: ergo materia intellecta ante omnem formam habet suam quantitatem. Unde Commentator non ponit dimensiones interminatas vt forma educatur de potentia materie, sed vt causa indiuiduationis formarum, vt videre est in libello citato de substantia orbis. Unde Scotus et alij ponentes formam corporeitatis coquam materie, subsequenter habent ponere istam quantitatem et dimensiones interminatas. Et. S. Tho. in. 4. dist. 12. q. 1. arti. 2. quęstiuicula. 11. videtur applaudere huic opinioni, nisi attente legat. Attamen. 1. p. q. 76. arti. 6. ad secundum argumentum, et in questione de anima. arti. 9. et alibi sepe manifestat opinionem suam aduersus Commentatorē. ¶ Et qz in via S. Thom. opinio Commentatoris sit falsissima, est manifestum argumentum. Accidens subiectant in toto composito, quantitas est accidens: ergo est in toto composito. Et per consequens in materia, ante omnem formam cogitanda, nulla est quantitas, nullesqz subinde dimensiones interminate. ¶ Sed in quacunque via, si teneatur quantitatem distinguere a re quanta, [vt. q. 2. de quantitate diximus fuisse opinionem et Arist. et vero similiozem] est quoque falsa. Accidens enim presupponit esse simpliciter in subiecto in quo est: sed quantitas est accidens: ergo siue in sit composito, siue materie prime, non potest illi inherere, quin prius, saltim natura, sit: et cum materia, vt dictum est supra natura non habet esse substantiale nisi per formam, fit vt prius saltem natura, materia habet esse per formam substantialem, quam recipiat quantitatem. ¶ Et confirmatur manifesto argumento. Aut in equo sunt due quantitates realiter distinctę, alia perpetua, qua materia est quanta, et alia producta a generate equum: primum non est credibile: vna enim numero quantitas sufficit extendere omnia que sunt in eodem supposito. Si autem est vnica, tunc vel generans equum nullam producit quantitatem, quod absurdum esset dictu, cum alias omnes dispositiones equi

Dimensiones Commentatoris.

3. Opinio.

4. Opinio
Forma corporeitatis.

non forma substantiale accidentalem.

non est vnica materia
si for
corporeitatis est in
q. qd qd sit fit ox
in actu et si nihil
erat aut occurrat
erat in materia
ue forme substantiales
duo entia natura

¶ Sunt in materia, scilicet corporeitatis et alia adueniens qz sunt alio esse qz quilibet forma producat esse

ducitur homo: non aliter nec alias, quam disposita materia. Respondetur q̄ longe aliter Deus cōcurrit: nam animam se solo ita producit, vt eodem cōcursu quo producit eā in materia, posset eā producere in vacuo absq̄ materia formā vero equi producit generaliter concurrēdo cū igne, educēdo illā de potētia materie, taliter vt eodē cōcursu nō possit se solo p̄ducere. eā in vacuo: nisi specialiori mō supplēdo vicē seminis ⁊ quodāmodo vicē materie. Non tñ productio anime nostre cōsistit in raculosa: sed naturalis: q̄ natura anime est, vt non aliter q̄ per creatiōem producat. ¶ In summa si illustrissimā desideras differentiā inter animā rōnalē et alias formas. Forme vniuersae vt apud Arist. 1. p. q. 90. artic. 2. eo educuntur de potētia materie, q̄ non producitur per se, sed cōproductur ad productiōem suppositi. Itā vt super textū. 62. cepimus adnotare, et in tex. 64. repetit. Arist. et. 7. meta. tex. 27. ex professo docet, q̄ hic in subsequētibz frequentissime adnotabimus, forma non fit: sicut nec materia: sed compositum, siue substantiale, siue accidentale. Non enim fit forma equi, sed equus: nec fit per alteratiōem albedo, sed album: nec caliditas: sed calidum. Eo modo quo loquitur Arist. q̄ nō fit musica, sed homo fit musicus ⁊ ex immusico fit musicus. Quod est fieri secundū quid. Et ratio est manifesta: quia cū rem producit fit esse acquirere, ⁊ alie forme a rationali habeant esse dependens a materia, non simpliciter produciuntur: sed comproduciuntur ad esse suppositi. Videt̄. 7. ⁊ 11. meta. accidens nō dicitur ens, sed entis ens. Unde cum ignis calefacit aquam, non producit, sed comproducit calorem, faciēdo suppositū esse calidum, ille producit formam ignis, sed comproducit, producēdo ignem. Itaq̄ via ad producēdum formā est facere calidum, aut ignem. Sententia expressa est Commentatoris. 12. meta. com. 18. vbi ait q̄ forme secundum Aristotelem non produciuntur: sed cōproduciuntur: quia nō creatur. Quod circa, si ita loquendum est, prius natura in via generatiōis aqua sit calida, quā sit calor: et prius natura ignis est ignis, quam sit forma. Et enim licet forma sit id quo agens alterat aquam, aut generat ignem, nihilominus via generatiōis agens dādo esse toti, dat partibus, ⁊ accidentibus. Et in hoc consistit ratio eductiōis forme de potētia materie. Et vero in generatiōe hominis anima nō produciuntur per productiōem hominis: sed prius natura est in se quam inist homini: vnde in hoc consistit eius creatio, q̄ actio dei terminatur ad esse anime immediatē: ⁊ non fit per esse totius. Actio vero virtutis seminalis terminatur ad vniōem anime cum corpore. In quo consumatur vera et propria ratio generatiōis, vt generans sit pater: genitusq̄ sit filius. ¶ Ex his demū que dicta sunt sequitur corollarium hoc, apprimē notandum: nēpe falsum esse principium illud, tam apud quosdā celebratū: vbi asserunt, q̄ omnis forma prius est in se quā inherēat. Quin potius hoc interest inter animam rationalem reliquasq̄ omnes substantiales accidentalesq̄ formas. Forma nanc prius in se est: siue tēpore siue natura: est per se habere esse independētē a materia. i. est per se subsistere: quod soli anime nostre cōpetit. Forme vero alie vniuersae nullam esse potētiam habent nisi esse in supposito. Et ideo falsum est q̄ prius sint in se quā inherēat. Exemplum est in artificialibus a quibus Arist. sumit argumentum naturalium. Enimvero quando in lapide sculpsit statua, aut es funditur, aut quā sigillū imprimitur cere, nō prius natura est forma

artificialis, quam inherēat [etiā si teneatur formā distingui a subiecto] sed fit forma statue per hoc q̄ fit statua. ¶ Quod si arguas forma dat esse composito: ergo prius natura habet illud, q̄ nemo dat qd non habet. Negatur consequētia. In hoc enim differunt causa efficiens ⁊ formalis, q̄ efficiēs, nisi sit actu talis, nihil operatur. Aqua enim non calefacit, nisi sit calida: nec generat equum, nisi id quod est actu equus. Forma tñ non habet in se prius esse quod dat supposito. Albedo enim dat esse album ⁊ non est alba: calor dat esse calidum, et non est calidus: sed forma est id quo subiectum est tale. Et patet forma equi dat esse equū tamē non est equus: sed est id quo equus est equus. Et quia forma equi nullum aliud esse habet, quā esse id quo equus est equus, non prius natura est, quam sit in materia, ⁊ sit pars equi. Unde non sequitur, forma prius, natura cōponit quā totum sit: ergo prius natura est, vt. 2. huius. q. 3. patebit. Anima vero rationalis, quia habet perse esse separatam, prius natura est, q̄ inist materie. Et in hoc cōsistit ratio creatiōis.

¶ Ad primum igitur argumentum quod faciebant illi, qui ponunt, aut possibilitates, aut inchoationes formarum in materia, respondetur, q̄ forma sicut educit de potētia materie, eo q̄ ipsa vel aliquid ei⁹ actu profuerit in materia: sed quia forma profuerat in potētia et quodāmodo virtualiter in materia. Non quidem q̄ materia actiue concurrat, sed in ratione subiecti naturalis per cuius transmutationem res produciuntur. ¶ Ad secundū respondetur, q̄ non opus est materia habere similitudinem cum forma, vt illam appetat: sola enim causa efficiens est que producit sibi simile. Materia vero appetit formam: nō sicut simile sibi simile, sed sicut imperfectum suam actualem perfectionem, vt questione precedētī dicebam⁹. ¶ Ad tertium negatur consequētia. s. q̄ si in materia nō sit aliqua virtus adiunans effectiue virtutem agentis, tñ productio ignis esset violēta. Satis enim est materiam aque suapte natura habere potētiam passiuam, ⁊ inclinationem naturalem ad formam ignis, vt generatio ignis sit naturalis, nō solum ex parte ignis generantis, sed ex parte subiecti, vnde fit generatio. Non dixerim q̄ aque simpliciter sit naturalis generatio ignis ex eā: nam aque ratione forme est violēta calefactio: quippe que tēdit ad eius corruptionem. Sed dico q̄ est naturalis materię aque ex qua fit ignis. ¶ Quod si arguas hinc cōsequi vt p̄ductio forme artificialis statue ex ligno sit etiā ligno naturalis: siquidem habet naturalem inclinationem, vt ex eo fiat statua. Negatur lignū, aut aliquod substantium artificialium habere naturalem inclinationem, seu naturalem potētiam passiuā, vt inde educatur forma artificialis. Quinmo volatio ligni fit per eius corruptionem, cui lignum resistit: potētia vero naturalis nō est in materia, nisi respectu agentis naturalis: est enim in auro ratione materie potētia naturalis vt calefacit ab igne: tamen vt q̄ disponatur in formam annulli aut vasis: non est naturalis potētia, sed obediētia, vt sic dicamus, respectu artificis: quaten⁹ ars presupponit naturam. Sed de hoc copiosius lib. 2. ¶ Eodem sunt proxius solutiones ad primum principale argumentum in capite questionis cum suis confirmatiōibus. Et quia illic fit mentio de virtutibus seminalibus, respōdetur hanc esse differentiā inter viuētia, ⁊ non viuētia, q̄ in solis viuētibz virtus actiua est coniuncta materie in eodem supposito. At in nucleo oliue, sub terra posito est vir-

Ad argu. Ad. 2. mentas. q̄ forma q̄ dicitur a materia nō ē forma simile. I. dicitur in materia. Sed q̄ forma vnde dicitur in materia opiat in ad. 2. dicit q̄ materia appetit formam. I. sic q̄ forma assimilat se possibile et p̄fecte. Ad 3. dicit q̄ materia in inclinatione ad formā et hoc fit hoc q̄ generatio dicitur et nō violēta.

Ad argu. Ad. 2. mentas. q̄ forma q̄ dicitur a materia nō ē forma simile. I. dicitur in materia. Sed q̄ forma vnde dicitur in materia opiat in ad. 2. dicit q̄ materia appetit formam. I. sic q̄ forma assimilat se possibile et p̄fecte. Ad 3. dicit q̄ materia in inclinatione ad formā et hoc fit hoc q̄ generatio dicitur et nō violēta.

virtus seu Ad. 2. minimalis. p̄fectum. I. dicitur in materia nō ē forma p̄fectum. I. dicitur in materia nō ē forma p̄fectum. I. dicitur in materia nō ē forma p̄fectum.

¶ q̄ inuētibz in se simul cōiūctis aliqua virtus actiua qua mediāte p̄ducit formā p̄fectam. I. dicitur in materia nō ē forma p̄fectum. I. dicitur in materia nō ē forma p̄fectum. I. dicitur in materia nō ē forma p̄fectum.

Super primum Physicorum.

tus actiua, que de materia in qua est educit formam... Ad secundum princip.

Ad secundum princip.

Articulus tertius. Creatio.

Fieri tripliciter.

At vero circa materiam tertij principalis argumenti superest in hoc... Fieri tripliciter quod est creatio: quia presupponit substantium...

que omnia S. Tho. 1. p. q. 4. 4. artic. 2. metus est cognitionem naturalium philosophorum... que omnia S. Tho. 1. p. q. 4. 4. artic. 2. metus est cognitionem naturalium philosophorum...

memen

indum q. 1. ex...



Fieri ens in quantum ens.

obiectio

Corolla.

set corrupti quia est materia de cuius potentia educeret calorem. ¶ Dubium esset hic tamen de lumine utrum educatur de potentia aeris tenebrosi in quo producit. Et videtur quod non: quia forma educi de potentia materie, est produci per transmutationem materie: et tamen cum sol incipit oriri, non est proprie transmutatio aeris, cum nulla forma contraria inde expellatur. Et augetur dubium de speciebus sensibilibus, que producuntur ab obiecto visibili per medium, que cum non habeant contrarium in aere, non videtur quomodo educantur de potentia aeris. Nam que recipiuntur in aere, non tollit rationem creationis: ut patet de anima, que non creatur, nisi dum recipitur in materia. ¶ Ad hoc aliqui distinguunt aliquas formas magis dependere a materia: alias vero minus. Ille que producuntur per transmutationem materie: plus dependent: ille vero que non habent contraria, minus dependent. Que quidem distinctio non displicet, si modo simpliciter concedatur omnes corporales formas, que sunt sub sole, educi de potentia materie. Respondetur ergo ex his que supradicta sunt, lumen educi de potentia aeris, propterea quod sol non producit prius natura lumen, quam faciat aerem luminosum: sed producit lumen illuminando subiectum. Ita ut in vacuo nullam habeat virtutem sol producendi lumen. Quam ob causam Aristoteles in meteoris. c. 2. necesse est inquit mundum hunc inferiorem continuum esse lationibus superioribus, ut virtus eius inde gubernetur: sane que per vacuum celestes influentie non possent descendere. Idem dicendum est de speciebus sensibilibus, que per medium multiplicatur. Concurrunt enim medium suo modo ad deferendum species usque ad sensum: ob id que quodam modo educuntur de potentia medii. Cuius signum est quod determinat certum medium, puta aquam vel aerem, ita ut per aliud deorsum multiplicari nequeant. ¶ De accidentibus spiritualibus anime non spectat hic dicere: quia illa non ordinantur ad generationem nec sunt materialia. Tametsi suo etiam modo educantur de potentia subiecti: cum non possint ab agenti naturali in vacuo produci. ¶ Paulo plus forsitan iusto immorati sumus in hac questione, eo quod ad physicam fores aperiat. ¶ Sequitur in text. Caput nonum. Tangentes. &c.

In capite nono textus. lxxix. Nos autem materiam. &c.

Quæstio. viij.

UTRUM PRIVATIO SIT ens reale an sola ratione a materia distinguatur.



ADVERSUS partem affirmatiuam arguitur. Et primo quod privatio sit vera res realiter a materia distincta, est argumentum. Seclusa

quacumque operatione intellectus hec vera cecitas est, in quo differt a pura negatione, quia hec est falsa, chimera est: sed ens est participium huius que est esse: ergo privatio est verum ens. ¶ Et confirmatur primo. Privatio determinat sibi proprium subiectum: cecitas enim non est in aere, sed proprie in oculo: et surditas in aere: ergo est ens positivum

Et tertio quia privatio est per se terminus a quo realis motus: ait enim Aristoteles quod album realiter sit ex non albo. Colligitur ergo quod privatio est verum ens reale. ¶ Confirmatur secundo. Privatio nihil aliud est quam forma contraria que expellitur per aduentum noue, ut forma aque est expellitur per ignis: ergo. Probatur antecedens, quia nulla alia ratione materia privatur forma ignis, nisi quia est sub forma aque, que ut questione quinta dictum est, virtualiter est privatio forme ignis. Qua de causa concedimus, ex aqua fieri ignem, tanquam ex termino aquo: nempe quia aqua ratione sue forme est quodam modo privatio ignis. ¶ Et confirmatur tertio: quod realiter distinguatur a materia, sic probatur. Privatio distinguitur a materia specie, ut habetur text. 60, et utrumque est ens reale: ergo distinguitur realiter: quia entia eo dicuntur realia: quia distinguuntur realiter. ¶ Secundo principaliter arguitur ad aliud extremum. Privatio est negatio forme: negatio vero nihil est: ergo privatio nullatenus distinguitur a materia, sed est ipsamet materia, que caret forma. ¶ Et confirmatur. Materia, et privatio ut habetur text. 60, sunt idem numero: sed que sunt idem numero sunt idem specie, ut habetur. 5. meta. text. 12. et que sunt idem specie, sunt idem definitione, ut ibidem asseritur, et esse idem definitione, est esse idem ratione: ergo materia et privatio non differunt ratione. ¶ In medio horum extremorum est sententia Aristoteles, in hoc textu. 79. ubi ait materia et privationem differre, eo quod privatio est simpliciter non ens, et materia est non ens per accidentem. Et superius text. 60. dixerat esse idem numero, sed differre specie. id est ratione, ut seipse interpretat.

Quæstio hec post ea que dicta sunt facilis est. De qua inter arguendum quatuor sunt insinuare opiniones.

Prima est quorundam plus nimio realium quod privatio est nescio quid positivum distinctum a materia. Hec tamen nullatenus fert probabilitatem. Nam ut nomen ipsum sonat, et ab Aristotele quarto. meta. text. 4. diffinitur, privatio est negatio in subiecto apto. Cecitas namque non dicit formam, sed negationem visus in oculo. ¶ Et confirmatur quia cum aer illuminatur nihil profecto positivum inde pellitur: nam lumen non est qualitas activa pellens aliquid contrarium: et per consequens quando obtenebratur nihil ibi generatur: ergo tenebre nihil aliud sunt quam absentia luminis in diaphano apto illuminari. Et eadem ratione privatio forme ignis in materia aque nihil positivum est, quod corrumpatur per aduentum forma. ¶ Secunda opinio est quod privatio unius forme est forma contraria: ut privatio albedinis est nigredo, aut medius color: et privatio forme ignis est forma substantialis aque, aut quevis alia contraria igni. Sed neque ista opinio omnino consonat verbis Aristoteles, nam tunc materia et privatio realiter distinguerentur cum tamen text. 60. expresse enunciet materiam et privationem esse unum numero, et differre ratione. Item quia privatio, ut questione quinta dictum est, per se intrat definitionem generationis: quippe que est, mutatio de non esse ad esse, cuius privatio tanquam terminus a quo, est principium: una tamen forma improprissime diceretur principium sui contrarii. ¶ Tertia est opinio nominalium quorundam, qui distinguunt nomen privationis posse accipi, aut pro subiecto quod privatur, aut pro forma que privatur aut pro aptitudine ad talem formam. Et tunc dicunt quod in prima acceptione materia est privatio: et similiter in tertia

um de lumine

no

huc cause apte fructo

sub

signo

I. a opinio.

Privationis est

2. opinio.

3. opinio.

tertia. Itaq; oculus est, et aptitudo ad visum, et cecitas, et item aptitudo est cecitas. Sed secundo modo accipiendo priuationem, illa distinguitur a subiecto. Idē dicunt de materia prima, que est et aptitudo et priuatio. Quod confirmant ex tex. 60. vbi habetur materiam et priuationem esse idem numero. Quo (inquiunt) circa differentia inter materiam et priuationem solum consistit in nominum connotationibus. Hoc enim nomen, materia, supponit pro materia connotando qd sit primum subiectum forme: nomen vero priuatio pro eadem accipitur materia, connotando qd aliqua forma careat. Et vero illa imprimis multiplex acceptio priuationis nomini non congruit. Quis enim dicat qd cecitas accipitur pro visu, aut pro aptitudine ad videndum: cum forma et aptitudo dicant aliquam perfectionem priuatio vero imperfectionem et absentiam forme. Quod autē accipitur pro subiecto, vt hec sint vere, oculus est cecitas, materia est priuatio, quāuis in re non adeo multum a vero deuiet: in modo tamen loquēdi neque Aristoteli neque sermōni, quo non solum philosophi, sed prudentes quicumque vtuntur, consonat. Aristoteles enim expresse, vt visum est, ponit principia rerū naturalium esse tria, et ait vt tria ad denotandū priuationē aliquo mō distingui a materia. Quidē certo certius est, qd Aristote. nunquam admisisset huiusmodi locutiones, oculus est cecitas, aer est tenebre, materia est priuatio, sicuti nec viri prudentes in familiari sermone eas reciperent. Et præterea tunc propositio Aristot. tria sunt principia, sustineri non potest, nisi appellando ad connotationes terminorū, scilicet tres sunt termini non synonymi significantes principia, et tamen re vera extra scholas nullus sic auderet loqui: sed diceret vt ait Aristote. qd tria sunt principia. s. duo realiter distincta et tertium distinctum ratione.

Igitur sententia Aristot. posita est in medio inter hec extrema. Secundum quē ad questionem respondetur vnica cōclusionē. Priuatio ratione tantum distinguitur a materia. Quod est dicere. Materia et priuatio nō sunt due res: sed tamen materia alia ratione et diffinitione est materia, et alia rōne et diffinitione est priuatio. Arist. cōset proprietates esse in re, qd solus intellectus distinguit. Itaq; mā seclusa operatione intellectus est mā: et seclusa operatione intellectus priuatur forma: sed tñ materia et priuatio nō sunt duo, nisi per solam operationem intellectus, distinguētis inter illas duas rationes, que sunt, subisci forme, et carere forma. Et quia priuatio significat in abstracto priuationē id est abstrahendo a subiecto, non predicatur d materia formaliter, sed solum identice. Ita vt hec sit vera, aer est res que sunt tenebre, tamen aer non est tenebre, sed tenebrosus: et oculus est res que est cecitas, non tamē est cecitas, sed cecus. Iuxta modum quem questione secunda de quantitate adnotauimus negandi has propositiones. Mens est sensus, pater est paternitas, licet sessio non sit alia res a sedēte, nec paternitas alia res a patre. Etenim ista propositio, oculus est cecitas, nō solum significat, qd sunt eadē res, sed qd sint eadē res sub eadē rōne et diffinitione. Nescio profecto cur sit difficillius huiusmodi propositiones negare, qd affirmare. Et enim nimias rerum distinctiones non facile credo, ita neq; incongruos loquendi modos libenter audio. Probatur ergo Aristote. quod materia et priuatio distinguā

tur ratione, decē rationibus que ex textu colliguntur. Prima est in textu. Sumpta ex diuerso modo loquendi de materia et priuatione. Ea namq; distinguitur ratione, de quibus diuersimode loquendum est: sed tales sunt materia et priuatio: ergo. Probatur minor: quia in accidentalibus concedimus qd ex non musico (que est priuatio) fit musicum non tamen concedimus qd ex homine (qui se habet vt materia) fit musicum: sed qd homo fit musicus. Sed in substantialibus concedimus qd ex non homine, tanquam ex termino aquo, fit homo: et non homo, puta semen, fit equus: non tamen concedimus qd ex materia, tanquam termino a quo, fit homo, sed tanquam subiectum: nec cōcedimus qd materia sit homo. Secunda ratio est statim in textu. Ea distinguitur saltem ratione, quorum vnum manet, altero non manente: sed materia manet in genito, priuatio vero non ergo. Et ex hac potissimum concludit tex. 60. differentiam specificam. i. secundum rationem (vt ait) inter materiam et priuationem. Vbi notandum est qd quando materia superpe recipit formam ignis, non solum dicendum est quod non manet priuatio forme ignis, sed etiam quod priuatio non manet. Sunt enim quidam quod priuatio manet: quia materia manet: et materia est priuatio: ergo priuatio manet. Aliter tamen respectu huius verbi presentis, manet, falsa est minor: nam cum est materia sub forma ignis, iam nō est eius priuatio. Si vero arguatur respectu futuri ante introductionem forme, hoc modo. Materia manebit sub forma ignis: et materia est priuatio forme ignis: ergo priuatio manebit sub forma: certe Arist. et antiqui negarent minores: materia enim est res que est priuatio: sed non est priuatio. Et ideo concludendum esset solum identice, res que est priuatio manebit. Sed qui inordicus voluerit contendere qd illa sit vera, materia est priuatio, debet negare consequentiam propter variationem appellationis: quia hec conclusio, priuatio manebit, facit sensum manebit in ratione priuationis. Concedere autem quod priuatio manebit, expresse est contra Aristotelem, dicentem, quod priuatio, quia contrariatur forme, non manet sub suo contrario. Tertia ratio est in text. 65. Materia est per se principium generationis, et in fieri et in factu esse, quia est pars rei genite: sed priuatio non est principium per se rei genite sed solum per accidens: quia necesse est accidere materie ex qua sit generatio ergo. Quarta colligitur ex text. 67. et c. Priuatio contrariatur forme: materia vero nō: ergo. Quinta est in text. 78. Materia habet potentiam de qua educitur forma, quia positive concurrat ad generationem: priuatio vero non habet talem potentiam tum quia est negatio, tum etiam quia contrariatur forme, vnde educitur: ergo. Sexta colligitur ex eodem textu. Materia se habet vt subiectum respectu priuationis: priuatio vero significatur per modum forme que expellitur per generationē forme contrarie in eodem subiecto: ergo. Septima et precipua est in hoc textu presenti. 79. Priuatio est simpliciter non ens: quia est negatio forme in subiecto apte: materia vero solum per accidens est non ens, quatenus accidit ei priuatio forme equam appetit: ergo. Et dicitur materia per accidens non ens, quia materia est pura potentia, vt sit in actu per formam. Octaua est in eodem textu. Materia est prope substantia. i. potētia ad esse per formam: priuatio vero, formaliter sumpta, nihil est: ergo. Nonna est in textu. 18. Materia appetit formam

tex 61

2. Ratio

Nota. c aliquos

obuclio

Conclusio princip.

3. Ratio.

4. Ratio.

5. Ratio.

6. Ratio.

7. Ratio.

8. Ratio.

1. Ratio.

Quaestio. viij. De priuatione.

29
iuyt^a

Ad secundum
principale.

nem negatur q materia z priuatio vtrunq sit ens reale. Imo priuatio est ens rationis ad sensum expositum. Et ideo non distinguitur specie a materia, sicut res habens quiditatem distinctam: z per consequens non distinguitur realiter, sicut res positive diuersorum predicamentorum: sed solum differt ratione quam Aristotel. vocat differentiam specificam. ¶ Ad secundum principale satis respondum est, negatur enim q priuatio sit mera negatio: sed est negatio in subiecto apto nato. Et ideo ratione distinguitur a materia. ¶ Ad confirmationem qua arguitur, materia z priuatio sunt vnum numero: ergo sunt vnum specie, negatur consequentia: que multos profecto potest decipere. Cum enim ait Aristotel. ea que sunt vnum numero esse vnum specie, intelligit q eo modo quo sunt vnum numero sunt vnum specie. Exempli gratia. Si sunt vni per predicationem formalem vnus (vt sic loquar) de alio, vt si. a. z. b. sunt vni numero taliter vt. a. sit b. quemadmodum tunica est indumentum z Petrus est homo, illa sunt eiusdem speciei inter se. Ea vero que sunt vnum numero, id est, faciunt vnum tertium numero, aut sunt in eodem supposito, non

opus est q sint eiusdem speciei inter se. Enimvero materia z forma hominis sunt vnum numero: quia faciunt vnum simpliciter: z tamen inter se non sunt eiusdem speciei, sed faciunt vnam speciem, puta vnum hominem. Quin etiam omnia accidentia que sunt in lacte, scilicet, quantitas albedo z dulcedo sunt vnum numero: quia non habent vnitates separatas: sed sunt supposito idem: z tamen inter se differunt specie. Item virge medietates, quarum vna est viridis z altera sicca, sunt vnum numero (tenendo q materia sit continua) quia faciunt vnum tertium numero: z tamen inter se non sunt eiusdem speciei: quia non sunt taliter vnum numero, vt vna medietas predicetur de alia. Ad propositum ergo materia z priuatio sunt vnum numero identice: quia materia est res que est priuatio: non tamen formaliter, quia alia est ratio z definitio vnus z alia alterius. Et hanc vocat Aristote. differentiam specificam. Et hec, Deo auctore de primo libro.

Illud q est vni
predicationem formalem
sunt vnum in

Libri primi finis.

D 5

motus alterationis, seu augmentationis, siue locali. Et secundum hanc acceptionem diffinitur hic ab Aristotele. At vero quia ex principiis naturalibus constat essentia rei, extensum est tertio nomen nature, vt loco citato ait Phil. ad significandam essentiam rei que est terminus principalis generationis. Homine. n. generari nihil aliud est quam essentiam hominis de nouo incipere esse in hoc supposito. Et hoc est quod ait hic Aristot. tex. 14. f. q. natura se habet ad naturam. i. nascituram et natiuitatem, sicut sanitas ad sanationem. Et sicut sanitas est terminus, qui sanatione producit, ita natura sit species illa que generatur per natiuitatem. Et quia species constituitur per formam substantialem principalem quam per materiam, concludit quod forma est magis natura quam materia. Et hinc dimanauit illa distinctio duplicis forme: vt alia sit forma partis, puta illa que est pars compositi, vt cum distinguitur contra materiam: et alia forma totius, que includit materiam et formam et significatur in abstracto: vt humanitas equinitas: de qua latius q. 3. Natura Græce dicitur physis. Unde physici. i. de natura differentes. Natura dicitur ens naturale id quod habet naturam. Quidam abusus est nominum, distinguere, quod ens naturale accipitur stricte pro substantia per se subsistente, et large vt accipitur etiam pro principijs et accidentibus eius. Unde postea sequitur hec falsa conclusio, quod non omne ens naturale habet in se principium intrinsecum sui motus: vt patet de forma simplicis. Quapropter vnicuique tribuit Aristotele. suum proprium nomen: vt ens naturale solum dicatur illud quod in se habet naturam, puta substantia per se subsistens, cuius principia. s. materia et forma, non dicuntur proprie entia naturalia, sed nature et principia rei naturalis: accidentia vero proprie dicuntur entia secundum naturam. i. consequentia rerum naturas.

¶ His præhabitis ad quæstionem respondetur vna conclusione. Cui ad maiorem expressionem adhibentur tres alie. Prima conclusio. Diffinitio nature est optima. Conclusio probatur cum autoritate Aristot. tum etiam si particule singule, vt super tex. 3. exposite sunt, adnotentur. Sunt enim particule quatuor. Prima loco generis, principium et causa. Est enim tam materia quam forma principium. i. primum vnde incipit motus (principium enim dicitur ordine) est etiam vtraque causa in suo genere: addit namque, causa, supra principium, concursus. Punctum enim principium est linee, et instans principium temporis: et tamen proprie non est causa. Et ideo non opus est, vt præter intentionem Aristot. mutetur in, vel, vt quidam volunt dicentes, quod causa accipitur pro forma, et principium pro materia: aut e converso. Tametsi hoc verum sit, quod forma perfectiori modo est causa quam materia. Secunda particula est motus et quietis. Abi nec coniunctio copulatiua mutanda est in disiunctiuam. Siquidem Aristot. consulto posuit copulatiua, vt insinualet quod natura saltem generabilium, eo est principium motus, quia tendit ad quietem. De celo vero quid dicendum sit, pariter in responsione ad confirmationem secundi argumenti. Tertia particula est, primum, ad excludendum formas accidentales: puta grauitatem, et leuitatem elementorum, et calorem naturalem animalium: que non sunt nature: licet sint principia instrumentale motus, sed sola forma substantialis. Quarta est, per se et non secundum accidens, aliqui dicunt ad excludendum casum et fortunam. Et fossor terre, qua inpenditur plantatio vinee, est causa

inventionis thesauri de per accidens. i. præter intentionem agentis. Sed tamen non opus est ad fortunam diuertere. postquam Aristotele. se in hac particula exponit. Ponitur enim ad excludendum artem medici, qui seipsum sanat: que licet sit principium sanationis eius in quo est, est tamen eius in quo est per accidens. Etenim ly, per se, determinat illud verbum, in quo est, et sicut album non fit per se ex dulci, sed ex nigro: ita sanum non fit per se ex medico, sed ex infirmo, cui accidit vt sit medicus. Philoponus ait hanc non esse iustam diffinitionem nature propterea quod non explicat quid sit natura, sed que sit actio et effectus nature. Et ideo est (inquit) descriptio ab effectu. Quamobrem ait quod natura est quedam vitalis seu formatrix et gubernatrix corporum. Attamen. S. Thom. merito reprehendit huiusmodi correctionem diffinitionis Aristotele. etenim nomen, natura, ex sua propria significatione dicit quod sit principium motus: nam dicit respectum ad nascituram seu natiuitatem. Et ideo per talem respectum debet diffiniri: non per aliquod absolutum vt isti voluit. Non quod natura sit relatiuum secundum esse, id est, de predicamento relationis: sed solum secundum dici: nempe quod debet diffiniri in ordine ad actum: sicut, potentia. Sequitur ex hac conclusione, quod forma non dicitur natura eo quod sit principium generandi sibi simile in exteram materiam, vt forma ignis non dicitur natura eius ab eo quod aquam calefacere potest, et inde generare ignem: sed materia aque est natura: quia est principium naturale passiuum ad recipiendum talem motum. Neque forma animalis dicitur natura ab eo quod filium generet: sed ab eo quod est principium intrinsecum quo animal nutritur, augetur, et mouetur localiter. Forma vero ignis est natura: quia est principium eius motus sursum, et forma aque, quia est principium eius motus deorsum. Sequitur secundo, quod ens naturale non accipitur in proposito particulariter, vt distinguitur contra, supranaturale, aut contra violentum, aut contra voluntarium, aut contra artificiale: sed generaliter contra omne illud quod non habet in se principium sui motus, vt sunt artificialia et alia, de quibus questione sequenti sermo habendus est. Quare Adam, licet supranaturaliter fuit creatus, erat tamen ens naturale. Secunda conclusio. Tam materia quam forma est natura. Hanc probat Aristotele. cap. 1. quia vtraque est principium motus et quietis: materia quidem passiuum: forma vero, actiuum. Forma tamen est magis natura quam principium. Quod Aristot. probant tribus rationibus quas in commentis latius explicauimus. Et quia est id a quo potissimum res denominatur naturalis: sicut forma artis est id a quo res dicitur artificialis. Et, n. lignum non dicitur mercurius quod adusque habeat formam mercurij, ita nec semen dicitur actu equus, quoadusque actu habeat formam equi. Item quia lignum defossam sub terra et putridum iterum germinat sibi simile secundum formam quod est producere sibi simile in natura. Et tertio quia forma est terminus motus qui dicitur nascitura et natiuitas: et per consequens forma est magis natura. Quod si perconteris vtrum natura vniuerso dicatur de materia et forma. Commen. hic comment. 1. et Albertus magnus negatiua partem sentiunt. Attamen, salua eorum autoritate, non video cur non dicatur vniuerso. Primo: quia hoc nomen, pars essentialis, vniuerso dicitur de materia et forma: licet enim materia aliter sit pars quam forma, pars tamen significat vnam rationem commune

Philoponus negat hanc diffinitionem

boni regis q. forma e... non dicitur natura sed principium in termino generatum in aqua

Ens naturale. Sed generatur... quod dicitur... quod dicitur... quod dicitur...

2. Conclusio.

Quod dicitur... dicitur... dicitur... dicitur... dicitur...

Duplex... natura... forma... materia... ens... motus... quietis... actus... potentia... relatiuum... predicamento... diffinitio... conclusio... argumentum... nomen... pars... rationem... commune

Super secundum Physicorum.

alias esset ignis: quoniam partes illius caloris non
 vniuntur secundum intentionem: sed extenduntur
 per materiam: quod est multo maior quam inflammatio ignis
 pedalis. Et ad propositum denique reuertamur, cum
 in aqua quantuncumque calida, non sit summus calor,
 necessarium est ut illic sit formalis frigiditas. Unde
 hanc habeo pro certa conclusione quod naturaliter
 non potest esse aqua sine frigiditate aliqua. Naturaliter
 (in quo) quia deus (ut lib. 1. q. 4. dicebamus) potest
 rem quancumque sine suis dispositionibus miraculo-
 se seruare. Ad diderim profecto, non esse penitus
 impossibile, quod non potest naturaliter esse aqua tam
 calida, quin plus habeat frigiditatis, quam caloris. Quia
 cum summa frigiditas et humiditas sit dispositio et per-
 fectio aque, videtur quod ad generationem aque saltem
 requiratur, multo maior frigiditas quam est gra-
 dus medius: et ad conseruationem, licet minus
 requiratur, semper tamen requiritur ultra gradum
 medium. Et si summa frigiditas (quod est naturalis aqua)
 est ut. 8. ad generationem aque requiritur. v. g. gradus
 ut. 5. vel. 6. et ad conseruationem quicunque gradus ul-
 tra. 4. ita ut saltem gradus ut quatuor sit maximus
 sub quo non potest conseruari aqua. Bene intelli-
 go nullam esse de hoc demonstrationem: rest tamen
 rationi naturali consentaneum, ut nulla forma ci-
 tra medietatem sue naturalis dispositionis conser-
 uari queat. Et hoc confirmatur: quia certe in vi-
 uentibus ita est probabile: et de igne nullus profecto
 diceret quod possit conseruari quin ad minus ha-
 beat calorem ultra gradum medium. Si ergo aqua nisi
 quod esse potest, nisi est frigiditate ultra. 4. necesse est
 ut calor eius sit minor: nam ut paulo ante dicebamus
 ex ambobus simul debet resultare gradus summus.
 Et ad experientiam que in contrarium videtur pugna-
 re, respondetur preter id quod dictum est de maiori
 densitate) quod quia frigiditas non est tam actiua, ut ca-
 liditas, licet plus sit illic frigiditatis minus tamen sen-
 titur: imo non sentitur. Quod si hec vera sint, nul-
 la est difficultas in reductione seruientis aque ad fri-
 giditatem. Reducit. n. se a sua forma substantiali prin-
 cipaliter per frigiditatem que eruperat calorem.

Nullum minus probabilius existimo minus esse fri-
 giditatis in aqua bullienti quam caloris. Ideoque tandem
 respondetur, quod illa reductio ad frigiditatem attri-
 buitur generanti aquam, ut dictum est de motu gra-
 uium et leuium. Et ideo licet frigiditas sit multo mi-
 nor calore, tamen quia forma agit in virtute gene-
 rantis, plus potest forma, ut reducatur ad frigidita-
 tem et conseruetur in esse, quam calor in absentia conser-
 uantis possit resistere. Calor enim, nisi sit in sub-
 iecto naturali, puta in igne, vel in mixto vendicantem
 sibi talem calorem, indiget semper ab extrinseco
 conseruari: alias non potest resistere forme sub-
 iecti in quo est: licet minus ibi sit de accidente con-
 trario. Unde regula illa, quod a proportione minoris
 in equalitatis non fit actio, intelligenda est inter
 accidentia contraria, que sunt in suis cuiusque na-
 turalibus subiectis: puta inter calorem qui est in
 igne, et frigiditatem que est in aqua.

Hinc sequitur, quod animal infirmum, quod semel
 est extra suam naturalem dispositionem, non ita fa-
 cile ab intrinseco reducitur ad sanitatem et inte-
 grum statum naturalem. Mempe quia illa reductio
 animalis fit per hoc quod pars sana mouet non sa-
 nam: et quia omne agens in agendo reparatur, de-
 bilior fit in tali actione semper calor naturalis. Et
 inde est quod natura indiget medicinis extrinsecis ad
 iuuari. Hinc est quorundam opinio medicorum qui
 existimant corpus quod semel notabiliter est extra
 suam naturalem dispositionem, raro aut nunquam ad

integrum statum naturalem redire. Tamen mihi
 nondum sit hoc exploratum. Sed tamen hactenus
 physicus.

Ad quintum principale abū

de responsum est in commento textus sexti: ubi re-
 citauimus opinionem Auicene tenentis non esse per
 se notum: naturam esse: eiusque rationes diluimus.
 Unde in proposito satis est dicere quod Aristotele in 1.
 phy. non demonstrauit naturam esse, id est, aliquod
 esse principium motus. Imo dixit quod qui hoc negat,
 negat primum principium scientie. Sed intentio
 eius fuit in illo libro ostendere que nature sit actus
 natura, scilicet, quod materia non est ens actu comple-
 tum, sed pura potentia: nec forma est duntaxat ac-
 cidens: sed actus substantialis. In quibus ambo-
 bus errabant antiqui. Ad commentatorem vero
 non est necessarium responderem: ipse se expo-
 nit: quippe qui ait, naturam esse, non esse demon-
 strabile: sed esse quodammodo explicabile eius dis-
 finitionem per experientiam, videlicet, illud esse
 intelligendum nomine nature, quod est principium
 motuum naturalium, quos experientia comper-
 tos habemus.

Text. vij. Lecti natura, lignum, &c. Et
 cap. ij. tex. xviii. Determinatis his, &c.

Quæstio secunda.

VTRVM ET NATVRA-
 lia ab artificialibus: & physica à mathe-
 maticis distinguantur.



Duersus partem affir-

matiuam primi membri questionis
 arguitur sic. Sunt artificialium for-
 me plurime, que principia sunt mo-
 tus eius in quo sunt: ergo non est hec vniuersalis dis-
 ferentia inter naturalia et artificialia. Antecedens
 patet in forma nauis, in formis rotarum plaustrorum
 et alijs id genus. Nauis enim non ita velociter moue-
 retur, nec rota, nisi sub illa forma artificiali. Item
 ars citarizandi et saltandi est per se principium mo-
 tus eius in quo est. Et enim motus manuum ci-
 tharedi et motus pedum saltatrici non potest fieri
 nisi ars sit in ipso subiecto quod mouetur, puta
 in intellectu mouentis pedes aut manus, ergo.

Et confirmatur. Stat aliquem eundem motum esse
 simul ab arte et natura: ergo artificialia non dis-
 tinguntur a naturalibus. Hoc patet de sanitate que
 fit ab arte medici, sed concurrente natura infirmis
 et de doctrina que fit a doctore: sed concurrente ab
 intrinseco natura discipuli: ergo non in vniuersum
 differunt naturalia et artificialia. Secundo prin-
 cipaliter arguitur. Si naturalia distinguerentur ab
 artificialibus, sequeretur quod forma artificialis distin-
 gueretur a subiecto naturali: distinctio enim rerum
 non est, nisi a formis que sunt distincte: consequens
 est falsum: ergo et antecedens. Probatur minor.
 Cum sustis recta incuruatur ut fiat arcus: aut ex
 tremis laminae auri iunguntur ut fiat annulus, effi-
 citur novum ens artificiale: et tunc nihil videtur
 illic produci de nouo preter quod res naturalis ali-
 ter se habet quam ante: quia non videtur quodnam ac-
 cidens manus artificis sine aliqua alteratione so-
 lum per motum localem possit producere: ergo na-
 turalia non distinguuntur ab artificialibus. Tertio
 principaliter arguitur pro parte negatiua secun-
 di membri questionis, nempe contra id quod ait
 Aristoteles.

Secunda

In aqua plus
 semper est fri-
 goris, &c.

Ad dubium. In
 aqua plus est
 caloris quam
 frigiditatis
 sicut in de gra-
 uibus et leui-
 bus et hoc quod
 forma substantia-
 lis illa est motu

Jula

Alia particula de
 infirmo dicitur
 infirmum redit ad
 sanitatem per hoc quod
 ma aduenat a parte
 ad hoc quod redit ad
 a leonem dispositio nem
 in hoc motu semper
 aqua reparatio caloris
 ab humore quod
 ita fit, omne corpus
 gendo reparatur idcirco ad quod valet certam indigent medicinis

Aristoteles

Aristot. toto cap. 2. scilicet scientiam physicam distinctam esse a mathematicis, eo qd mathematicus abstrahit a materia, physicus vero, non. Imprimis, omnis scientia abstrahit a singularibus: ergo tam physicus qd mathematicus abstrahit a materia.

Et confirmatur. Tam physicus qd astrologus demonstrat terram esse rotundam: et veros tractat de moribus planetarum, de figura orbium et syderum quia hec omnia sunt forme et proprietates naturales reru, ergo non prolixus differt inter scientiam physicam et mathematicas. In contrarium est Arist. qui text. 1. 2. asserit naturalia distingui ab artificialibus: et in hoc text. 7. dicit qd lignum est natura et subiectum lecti: et es, statue. Ubi videtur distinguere inter ens naturale et formam artificialem. Et cap. 2. distinguit inter scientiam physicam et mathematicam.

Duos breves articulos designat questionis titulus. Primus est quomodo naturalia differant ab artificialibus: secundus quomodo physica a mathematicis. Circa primum hoc imprimis attendendum est qd diuersa est questio, utrum naturalia distinguantur ab artificialibus, et utrum forma artificialis distinguitur a subiecto naturali: in quo est. Prima enim est questio physica, quam hic tractat Aristot. text. 1. 2. 2. fere in 1. cap. Cuius sensus est, sint ne eiusdem, an diuersi predicamentorum: secunda vero est metaphysica: que obiter hic inseritur. Et ideo de singulis sensibus statuemus in primo arti. singulas conclusiones.

Conclu. Prima conclusio est. Naturalia differunt formaliter ab artificialibus, siue forma artificialis sit res distincta a subiecto, siue non. Et enim scannum domus, et sunt in predicamento qualitatis lignum, vero lapis, et sunt in predicamento substantie.

Hanc probat hic Arist. quia ens naturale, in quantum est naturale, habet in se principium sui motus: artificiale vero, non. Lectus enim aut statua ab illa forma artificiali nullum habet proprium motum: sed tamen a forma naturali habet ut descendat deorsum.

Atqui rem aliquam, que in hoc differat a naturali, exhibere non possumus, nisi artificialem: nam forma proprie loquendo aut figura esse non potest, nisi aut naturalis, aut artificialis. Sed tamen si operationes aut actiones considerentur: distinguitur in hoc naturale, non solum ab artificiali: sed a voluntario, quod est in moralibus: et a supernaturali, et a fortuito: et violento. Opus enim virtutis liberum, licet sit quodam modo naturale id est, ex inclinatione nature ad bonum, tamen non dicitur naturale, ut in proposito: quia illud non est a natura, id est, a materia vel forma, nec ab aliquo accidente naturali: sed ab electione. Unde tam naturale qd voluntarium sit a principio intrinseco. Sicut Arist. 3. ethi. c. 1. qd voluntarium est cuius principium est intus in ipso agente. Differunt tamen, qd naturale est a principio naturali: voluntarium vero ab electione voluntatis: que est principium liberum. Ex quo sequitur qd violentum opponitur virtuti: et naturali et voluntario. Est enim violentum, ut ibidem habetur, quod fit a principio extrinseco passio non conferente vim. Sed passum conferre vim, stat dupliciter. Uno modo per inclinationem principij naturalis. Quemadmodum diximus calefactionem aque non esse illi violentam: quia calor ille educitur de potentia materie. Alio modo per electionem. Unde quando quis scienter vapulat a prelato, quicum possit resistere, non resistit, non est vapulatio violenta: sed libera. Unde cum hereticus

cus comburitur, combustio illa non est violenta, ut opponitur naturali: est tamen violenta, ut opponitur voluntario: quia passum conferre vim per materiam naturalem non tamen per voluntariam electionem. Quod naturale opponit supernaturali. Si enim Deus moueret lapide sursum, motus ille non esset naturalis: quia non esset a principio intrinseco actiuo, aut passiuo. Sed tamen nec est violentus, ac si moueretur a causa naturali: quia respectu cause naturalis lapis resistit: respectu vero Dei minime: quoniam in omni re naturali est obediencia respectu dei. Unde motus lingue asine Balaa, nec fuit violentus: nec naturalis: sed supernaturalis. Et idem est de cessatione solis, Josue. 10. et de cessatione celorum in fine mundi. Et dubium est cum grane ascendit ne detur vacui, ut cum attracto aere ascendit aqua per fistulam, utrum motus ille sit violentus, postquam est contra particularē naturā aque: an sit naturalis, cum sit a natura vniuersali. Respondetur qd licet possit responderi est distinctio. qd est vno modo naturalis, et alio modo violentus: tamen simpliciter loquendo est naturalis: siquidem est a natura vniuersali. Sed est violentus secundum quod dicitur de monstris. Cuius animal nascitur orbatu aliquo membro, aut sub effigie alterius speciei qd sit intenta a natura particulari, monstrum est, eo qd est contra naturam particularē: sed tamen simpliciter est naturale. Ita quod homo nascitur. 6. digitis, aut. 4. illud fuit ex impedimento dispositionis materie: quod quidem fluxit ex actione causarum vniuersalium, et aliterius cause particularis in matrice. Quod modum corruptio aque ab igne, licet quodam modo secundum quid possit vocari contra naturā aque, est nihilominus simpliciter naturalis. Fortuitum autem, seu casuale, si accipiamur ut distinguitur contra naturam, monstrum ista possunt dici fortuita: quia sunt preter intentionem agentis particularis. Et vero fortuitum et casuale potius dicitur respectu eorum que agunt a proposito et libere. An de fortuitum est quod euenit preter intentionem agentis. Et inuentio thesauri, quā non intendebat fodiens terram. Sed de hoc latius. q. 3. Unde ad primum argumentum principale, quod directe est aduersus hanc primam conclusionem, respondetur qd forme artificiales possunt esse cause, non quidem motus naturalis quo ad substantiam, sed velocitatis quo ad modum. Globus enim velocius descendit, qd quadratus lapis: quia figura circularis est apta ad motum. Unde qd nauis supernatat aque, habet a natura ligni: si enim esset plumbea non nataret: qd vero ita velociter moueatur a ventis, forma artificialis est causa, et idem dicendum est de rotis plaustrum.

De artibus vero saltandi et citharizandi, possent dici dicere qd non sunt principium motus naturalis: et ideo non sunt nature. Sed hoc est quod argumentum contendit, videlicet, qd diffinitio nature conueniat arti, que non est natura. Quod si dicatur qd ars non est principium primum illius motus, sed forma substantialis, solutio non satisfacet: quia certe ars illa est principium primum motus talis. Dicendum ergo arbitror de istis artibus, sicut de forma nauis. Nam ars illa non est principium motus saltatricis quantum ad substantiam motus, sed quantum ad modum, quo mouentur membra. Et sicut natura est principium motus simpliciter, ita et ars et forma artificialis potest esse principium motus artificialis, qui est motus quidam motus naturalis. Et ita motus rotarum plaustrum potest dici etiam motus artificialis. Ad aliud de sanitate respondetur, qd sanatio est motus mixtus, puta partim naturalis partim artificialis: medicina enim non sufficit per se sanare.

Supernaturale. Et opponitur violento. W. g. si deus lapidem sursum ille motus est violentus respectu nature, sed non est violentus respectu dei. Et motus est naturalis quia motus est naturalis sed deinde est violentus respectu nature.

Fortuitum. Ad. i. primi resp. qd artificiali nauis aut aduersus ad motum non aut ad motum si sit ars causat re motu qd nisi subiecto motu non est velocitatem, nisi subiecto moueret et sic ex natura aduersus qd saltans velinatio non aut qd simplici

Violentum. Et dicitur qd violentum est quod est contra naturam, id est, a principio extrinseco passio non conferente vim. Sed passum conferre vim, stat dupliciter. Uno modo per inclinationem principij naturalis. Quemadmodum diximus calefactionem aque non esse illi violentam: quia calor ille educitur de potentia materie. Alio modo per electionem. Unde quando quis scienter vapulat a prelato, quicum possit resistere, non resistit, non est vapulatio violenta: sed libera. Unde cum hereticus

Ad. i. primi resp. qd artificiali nauis aut aduersus ad motum non aut ad motum si sit ars causat re motu qd nisi subiecto motu non est velocitatem, nisi subiecto moueret et sic ex natura aduersus qd saltans velinatio non aut qd simplici

in sanatione. Et dicitur qd sanatio est motus mixtus, puta partim naturalis partim artificialis: medicina enim non sufficit per se sanare.

etiam idem naturam quantitatis contrahit ad aliquam certam materiam sensibilem. ut Perspectiva, de lineis et angulis radiorum visualium: Musica, de proportionibus numeri sonori Astrologia vero, de figura corporis celestis. Sed hinc nascitur dubium: quia videtur Perspectiva non differre a physica. Et enim physicus tractat de curvatura, quatenus est in naso, aut in tibia, ita tractat perspectiva de lineis et angulis, quatenus sunt in materia sensibili: et astrologus de quantitate quatenus est in astro. Videtur quoque differre dupliciter. Primo in obiecto: et secundo in medio demonstrationis. Primo non differit, quod Astrologus tractat quidem de figura astri, solum in quantum est figura: non considerando, an illa naturaliter conveniat astro, necne. Hec considerando ad quem finem habet illa figura. Physicus autem tractat de illis figuris, non in quantum sunt figure solum, sed in quantum sunt proprietates convenientes nature et fini astri. Unde sequitur secunda differentia quod physicus demonstrat illud in ordine ad finem: vel causam efficientem, vel materiam. ut quod amplius patebit. Demonstrat enim physicus celum esse rotundum et astrum quodlibetque, hoc modo. Perpetuo motui debetur figura perpetua: sed figura spherica habet rationem quadam perpetuitatis (quatenus circulus, nec principium habet nec finem) ergo figura spherica competit celis, qui perpetuo movetur. Idem probabitur ratione materie. Corpus cuius materia non est in potentia ad aliam formam, est perpetuum: celus est immovibilis ergo est perpetuum: sed corpus perpetuum competit figura perpetua (quod est circularis) ergo celus est figure circularis. Astrologus autem ostendit figuram solum vel a signo, quia eclipsis solis per interpositionem lune apparet orbiculariter: vel probat orbem esse rotundum, propterea quod sol dum movetur semper eodem die equaliter distat a terra. Eodem modo perspectiva tractat de lineis et angulis radiorum visualium, non in quantum ordinatur ad tale finem vel procedunt a tali causa physica, nec in quantum pertinent ad rei naturalis complexionem, aut naturam: sed in quantum faciunt hos vel illos angulos in oculo, vel hos aut illos bases in obiecto. Et ideo ait Aristoteles text. 20. quod si scientie medie sunt magis physice, quia finis istarum scientiarum est explicare quantitatem non in vinctu salis, sed talem quantitatem in rebus naturalibus.

animali et planta, de osse et carne in genere, aut in specie humana, vel equa, etc. Mathematice vero, saltem pure mathematice, abstrahunt a materia sensibili non solum in singulari: sed etiam in communi. Etenim non solum abstrahit in singulari ab isto triangulo lapideo, aut cneo, verum nec considerat in genere de triangulo lapidis, aut eris, sed de triangulo. Et vero mathematice non abstrahit a materia intelligibili in communi: quia licet abstrahant a quocumque naturali specie substantie, non tamen abstrahit a substantia corporea: quoniam tractant de figuris superficialium et corporum et linearum que non sunt nisi in substantia corporea. Quaequidem corpora substantia habet rationem in quantum subiectum est quantitatis: sed dicitur intelligibilis, quia abstrahit ab speciebus rerum sensibilium. Metaphysica vero in hoc supereminet mathematicis, quod abstrahit a materia non solum sensibili, sed etiam intelligibili: quia tractat de substantia abstrahendo: etiam a corporea. Speculatur namque de intelligentibus, que abstrahunt ab omni materia physica, solum vero recipiunt actiones et mutationes spirituales. Idem confirmatio iam responsum est, quod mathematicus et astrologus diversis rationibus tractat de figuris astrorum. Et quoniam astrologus tractet etiam de motibus planetarum, non tamen quatenus sunt motus naturales competentes celis: sed quatenus per motus iudicet de distantiis planetarum, de ascensu obliquo vel rectorum que nota non est presentis loci interpretari. Eodem modo videtur, quod physicus demonstrat rotunditatem per hoc quod omnes partes appetunt venire ad centrum et in figura spherica omnes partes superficialiter equidistant a centro. Astrologus vero id demonstrat a posteriori ex figura eclipsis lune, que fit per interpositionem terre orbiculariter: vel ex eo quod non ex eadem parte terre videtur idem astrum, tumore terre impediente. Sequitur in text. Caput tertium. Determinatis, etc.

Ad cōfite,

In capitulo iii. text. xxxviii. Vno igitur modo. &c.

Quaestio tertia.

VTRUM QUATVOR sint tantum causarum genera.

Ad tertium igitur principalem

arguuntur idem quod duplex est materia. Sensibilis et intelligibilis. Quod expressa sententia est Aristoteles 7. met. text. 35. Materia sensibilis (vult ait. S. Th. 1. p. q. 85. ad secundum arguunt) est materia corporalis, ut subiacet sensibilibus qualitatibus et determinat certam speciem substantie: ut materia ligni, aut ferri que videntur sibi certas species qualitatum. Materia vero intelligibilis est substantia corporea, puta hac sola ratione, qua est subiectum quantitatum. Nam cum quantitas sit substantie qualitatum, que sunt per se propria obiecta sensuum, possumus intelligere substantiam corpoream abstrahendo ab omni materia sensibili. s. h. h. equi ferri etc. At vero utrobique modo accipitur materia, accipitur adhuc dupliciter. Uno modo per materiam singularem et signatam, que est hec. Alio modo per materiam uniuersalem abstrahendo a singularibus. At ergo. S. Th. loco citato. quod omnia scientia abstrahit a materia singulari signata. Physica. n. (perinde atque alie scientie) non tractat de his carnibus et his ossibus. Petri in singulari: quia he numero partes non sunt de essentia speciei humane: siquidem he non sunt in Paulo. Est tamen differentia, quod physica non abstrahit a materia sensibili in communi et uniuersali, tractat. n. de



Primum omnium a parte

negatiua arguitur, superfluum esse hic sermonem istum de causis. Quid enim scientiarum hoc, inter cetera, posuit, ut de re vna non nisi vno loco dicatur, de causis vero huiusmodi rei naturalis tractauit Philosophus, 7. 2. post. cap. 11. 2. 5. meta. text. 2. ergo superuacaneum erat sermonem hic istum repetere. Secundo principaliter arguitur, quod fuerit sermo mancus et diminutus. Causa vniuocae dicitur de quatuor generibus, vti natura, de materia et forma: ergo sicut data est vna in genere diffinitio nature, ita ante causam diuisionem consistenda fuisset diffinitio cause, omnibus generibus communis: quod tamen Aristoteles pretermisit. Tertio principaliter arguitur. Causare idem significare videtur, quod agere: sed materia nullius est actiuitatis: ergo materia non est causa. Et eodem modo arguitur de forma et fine. Forma enim, ea ratione qua concurrat in genere cause formalis, non efficit, sed fit, cum enim ignis super facit ignem, forma que preerat in igne non concurret, ut causa formalis, sed ut principium efficiens: forma vero ignis generati, que concurrat ut causa formalis, non concurret actiue: sed coproducit ad productionem totius: et per

hanc hanc motus
Arcticus. s. quoniam
Ad 3. prin.
Duplex est materia.
Sensibilis et intelligibilis.
Sensibilis est materia corporalis, ut subiacet sensibilibus qualitatibus et determinat certam speciem substantie: ut materia ligni, aut ferri que videntur sibi certas species qualitatum. Materia vero intelligibilis est substantia corporea, puta hac sola ratione, qua est subiectum quantitatum. Nam cum quantitas sit substantie qualitatum, que sunt per se propria obiecta sensuum, possumus intelligere substantiam corpoream abstrahendo ab omni materia sensibili. s. h. h. equi ferri etc. At vero utrobique modo accipitur materia, accipitur adhuc dupliciter. Uno modo per materiam singularem et signatam, que est hec. Alio modo per materiam uniuersalem abstrahendo a singularibus. At ergo. S. Th. loco citato. quod omnia scientia abstrahit a materia singulari signata. Physica. n. (perinde atque alie scientie) non tractat de his carnibus et his ossibus. Petri in singulari: quia he numero partes non sunt de essentia speciei humane: siquidem he non sunt in Paulo. Est tamen differentia, quod physica non abstrahit a materia sensibili in communi et uniuersali, tractat. n. de

Ad 3. Arg. 1. q. duplex est materia. Sensibilis et intelligibilis. Quod expressa sententia est Aristoteles 7. met. text. 35. Materia sensibilis (vult ait. S. Th. 1. p. q. 85. ad secundum arguunt) est materia corporalis, ut subiacet sensibilibus qualitatibus et determinat certam speciem substantie: ut materia ligni, aut ferri que videntur sibi certas species qualitatum. Materia vero intelligibilis est substantia corporea, puta hac sola ratione, qua est subiectum quantitatum. Nam cum quantitas sit substantie qualitatum, que sunt per se propria obiecta sensuum, possumus intelligere substantiam corpoream abstrahendo ab omni materia sensibili. s. h. h. equi ferri etc. At vero utrobique modo accipitur materia, accipitur adhuc dupliciter. Uno modo per materiam singularem et signatam, que est hec. Alio modo per materiam uniuersalem abstrahendo a singularibus. At ergo. S. Th. loco citato. quod omnia scientia abstrahit a materia singulari signata. Physica. n. (perinde atque alie scientie) non tractat de his carnibus et his ossibus. Petri in singulari: quia he numero partes non sunt de essentia speciei humane: siquidem he non sunt in Paulo. Est tamen differentia, quod physica non abstrahit a materia sensibili in communi et uniuersali, tractat. n. de

3 Doc

consequens potius habet rationem effectus q̄ cause. Et hoc inde presertim confirmatur q̄ forma vt lib. 1. q. 7. dictū est posterius natura est q̄ totū, ea saltem q̄ educitur de potentia materie. Et de hinc adhuc est magis notū nō esse causam: tū quia causa debet effectum præcedere: hinc autē est vltimū motus, quo habito cessat motus: tum etiā quia vt in se quæribus videbimus finis & forma in naturalibus coincidunt. Quarto principaliter arguitur, q̄ nulla sit causa efficiens. Causa enim & effectus relatiue dicuntur: & per cōsequēs simul se & inferūt & perimūt, vt tex. 37. autor est hic Philo. maxime si sit causa in actu. Tūc sic argi. Si aliqua esset causa efficiens, maxime essent ille quatuor exēpla ponit Arist. in text. 2. q. 6. consultor, pater faciens: & transmutans: sed q̄ iste nō sunt cause, probatur, nam stat consulto rem actu consulere, q̄ nō fiat id quod consultit: & q̄ pater generat, tunc nō est filius qui gignitur: & q̄ si filius genitus est, iam nō est semen vnde genitus est: & q̄ si statuarius incipit dedolare lignum facit quidem statuā: q̄ tamen nō est: ergo iste nō sunt cause efficiētes. ¶ In contrarium est auctoritas Aristotele.

¶ Pro huius quæstionis decisione, q̄ precipuum habet locū in physica notandū est primo q̄ de causis rei naturalis, quatenus sunt principia eius cognitionis, ad dialecticum attinet disputare. De illis vero inquantū sunt differentie entis (quod subiectū est metaphysice) ad metaphysicū spectat dicere: diuiditur enim ens (inter alias diuisiones) in illud quod se habet, vt alterius causa & illud quod se habet vt effectus. Sed negotium physicum est de causis differere, ea ratione qua applicantur ad suos effectus, inducendo formas in materiā. ¶ Et per hoc primū argumentū diluitur. ¶ Notandū est secundo: q̄ Arist. nunq̄ diffiniuit in vniuersum causam vna diffinitione cōi ad oīa genera: sed, vt hic patet 2. 5. meta. a diuisione causarum incipit: & vni quodq̄ genus seorsum diffinit: q̄a vix p̄fecto cōstitui potest vna ratio in qua oēs cause cōueniāt: tamen si vniuoce causa dicatur de oibus generibus quatuor. ¶ Et per hoc soluitur secundum principale argū. Aristoteleli namq̄ nō solet esse cure genus diffinitione monstrare, q̄ id per species perspicatius elucidatur. Ad ne suam cuius ad libitū diffinitionem proferre liceat. Causa (vt ex lib. de causis citari solet) est id ad q̄ aliud sequitur. Hec diffinitio, si sano mō intelligatur, omne genus cause cōplectitur. Primū oim in personis diuinis ad intra nulla est ratio cause & effectus. Pater enim producit generando filium: tamē quia nō facit essentialiter aliud: sed suā eandē essentiam dat filio, nō est eius causa. Hec ambo sunt causa spiritus sancti, quem spirant. Item verbum, sequitur, dicit intrinsecā consequentiam & dependentiā illius quod sequitur ab alio, ex quo sequitur. Etenim sequitur dialectice: dies est ergo sol lucet, tū dies nō est causa lucis, sed effectus. Hec filius indiuinis est effectus patris: quia cū in eadem essentia subsistat, nō dependet ab illo: sicut idem nō dependet a se. Et preterea nō debent extrema consequentie accipi materialiter pro rebus, sed formaliter secundum rationē cause & effectus. Deus enim qui causa fuit mūdi, ab eterno fuit anteq̄ esset mundus: & pater multo tempore est ante filium. Sed consequentia debet intelligi de causa & effectū in actu. Sequitur enim medicus sanat: ergo sanitas fit. Sed de hoc latius in solutione ad postremum argumentum.

¶ Tertio notandū est q̄ de numero causarū fuerūt

inter antiquos opiniones varie. Illi namq̄ primi philosophi, qui ponebant vnicū principium rerum, puta aquam vel aerē, & ignoauerunt, vt ait Arist. 1. meta. c. 3. rationem cause formalis: quia dicebant totam naturam rerū esse vel aquam vel aerem: que entia solū se habebant, vt cause materiales, vt. 1. huius dictum est, & apertius in hoc text. 7. alias vero formas nō esse: nisi modos varios se habendi rerum. Ignorata autem causa formalis, nō se perfecte nequuerant causam efficiētem: atq̄ adeo nec finalem. Nā causa efficiens est q̄ producit formam propter finem. Quocirca ait Cicero lib. 1. academi. questio. q̄ Democritus: quia ignorauit causam efficiētem, ignorauit, & finem & ideo dixit oīa fieri a casu. Hec ille. Ande eo demerite sunt precipati, vt omnium effectū solam materiā assignarent esse causam. Mempendentes anteriores esse acutos, & molares esse obtusos: plātas pedis esse plānas, oculos & aures esse talis dispositionis, solū ratione materie prouēire: quā ita acciderat dispositi. Cum tamen, vt Arist. docte inferius ait, hęc omnia sunt propter finem, & ppter operationes necessarias ad animalium. ¶ In alio extremo Platō in Timeo posuit sex genera causarum: s. materiā, & finem, & efficiens principale, & instrumentum, & formam extrinsecam & separatam. S. ideam (quam vocabat causam exemplarem) & preterea formam intrinsecam particularem. ¶ Arist. vero inter hos mediū multo omnibus sapientiū quatuor excogitauit causarum genera: nempe materiale, formale, efficiētem, & finalem. Instrumentum vero reducit ad causam efficiētem: exemplar, ad causam formale vt q̄ primum videbimus. ¶ Quarto denique notandum est, q̄ quemadmodum (vt in initio secūdi positis) visum est) quatuor sunt interrogationes eorum que vere scimus. Nam res sit, quid sit, & an hoc sit hoc, & propter quid sit hoc: ita sunt & quatuor causarū interrogationes. Etenim quod generali nomine illic dicitur, propter quid, hic diuiditur in quatuor, vt, propter quid, specialiter sit interrogatio finis, a quo, interrogatio cause efficiētis, ex quo vero, causa materialis: sed, per quid, est interrogatio cause formalis.

¶ Ad genera singula descēden tibus a materia inchoandum est: que est primum subiectū quod generationis supponitur. Cuius diffinitionem lib. 1. 2. tert. 7. 1. q. 6. satis exposuimus. Est enim primū subiectum ex quo cum iniat aliqd fit per se. Ad differentiam priuationis modo illic exposito. Adnotat vero Arist. textu hic 3. 1. differentias quatuor materie. Ad cuius intelligētiā preterea que in commēto diximus, notandum est quatuor esse cōsuetas diuisiones materie. Prima. Triplex est materia. s. in qua, ex qua, & circa quam. Materia in qua, idem est quod subiectum forme. Que est triplex (vt sit secūda diuisio) s. materia prima nude considerata, que est subiectum forme substantialis. Et materia considerata sub accidentibus. Que in animalibus organizata dicitur corpus physicum. Et tertia materia accidentium, siue naturalium, siue artificialium: corporaliū, aut spiritalium, vt lignū, anima. &c. ¶ Materia ex qua (que est tertia diuisio, est itidem triplex secundum Commētorē in commen. 3. 1. scilicet compositionis tantum alterationis tantum, compositionis & alterationis simul, vt in exemplis Arist. eodem textu patet. Compositionis tantum, vt litere sunt materia syllabe: & lapides & ligna: materia domūs: que sine alteratione manent in eius compositione. Alteratio

Plato constituit causas

Aryt. 4.

Interrogationes causarum.

Materie. diff.

causa est id ad quod sequit

Dimensio nes quatuor materie.

Materia in qua

Materia ex qua

Conocer.

Princi.

Prin.

Diffi.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Prin.

Super secundum physicorum.

sam, Polycletus statuam faciens facit statuam, tamen stat hanc esse falsam Polycletus statuam facit. Et hoc est (inquit) primam esse per se, & secundam per accidens. Secundo ait e conuerso hanc esse etiam per accidens: ignis aut calidum calefacit eo modo quo est hec, album calefacit, quia ignis calefacit per aliud, i. per calorem. At vero nescio profecto cur tam gratis negat Aristotel. vniuersalem modum loquendi philosophorum. Aristotele enim uno dicit solum, quod edificans edificat: est per se: vt subiectum dicat actum: sed, edificator edificat, statuarius est causa statue, vt dicat habitum. Et istam ait simpliciter esse per accidens, musicus est causa statue, licet sit vera. Et ita omnes loquuntur. Causa ergo per se dicitur illa que explicat rationem formalem qua est causa huius effectus. Unde falsum est has esse per accidens, ignis calefacit, calidum calefacit, licet causa calefaciendi sit accidens, puta calor, quia propria & per se causa principalis caloris est ignis: & per se instrumentalis, est calor. Respondetur ergo consequentiam non valere edificator est causa per se statue, edificator est musicus ergo musicus per se est causa statue: propter appellationem que mutatur. Nam ly: per se appellat propriam rationem subiecti. i. que iste homo ratione artis edificatorie edificat. Quod circa non est idem esse causam palium, & esse causam per accidens. Ignis enim est causa per suam formam, imo ignis calefacit instrumentaliter per calorem, qui est accidens, & tamen calefacit per se: quia de ratione intrinseca ignis est, & forma tanquam pars quiditatis, & calor tanquam passio. Et eadem ratione, licet ars statuaria sit accidens, nihilominus est per se causa statue. Nec sufficit predicatum conuenire rei significate per subiectum, vt propositio sit per se: sed requiritur (quoad propositum attinet) vt effectus importatus per predicatum conueniat subiecto ratione significati formalis, vt, edificator edificat. Intellectus non opus illis esse hec nos enunciare, qui in Aristotele verfantur. Sane qui, i. poste. cap. 4. copiosissime de propositionibus per se sit loquutus: sed eos admonitos esse velim, quod leui causa receptissimos modos loquendi ab scholis relegant: Nam & vulgus quidem & sapientes, cum audiunt pictorem pulchras depingere imagines, & vident rem esse naturalem: cum vero audiunt, sutoris itidem pulchre pingere, rem dicunt esse accidentariam. Secundum dubium est circa illud dictum tex. 38. quod statuarius in communi est causa statue: sed hic statuarius, causa huius statue. Arguit enim sic. Actiones (vt habetur, i. meta. ca. 1.) sunt singularium non enim homo in communi, sed hic homo agit: ergo non statuarius, sed hic statuarius est causa per se. Ad hoc respondetur quod aliud est loqui de propria ratione cause, aliudque de conditione que requiritur ad exercitium operis. Causa enim per se conuertibiliter respondet per se effectui. Et quod ad faciendum statuam, abstrahendo ab hac & ab illa, non requiritur hic statuarius, sed sufficit aliquis statuarius idcirco statuarius in communi est causa statue in communi: & hic, huius: vt in commento per amplius expressum est. Cum hoc tamen stat conditionem requisitam cause efficienti ad agendum esse quod sit in singulari. Et hoc est quod ait Aristotele, i. meta. quod homo non sanat nec sanatur, sed hic homo. Simili ferme modo dicendum est in predicamento substantie, quod hominis in communi causa per se est homo: & hic homo per se huius hominis. Sed quodammodo per accidens est causa hominis: quod potest fieri homo non ab isto homine. Quamuis non sit tamen accidentalis: sicut Polycletus est causa statue. Nam ars per quam Polycletus facit statuam accidit illi: nec ly, Polycletus est infere

rius quiditate ad ly, statuarius. Petro vero est essentialis illa forma per quam facit hominem: et est quiditate inferius ad hominem qui est per se causa hominis.

¶ Vtraque causam tamen per se quam

per accidens partitur Aristotele in particulari & vniuersali seu in proximam & remotam. Que sit ordine tertia diuisio. Ad cuius notitiam considerandum est quod causa proxima & remota bifariam accipiuntur: nempe aut ratione suppositi, aut ratione modi significandi & predicandi. Ratione suppositi, quando plura concurrunt, quorum primum mouet secundum, vt in causis particularibus, causa proxima phlebotomie est incisio venae, causa vero remota & prior est medicus, qui precipit in cisionem. Et iste proprie dicitur causa mediata & immediata. Et in naturalibus causa particularis est causa proxima vt homo generans hominem. Causa vero vniuersalis, vt sol est remota prior. Non quod non attingat effectum: sed quod mouet causam particularem. Tametsi non tamen proprie dicatur remota, quod dicitur vniuersalis. Instrumentum vero, vt scapellus tonsoris, quod non est causa principalis non dicitur propinquior tonsore: sed tonsor est causa proxima, licet scapello venam cedat. Alio modo accipiuntur causa proxima & remota in predicando: non quod sint duo agentia: sed idem significatum conceptu particulari, aut vniuersali. Et medicus est causa proxima medendi & artifex, dicitur causa remota: quoniam artifex superior est causa medicus. Similis forme distinctio est causa vniuersalis (que fuerit hic quarta) in vniuersalem in causando, & vniuersalem in predicando. Que est eadem cum diuisione in causam superiorem & inferiorem: & hec est simpliciter diuisio in causam vniuersalem & particularem. Causa enim celestis est vniuersalis in causando respectu hominis: quia sol non solum cum hodie concurrat ad producendum hominem, sed cum equo, ad producendum equum: & cum igne, ad producendum ignem. Non tamen est vniuersalis in predicando: quia sol non predicatur de homine. Artifex vero est vniuersalis quod medicus in predicando. Et apparere cupiam potest non esse vniuersaliorum in causando: quod nulla est ars generalis ad omnia artificia. His pretaertis, am biget quisquam vtrum Aristoteles vtriusque modum cause vniuersalis & particularis intellexerit. Facit enim ad partem negatiuam, quod eius exempla solum posita sunt de causa vniuersali in predicando. Sed est nihilominus, parte affirmatiua arguendum: quod ad rem physicam potius spectat distinctio causarum particularium & vniuersalium in causando, scilicet inferiorum & superiorum. Egregie respondet, S. Th. sup. tex. 32. dicens quod omnis causa vniuersalis in predicando est etiam quodammodo vniuersalis in causando. Et e conuerso, omnis vniuersalis in causando est quodammodo vniuersalis in predicando. Et ratio profecto est auctore suo digna: quoniam vniuersalis (inquit) eadem forma agit, per quam esse habet, vt ignis, per quem forma est ignis, producit ignem: & equus, per quem forma est equus, gignit equum. Forma ergo & quiditas rei quanto vniuersalior est in predicando, tanto ad plures pertingit effectus. Artifex enim, quis non significet, vnam artem generalem ad omnia artificia, significat tamen vnam rationem communem: ob idque ratio artificis in communi est non solum mederi: sed statuam facere, aut domum &c. Atque adeo, vt est in predicando, ita & quodammodo in causando est vniuersalior causa. Pari modo sol, vt est in causando, ita est quodammodo in predicando vniuersalior. Non quod sol predicetur de homine & aliis particularibus causis: sed in ratione cause hoc modo, quod homo est solum generans per se hominem: sol vero: per se

3. Diuisio in causam proximam et remotam seu partem & vniuersalem.

4. Diuisio in vniuersalem causam et partem.

Alia est ratio cause & alia, conditio.

Omnis causa vniuersalis per se.

generans animal, et generans corpus. Item ignis solum est calefaciens: sol vero est alterans scilicet calefaciens et frige faciens. Eodem modo tonsores est precise in salute infirmi euacuans per phlebotomiam, medicus vero, qui est vniuersalior in causando, est etiam vniuersalior in predicando: quia est generaliter euacuans et sanans siue per phlebotomiam, siue per potionem.

Exempla que Aristoteli ponit in causis efficientibus et formalibus, in omnibus generibus causarum adhiberi quocumque possunt. E nimvero et medicus est causa efficiens particularis et artifex vniuersalis: et proportio dupla est causa formalis proxima proportio nis duple in numero sonoro, quae est diapason: et proportio est forma remota, ita statue causa materialis proxima est marmor: remota vero, lapis: sed remotissima est corpus durum, ut sit genus ad lapides et ligna et metalla. Et in finibus, finis primus medici est sanitas, vniuersalis vero est bonum, quod est commune ad sanitatem et alia bona. Et in naturalibus hominis causa efficiens proxima per se est homo: remota vero, anima. Et finis primus est vita: vniuersalis vero, bonum in communi. Dubitatio est tamen utrum possint signari in omnibus generibus causarum proximum et remotum ex parte suppositi. Respondet in efficientibus et finibus illud esse manifestum: causa enim proxima hominis est pater, et remota auus: et finis proximus arboris est fructus, remota vero homo: sicut finis primus generationis hominis est vita corporalis: remotum vero, vita eterna atque a deo omnium ultimum est Deus. In materiali vero causa generationis substantiae non possunt dari plures quam vna materia quae est materia prima. In istis improprie dicuntur materia prima esse remota: et illam cum dispositionibus esse propinquam. Respectu vero forme accidentalis materia prima est ens naturale (si modo illud sit subiectum accidentium) materia vero prima est subiectum remotum. Sed in causis formalibus substantiabilibus datur quaedam proxima et remota in predicando. Et humanitas est proxima forma hominis: animalitas vere remota. Verum tamen cum in composito non sunt plures forme non dabuntur distincte forme quarum vna sit proxima et alia remota. Discernunt tamen diuersae rationes eiusdem forme. Et anima nostra, quatenus dat esse corpus, est forma remota: in quantum vero dat esse sensitiuum, est propinquior: sed qua ratione dat esse rationale, est forma proxima. Facile quisque potest diuisiones istas ad causas per accidentem applicare. Alibi enim est causa per accidentem, proxima statue: sed coloratum est causa remota. In hoc est necesse diuidere rursum causam in immediatam et mediatam: quod idem est immediatum et mediatum, quod proximum et remotum nisi quod proximum et remotum proprius latine dicuntur. De quibus membris latine dicitur sumus, quod se vbi explicabit, an causa superiores, et maxime deus, sit causa proxima et immediata horum inferiorum. Nam ex dictis videtur subsequi causas superiores esse remotas: cum tamen ut videbimus, immediate attingat effectum. Alia tertia diuisione subnectit. Aristoteles in causam simplicem per se, ut statuari et simplicem per accidentem, ut polykletus: et ex utraque complexam, ut polykletus statuari. Sed parui est momenti. Alie sunt praeterea diuisiones causarum: quae, licet aliquae earum possint quodammodo attribui causis finalibus, tamen proprie non competunt, nisi efficientibus. Prima (quae sit numero quinta) derivatur ex ea quae modo dicta est. Estque causarum in plurali: nempe quoniam plures concurrunt ad eundem effectum. Alie enim sunt cause essentialiter subordinate et alie accidentaliter subordinate. Essentialiter subordinate sunt ille quarum vna absque alia agere nequit, ut sol et homo et deus. Hec enim homo actu generare potest, quin sol et deus actu etiam

concurrat: nec rursus sol sine homine generare potest hominem. Immo nec deus naturaliter sine causa secunda effectus infales producit. Cause accidentaliter subordinate sunt, quarum vna aliquid potest efficere, alia tunc non concurrere: sicut pater et auus et proauus etc. quoniam enim pater generat, auus nihil facit. De istis latine lib. 7. dicitur sumus, vbi docet Aristoteles quod essentialiter subordinate non possunt esse infinite: accidentaliter vero subordinate nihil vetat in infinitum abire. Sexta diuisione diuidit causas efficientes in causam vniuocam et equiuocam. Causa vniuoca est quae producit effectum sibi simile, ut sunt omnes cause naturales horum inferiorum. Ignis enim producit ignem: equus, equum etc. Immo et artifex quodammodo dicitur causa vniuoca respectu artificij, quod simile arti exhibet, quam habet in mente. Causa equiuoca est quae effectum sibi simile in forma non producit, ut est sol et omnes cause superiores respectu horum inferiorum. Et hinc oritur habet septima diuiso causarum efficientium. Alia enim est causa a qua effectus dependet in fieri tantum, et alia a qua dependet in fieri et conseruari. Cuius rationem egregie profecto. 1. p. q. 104. ar. 1. explicat. S. Th. pluribus quidem verbis, sed hec est in summa. Quia gens imprimit in effectum formam eiusdem rationis secum, tunc effectus quidem dependet in fieri, non tamen conseruari: quia iam effectus conseruabitur per formam receptam, ut homo generat hominem, cui dat formam eiusdem rationis: et equus, equum: et ignis, ignem: effectus ergo productus non dependet in conseruari a causa. Sol vero producit hominem, non communicat illi formam eiusdem rationis secum: et ideo quod dicitur, dependet in conseruari a sole. Et hac ratione celi ipsi et angeli et vniuersus orbis dependet inesse a deo: quoniam deus habet esse per suam essentiam: sicut ignis est ignis, per suam essentiam: et quia deus non potest dare alicui tale essentiam, ut per se conueniat esse, propterea semper omnia inesse dependet a deo. Est enim mentis intuitu considerandum, eo modo mundum a deo conseruari, quod admodum lumens aeris dependet inesse a sole: quia cum sol non dat aeri formam suam, quam primum sol abscedit, lumens cessat. Et eadem analogia subtrahere deo suum concurrens, eodem momento vniuersum in nihilum euanesceret. Sic sequitur quod omnis effectus equiuocus dependet non solum in fieri, sed in conseruari a sua causa: et equiuocatio est causa huius dependentie. Et hac ratione omnes effectus horum inferiorum dependet in esse a causis superioribus. Sequitur secundo, quod quoniam causa secunda particularis perfecte producit simile sibi formam, tunc effectus nullo modo dependet in esse a causa. Unde generaliter nulla substantia dependet a sua causa secunda inesse: nec anima ab anima nec planta, a planta a qua fuit producta nec ignis ab igne. Si vero producat suam similitudinem imperfecte, tunc effectus dependet quidem inesse: sed poterit nihilominus tatisper in absentia cause durare, ut cum ignis calefacit aquam, non tamen perfecta quoad usque aqua fiat ignis, durabit aqua calida aliquo tempore in absentia ignis: sed tandem frigebit. Secus de calore animalium et aliorum mixtorum: qui cum forma mixta conseruat, quia est sibi naturalis. At vero si non producat formam suam, nec perfecte, nec imperfecte, tunc nec per momentum durabit in absentia cause. Et cum candela illuminat aerem, sublata candela, nihil luminis manebit in aere. Quod si per ceteris cur calor taliter imprimatur, ut durare possit in absentia ignis, lumens vero nequaquam. Respondet quod calor est dispositio ad formam substantialem ignis: et ideo est quodammodo participatio forme: lumens vero, quia non est dispositio ad introductionem forme substantialis, idcirco nullatenus durat in absentia cause. Artificiosum autem alia est ratio: forma enim artificialis, cum nihil aliud

6. Diuissio. in vniuocam et equiuocam

7. Diuissio. dependere inesse et in conseruari

quando agens imprimit effectum formam eiusdem rationis secum,

vide differetiam inter causam equiuocam et vniuocam. vniuoca generat effectum eiusdem rationis, equiuoca vero generat effectum sibi dissimilem. Omnia in esse dependet a deo

coro Lm

2 coro Lm

Res generalis intelligitur

X.

Diuissio. cause efficientis inessentialiter subordinate

Super secundum Physicorum.

fit q̄ compositio rerum naturalium, aut quomodo libet aliter eorum figura, in fieri dūtaxat p̄det ab artifice: in esse vero conseruat a subiecto naturali, vt patet de domo, veste &c. ¶ Octaua diuisio manifestissima est causarū alia est prima & alia secunda. Causa prima est solus De⁹ quippe qui a nulla alia depēdet: sed per suā infinitā essentia, q̄ ad nullū genus entiu coartat, eminēter est oīa. Causa vero secūda, sunt reliq̄ oēs siue vniuersales sint, siue particulares: nēpe q̄ ap̄ma dependēt nō solū in essendo: sed in causando. ¶ Causis vniuersalib⁹ seorsum positis. ¶ Nonā diuisio est causarū particulariu. Quā S. Tho. hic lec. 5. ponit inter cās efficiētēs, alia est consiliās: cōsultor em̄ dat agētī formā p̄ quā agat, sicuti auus dat formā p̄ducēdi filiū, & generās dat graui formā per q̄ mouet. Alia est causa disponēs, sicut faber lignari⁹ dolat lapides, vt architectus cōstruat basilicā. in naturalib⁹ vero idē ignis per calorē disponit passum & per calorē introducit formā vt sequētī. q. videbimus. Alia vero est cā adiuuās: sicut medicine inuuant naturā vt se reducat ad sanitatē. ¶ Et per hec facile intelligunt minutiores alie diuisionis cause, in totalē & partialē, sufficientē & insufficientē, &c. Causa enim cōsulens est partialis & insufficientis: & pariter adiuuās, & disponēs. ¶ Decima dñiq; & insignis diuisio est. Causarū particulariu alia principalis & alia instrumentalis. Causarū in quā, particulariu. Hāc cause vniuersales in via Arist. nō diuidunt cōtra instrumēta. Illa em̄ erat doctrina Platonis qui solā primā cām appellabat efficiētē: reliquas vero oēs causas dicebat esse ei⁹ instrumēta, veluti inferiores artifices sunt instrumēta architecti. Hec adeo multū erat inep̄tus sermo. Hic q̄ cū creature habēt in se virtutes agendi, melius ait Arist. q̄ causa p̄ncipalis est illa q̄ agit p̄ propriā virtutē intēdens p̄fecte assimilare sibi passum, instrumētalis vero est q̄ agit tanq̄ virtus, aut p̄ virtutē cause p̄ncipalis, vt faber lignarius est cā p̄ncipalis intēdens p̄ducere archā s̄ milē sue arti: serra vero est instrumētū q̄ p̄ motu uē artificis p̄ducit archā, similē, non sibi, sed arti. Et in naturalib⁹ ignis est cā p̄ncipalis calefactio nis per q̄ intēdit p̄ducere ignē, in quo cōsistit perfecta assimilatio: calor vero est cā instrumētalis: q̄ tanq̄ virt⁹ ignis p̄ducit calidū que est que dam imperfecta assimilatio ignis tēdens ad perfectā, & alia est p̄ncipalis cā & nutritionis & ḡnationis aiālis: calor vero naturalis est causa instrumentalis nutritionis: & semē est instrumētū generationis. ¶ Unde instrumētū est duplex: aliud cōiunctū: & aliud separatum. Instrumētum cōiunctum: vt calor in naturalibus, & serra vel calamus in artificialibus. Tamen si hoc animaduertēdū est hic, qd calor ignis, aut calor naturalis animalis quo fit nutritio, quis dicant quodāmodo cause instrumētales ad differentia forme substāntialis, nihilominus forme naturales nō dicunt tā proprie instrumēta artificiu: sed forma tā substāntialis q̄ accidentalis dicitur p̄ncipiū, quo, aut substāntiale, aut accidentale. Et vtraq̄ est potius virtus agentis, q̄ instrumētū. Instrumētū vero cōiunctū dicitur in artificialib⁹ illud qd nullā virtutē habituale recipit a cā p̄ncipali preter motū quo actu mouet, vt patet de calamo & serra, q̄ nisi actu moueant nihil faciūt. Instrumētū vero separatū est illud qd recipit aliquā virtutē quā, semota cā p̄ncipali, adhuc agit. Et hoc modo semē solet appellari instrumētū generatio nis separatū: vel significat⁹, virtus separata, quo modo. S. Tho. astruit sacramēta esse cās instrumēt.

Dei ad producēdū gratiā per virtutē q̄ habent a Deo. Et hanc nihil aliud esse existimo, q̄ institutio qua a Christo instituta sunt ad talē effectū. ¶ Undecima est diuisio q̄ Arist. ponit quartā, tex. 34. in causam in potētia, vt domicicator, & in causā in actu, vt domū faciēs. ¶ Duodecima deniq; diuisio est q̄ habet text. 30. Causarū em̄ efficiētū alia est positua: vt gubernator nauis est causa seruationis, & alia priuatiua, vt absentia est cā submersio nis. Hic tamen est notandum q̄ causa priuatiua nō est causa per accidens, sed per se, effectus priuatiui. Cum enim posituum per se cōueniat alicui positio, priuatiuum illius per se conuenit priuatiuo alterius. Et ideo cum per se causa conseruationis sit presentia nauis & gubernatio nauis, fit vt quando presens gubernando posset & deberet nauē liberare, tūc eius absentia sit per se causa submersiois. Unde illius submersiois est duplex cā p̄ se altera positua, vt v̄torū impetus & procella, & altera priuatiua, s. absentia, aut negligentia nauis. ¶ Possent hic preterea multiplicari alie diuisiones causarū. Hāc alia est causa naturalis, s. effectus illius qui cōcursu naturali sequitur: & alia est super naturalis: vt cā creatiois & gr̄e & glorie. Et naturalis id est q̄ non sunt miraculose: alia est libera & alia naturalis id est agens ex necessitate, nisi impediat. Sed de his satis.

¶ Causa finalis ait Philosoph⁹ tex. 31. est id cuius gratia aliquid fit. Que distinctio in commento abunde exposita est. Quidq; modus agendi finis non est proprie efficere, sed mouere agens ad opus secundum esse quod habet in intentione. Hoc tamen in agentibus a proposito est euidētius. Artifex em̄ a fine qui est constructio, aut habitatio domus, mouetur ad opus: & infirm⁹ a sanitate quam desiderat mouetur potionem potare: agentia vero naturalia non agunt se in fines: sed aguntur a Deo datore nature. S. b. d. q. b. autem generans animal, aut hirundo faciens nidum sine cognitione finis mouetur a natura ad procreandā prolem, vt corruptibiliū species perpetuo duret. Veluti sagitta a iacēte directa mouetur ad signū. ¶ Est tamen hic non pretereunda dubitatio, vtrū finis habeat rationem cause secundum quod est in re, an secundū quod est in intentione. Exm̄pli gratia. Infirmus cognoscens sanitatem esse sibi bonam concupiscit eam: quod desiderio mouetur ad sumendum potionem. Dubium est vtrum sanitas secundum quod est futura in re, an secundū quod est cognita moueat infirmū. Et videtur q̄ secundū quod est in intētionē cognoscētis, sit causa. Hāc cōcursus cause presupponit ad effectū: finis autē scdm̄ esse reale nō presupponit ad actionē, sed scdm̄ esse cognitū: quoniā per actionem agentis acquiritur finis: quoniā nomen finis, idem sonat, quod vltimū. Et confirmatur. Quod non est non potest esse causa: sed finis secundū esse reale non est quando est actio: ergo nec tunc secundum esse reale est causa. ¶ Pro solutione huius dubitatiois notandū est q̄ p̄ly scdm̄, p̄ d. icere, aut rationē cause finalis, aut conditionē que requirit ad agendū. Distinctio patet in causa efficiētī. B. d. n. calefaciēdi in igne est calor: sed p̄ditio requisita est applicatio agētis ad passū. Est ergo prima propositio. Finis mouet secundum esse reale quod habet postquam est acquisitus, vt ly, secundum, dicitur rationem formalem finalizandū: vt hoc verbo explicemus modum peculiare concurrēdi finis. Probatur. Finis secundum Philosophum quod dicitur in re, l. fin esse quod dicitur in philosophum.

8. Diuisio cause, in p̄mam & secundam.

9. Diuisio cōsulens & disponēs.

10. Diuisio in p̄ncipale & instrumētale.

xi. Diuisio
xii. Diuisio

possitum
& priuatiua

ca finalis

Dubitatio

ca. 1. 2.

ex
sem 2.

intentione doctras con
vnt sentie diu. Tho.
at q̄ humanitas p̄
trumentum cōiunctū
bo derno.

umētū cōiunctum

mentū separatū ut
mentū

in e quom m̄ moueat secundū esse reale & reale quod dicitur in re, l. fin esse quod dicitur in philosophum
ione et in intellectu. Vnde et in q̄ moueat finē et intentionale et nullū passū finē esse reale cum nō dicitur sit, at p̄ hoc
causa presupponit ad suū effectū. q̄ si finis mouet sequit̄ quodlibet esse saltem q̄ moueat. S. finis nō ē q̄ mouet p̄ d. icere
id quod nō ē nō pot̄ cauere q̄ finis nō ē q̄ mouet. Difficultatis nota q̄ aliud ē cōsiderare finē finē esse formale & reale quod
quod ē finē cōditionē requisitā ad hoc q̄ producat istum effectū qui ē mouere, quodmodū n. esse reale ignis ē vniuers et dicitur
calor et esse reale medici & medicis peritū, artis medicinē cōditio aut requisitā ad hoc q̄ sanet ē applicatio pharmaceuticō, ita
finis finis ē finis dicitur aut requisitā ad hoc q̄ moueat & quod dicitur. Hoc supposito sit. l. 3. finis mouet finē esse reale
nō pot̄ q̄ adq̄uitū ita vt ly secundum dicitur rationē p̄malis finis. S. finis in quatuor finis ap. probat. S. dicitur rationē
et optimum ad dicitur q̄ mouet p̄ esse reale quod dicitur. Hic q̄ finis secundū esse reale quod dicitur mouet in quatuor

solis statuisset illuminare, quam ad presentiam al-
 terius cuiuscunq; rei: nec esset ratio cur potius ad
 presentiam ignis ordinasset calefacere, quā ad pre-
 sentiam aque: nec esset ratio cur potius ad presen-
 tiam cibi nutriretur animal, quam ad presentiam
 aeris subintrantis per respirationem. Et vero q̄s
 adeo sit stupidus qui nō palam videat naturam so-
 lis esse illuminare, non autem naturam ligni, et na-
 turam ignis esse calefacere, et naturam propriam
 animalium esse nutrire: quod non conuenit rebus
 alijs inanimatis: et naturam aque extinguere sitim
 et naturam melis alium generare saporem in gustu
 quam generat acetum. Et reuera qui hoc negat, si-
 ne causa dicat necesse est creatas esse naturas her-
 barum: alimentorumq; et aliarum penitus rerum
 tam variorum saporum et ceterarum virtutū. Quod
 si quis dicat hanc censeri esse naturam rerum, pro-
 pter solum pactū in earū creatione factum a Deo
 Arguitur sic. Aut pactum hoc intelligitur super a-
 ditum nature rerum, aut q̄ de intrinseca ratione
 et essentia solis esset illuminare, et ignis calefacere
 et c. Si primo modo, vt isti se exponunt, iam tūc cer-
 te negant illam esse naturam rerum: nam quod nō
 pertinet ad essentiam, non pertinet ad naturam: di-
 cere enim nemo potest naturam verborum conse-
 crationis esse transubstantiare panem in corpus:
 cum potius supernaturaliter ad hoc fuerint insti-
 tuta: ratione cuius institutionis sunt quidem cau-
 sa: sed tamen supernaturalis tanquam instrumen-
 tum dei. Et reuera quamuis deus in prima insti-
 tutione rerum statuisset ad presentiam lapidis homi-
 nem generare, nunquam esset hoc lapidi naturale.
 Si vero secundum dicatur, hoc illud est quod nos
 venari contendimus: nempe q̄ de intrinseca ratio-
 ne et essentia solis est esse luminosum: et animalis,
 nutrire se, et generare sibi simile et c. Quod si hoc
 est illis naturale, non potuit deus aliter res con-
 dere. At enim non potuit facere hominem qui non
 esset aīal rōnale, ita nō potuit facere aīam: que non
 esset causa sue nutritionis: et solem, qui suapte na-
 tura non esset causa luminis. Enimvero vt ait Au-
 gustinus ante mundi creationem quatuor et tria
 erant septem: nec deus potuisset aliud facere.
 Et parimodo nec deus potuit facere quin cause
 iste naturales suapte natura essent cause: propte-
 rea namq; dicuntur cause naturales. Ecce ergo ma-
 nifestam rationem conclusionis. Res ab intrinse-
 ca sua taxōe et natura sunt cause: et tales eas deus
 condidit qualiter sue conueniebat nature: ergo ad
 effectus istos particulares nō solus deus, sed cau-
 se iste particulares concurrunt. Quarto q̄ hoc
 sit etiam lumine naturali euentissimum confir-
 matur auctoritate Aristo. et omnium philosopho-
 rum assertū ista principia naturalia. scilicet ignis est
 calefactiuus, aqua est frige factiua, et alia id genus
 experientia esse per se nota. Quare indignus est
 hec negans, contra quem philosophus natura-
 lis disputet. Quinto quomodo dicere isti possunt
 q̄ homo non est qui loquitur, aut ambulat: cū hoc
 fiat per motum lingue et pedum. Et presertim in a-
 ctionibus liberis, quomodo homo meretur, si ipse
 non est qui studiose agit: aut quomodo peccat, si ip-
 se non est qui occidit hominem. Quin etiam, quo-
 modo concedendum est quod non homo, sed deus
 ad presentiam passionis prauae, elicit odii sui in ho-
 mine. Et preter auctoritatē Aristo. omniumq;
 philosophorū, quibus nihil notius vnquā fuit, q̄
 actio secundarū causarū, est etiā expressus locus sa-
 cer gene. i. vbi habet Berminet terra herbā viren-

tē et facientē semen, et lignū pomiferū faciēs fru-
 ctū iuxta gen. suum cuius semē in semetipso sit
 super terram. Ecce nō deus solū, sed terra produ-
 xit lignū qd̄ in semetipso habet semē ad procrean-
 dā speciem. Et rursus hominib; dictū est Crescite
 et multiplicamini: ne per propria actionē. Et qd̄
 enim necessarius esset cōcurus vtriusq; sexus, de-
 cisioq; seminis, et tam multe eius trāsmutationes,
 nisi cause secunde aliquid agerent? Et a. de trini-
 tate. Sic deus res quas condidit administrat, vt
 eas suos motus agere sinat. Fuerim in re manife-
 sta aliquāto prolixior, vt admonerē non esse cuius-
 uis assertū inter opinioniones cōtinuo referēdū. Quod
 autem solū causa secūda cōcurrat sine deo, impri-
 mis esset erroneū id asserere et cōtra prouideriam
 dei, qua immediate oibus prouidet, vt Gregorius
 adnotauit super illud Job. 34. Quē constituit aliū
 super terrā: aut quē posuit super orbē quē fabrica-
 tus est. Et cōtra illud Ioan. 5. pater meus vsq; nō
 operatur: et ego operor. Est tñ ratio optima natu-
 ralis. Res nrales per formas easdē operantur, per
 quas habent esse: nam esse est propter operari, et
 eo modo quo res a deo dependēt in esse, dependen-
 dent in operari: sed in esse dependēt a deo con-
 seruante eas per suam presentiam: ergo eodē mo-
 do concurrat cum illis ad operandum per presen-
 tiam. Et cōfir. Rem fieri, est esse acquirere: sed
 res dum sunt conseruantur a deo presente ipsis
 rebus: ergo dum fiunt per se etiam deus attingit
 earum productionem. Hac enim vna ratione San-
 thom. i. part. q. 8. artic. 1. et theologi recte sen-
 tiētes probant deum esse presentem omnibus re-
 bus per essentiam: nempe quia immediate attingit
 effectum. Nam alias, si solum moueret primum an-
 gelū, et angelū moueret orbē, et orbis hec inferiora,
 nullū esset argū q̄ deus esset hic presens. Id ergo
 solus deus mouet hec inferiora per imperiū, si-
 cut rex vno loco existēs per imperiū mouet totum
 regnū: sed immediate attingit, sicut calor ignis at-
 tingit stuppā. Et cōfir. matur hec ratio: quia nisi
 deus immediate concurreret cū causis secundis,
 sequeretur q̄ non posset eas prohibere a suis moti-
 bus, nisi obiciendo contrarijs cōtraria. scilicet non pos-
 set ignē impedire ne calefaceret, nisi contra ponē-
 do aquam vel aliam causam frigiditatis. Nam si
 deus non concurreret in quacunq; actione, tunc
 suspendendo concursum non impediret actionem
 cause particularis. Hoc tamen derogat eius omni-
 potentie. Immo solum suspendendo concursum ge-
 neralem ad motum fecit solē sistere 3. et ignē
 nō agere in fornace. Est ergo conclusio principalis
 vera, q̄ deus cū causis tam vniuersalibus q̄ parti-
 cularibus concurrat simul ad eundē effectū. Et
 de ad minorem primū principalis argumenti con-
 ceditur deū esse cuiuscūq; motus causam, que om-
 nibus assistit per suam presentiam et omnipotentiam:
 negatur tñ cōsequētia qua inde inferit, causam secū-
 dā nihil agere. Dispositio em̄ qua deus oīa suauiter
 disposuit est q̄ res conditas suis naturalibus
 virtutibus cōcessit agere: et ita dictū est deū nō po-
 tuisse creare rerū naturas quātū ad essentialia ali-
 ter q̄ fecit: potuit namq; non creare ignem, nec so-
 lem: sed q̄ creatus sol nō esset luminosus, et ignis
 non esset calidus, non potuit fieri. Unde si non si-
 neret res agere, impediret virtutes naturales vt
 fecit in miraculis iam modo citatis. Unde ad
 argumentum Gabrielis. deus est causa sufficien-
 tissima: ergo creatura non agit, distinguitur an-
 tecedens. Quod enim deus sit causa sufficien-
 tissima

August. 2. de tri-
Durandum.

Deus vbiq;
concurrit.
106. 34
Ioannes. 5.
Ratio optima.

Ad. i. pncipi-
deus est causa
nibus assistit per
negatur tñ cōsequētia
dā nihil agere.
dispositio em̄ qua
virtutibus cōcessit
tuisse creare rerū
ter q̄ fecit: potuit
lem: sed q̄ creatus
non esset calidus,
non potuit fieri.

Ad. i. illud qual dicit
solum posse ducere
dicitur ad hunc
pot. q̄ ducere ignē
et hoc accidit qd̄
et igne ad ducendū

imo in hoc omnipot. ubi splendet, q̄ tribuat
virtutum et cōmunicat reb; natib; cum perse
sit sufficiens

betu quid deo est...
...stans lege nati q modo concavit concitatu vti sol

modi agendi non est sufficiens...
...tione causaz secundarj

Super secundum physicorum.

belligis q illud in...
...no coarctat cu causa...
...ludame et causa par...
...no aut totali...
...libam et causa...
...gms simul...
...totalis

tissima in habitu id est que si vellet ipsa sola face-
re quod facit cum causis secundis, id quidem con-
ceditur. Quod autem ille concursus, quo concur-
rit cum causa secunda, sufficeret facere quod facit
cum causa secunda, id negatur. Et ideo non est in-
peruacaneus concursus cause secunde. ¶ Et quo
sequitur dictum illud Petri de aliaco in principio
sentent. s. q plus facit Deus quando concurrat
cum igne ad producendum ignem: quam si se solo
produceret ignem, propterea q quando cum igne
concurrat non solum est causa effectus ignis, sed
est causa q ignis calefaciat, certe, bona venia dixe-
rim, non esse verum: licet sit a Gabriele et alijs tam
celebratum. Nam quando se solo facit, supplet con-
cursum cause secunde: et ideo specialiori modo con-
currit: id maxime si rem ex nihilo producat. In hac
enim salebra isti herent, quod putant concursum
cause secunde non esse illi naturalem. Si enim hoc
inspicerent, viderent minus esse Deum agere cum
causis secundis, quam supplere vicem earum: pri-
mum enim est natura, et secundum est miraculum.
Ubi autem talis virtus non est naturalis cause se-
cunde fateor quod minus forte miraculum est deū
facere. v. g. q verba sacramentalia actiue instrumē-
taliter concurrant ad consecrationem panis, quā
si absq aliquo instrumēto creato id faceret. ¶ Sed
restat argumentum ubi plus est difficultatis. Si
Deus verbis celestibus et ignis simul concurrat
ad calefactionem, aut concurrunt eque immedia-
te, sicut duo impellentes columnam quam volunt
prostrernere: aut ignis cōcurrit immediate: et deus
mediate, sicut ferra in immediate ferrat et artifex me-
diate per ferram: itaqz iste creature sunt sicut in-
strumenta Dei. Hoc secundum dici nō potest: quon-
iam si Deus solum moueret ignem ad comburen-
dum stuppam, non immediate attingendo formam
que inducitur in materiam stuppe non esset per
essentiam presens omnibus rebus: quod, vt modo
dicebamus, falsum est. Si autem immediate con-
currat primo modo, tunc non videtur quid agat i-
gnis. ¶ Et confir. Deus cōseruat ista inferiora me-
diantibus causis secundis vt. 1. p. q. 104. art. 2. pro-
bat. S. Th. ¶ Creauit enim illas immediate sine cau-
sis secundis: sed cōseruat eas mediantibus causis
secundis: ergo causa particularis immediatius at-
tingit effectum quam Deus. ¶ Sed ex alia parte,
videtur q etiam Deus immediatius attingat. Nam
prius natura Deus videtur concurrere, quā ignis
siquidem Deus est causa mouens ignem quam eō-
uerso. Difficile ergo est explicare quomodo Deus
et relique omnes cause concurrant eque immedia-
te. ¶ Hic consueuerunt quidam distinctionem face-
re quam ex. Sant. Thom. tertio. contra gent. ca-
pitul. 70. sibi videtur dicerere. Nempe quod dupli-
citer aliqua causa dicitur immediata. Vno mo-
do immediate virtutis: et alio modo immedia-
tione suppositi. Illa causa est immediaata immedia-
tione virtutis, que agit per propriam virtutem
et illa dicitur hoc modo mediata, que agit per vir-
tutem quam recepit ab alio. Sed illa causa est im-
mediata immediaatione suppositi, que attingit effe-
ctum per hoc quod mouetur ab alio: et illa est hoc
modo mediata, que mouet aliud suppositum, vt in
sectione ligni artifex est causa immediaata immedia-
tione virtutis: et ferra mediata, sed immedia-
tione suppositi contrario modo ferra est causa im-
mediata: et artifex mediata. Hoc modo dicunt deū
concurrere immediatū immediaatione virtutis: et
ita solent homines dicere se aliquid facere mediā-
te Deo: quia agunt per virtutem quam recipiunt

a Deo. Sed immediaatione suppositi cause parti-
culares immediaatione attingunt: nam mediātibus
illis. s. per virtutes quas eis communicat conser-
uat hec inferiora. Hec propterea displicet ista distin-
ctio (quanuis non sit formaliter. S. Th. home) dum-
modo non intelligatur esse integram similitudinem.
Nam primum res naturales agunt per virtutem
sibi propriam competentem sue essentie: licet ha-
beant illam a deo, sicut ab illo habent naturam. Et
preterea Deus nō est vt artifex, qui non tangit li-
gnum: nam per essentiam, vt dictum est, est presens
effectui qui producit. ¶ Unde non est necessariū
nos constringi his angustijs: sed satis est dicere q
singule cause concurrunt in suo genere immedia-
te: et quelibet est in suo ordine talis: puta ignis tan-
quam causa vniuersa et particularis, et orbis cele-
stes, tanquam cause vniuersales a quibus particu-
lares pendent: et Deus tanquam causa omnium pri-
ma. Quam ob causam. Sant. Thom. loco citato ait
quod principalis effectus dependet a prima cau-
sa: et quanto causa est superior: tanto principalis
dependet ab illa. Hec ille. Sed tamen est confide-
randum quod cum cause vniuersales indifferenter
se habeant ad omnes effectus, causa particularis
determinat omnes causas vniuersales, quasi mate-
rialiter, ad productionem huius effectus. Et ideo
quantum ad emanationem, effectus immediatus
procedit a causa particulari: eo q producitur simi-
lis, non causis vniuersalibus, sed particularibus.
¶ Sed aliud posset fieri argumentum. Deus prius
natura agit quam cause secunde: ergo quando cau-
se secunde agunt iam est productus effectus. Res-
ponderetur quod prioritas hec nature non est pilo-
ritas instantis, in quo verum sit dicere: Deus agit
quando creature non agunt. Non enim prius isto
modo Deus agit quā creatura sed omnino simul.
Quod autem prius natura Deus agat, nihil aliud
est, quam q Deus moueat creaturas ad agendū:
non tamen prius mouet, quam causa particularis
determinet in genere cause materialis causas vni-
uersales ad agendum. Et hoc est memorie commē-
dandum. Sed tūc est prioritas causalitatis et cleuatio

ko

soluio ne Aluery
lucina heda scoti esse
igima et ex eig ignita
dilatima in pna et m
gia stqin h gmetr de claud
in ligia nra fclio. 74

68 Immedia-
te duplicif.

et non ex virtute ali
mutuata.

ando inter effectiua
nulleme
ofitum medium.

diatio virtutis conur
penes ascensum as
ndo. s. a causis inferiori
ad superiores.
ondo ag

diatio suppositi attendit penes descensum, et quanto agens est inferior tantest immediaatij immediaatione suppositi, et quanto

inter deum et agens niale ~ qd e agens niale quamuis agit p propria virtute est distincti a virtute quam habet ad pndm et

Nulla instans
est simile sua esse
clui.

loc.

moxi. not.

Si Aquas de
pzig na ad

qua causa

g. in illo priu

dog post d duc

re effectiua

causis secundis

neg. ed

quidam et

prioritas

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

prioritas in pna

¶ Secunda conclusio. Forma

substantialis est principij formale principale quo
agens agit: et forma accidentalis est principium.
quo minus principale quodammodo instrumenta-
le. Probatur primo auctoritate Aristot. supra cita-
ta. 3. huius. tex. 17. vbi ait q species, s. forma princi-
pium est et causa motus. Et cōfirmatur ratione. ¶
¶ Quod agens agit in quantum est actu: sed per for-
mam res est in actu: ergo per eam operatur. Ex-
ponitur maior. ¶ Ad quod est possibile, vt antichrist⁹
per hoc solum quod possit, esse, nihil agit realiter.
Hec id quod potest esse calidum, calefaciēt nisi ac-
tu sit calidum. Et per consequens ignis non pro-
ducit ignem, nisi per id quod est actu ignis: neque
equus producit equum, nisi per id quod est actu e-
quus: sed ignis est ignis, et equus est equ⁹, per for-
mas ergo: illa sunt principia agendi. ¶ Preterea
Intētio agentis est assimilare sibi passum: sed pas-
sum non assimilatur agenti, nisi in forma et specie:
ergo forma est principium agendi. ¶ Et postremo
id cōfir. quia materia nullius est actiuitatis: restat
ergo vt actio sit a forma. ¶ Secunda pars conclu-
sionis probatur. Que madmodū forma ignis est id
quo ignis est ignis, ita calor est id quo ignis est ca-
lidus: sed eo principio quo aliquid est actu tale fa-
cit sibi simile, ergo sicut per formam facit ignem,
per calorem facit calidum. Et confirmatur: quia
quicquid

2. Conclu.

to di. Ho.

conseq

fuit pna

et form.

accidentalis. Nam quantitas accidentis quanti-
tatem consequitur forme substantialis: saltem exi-
stētis in sua naturali dispositione. Itaq; ignis bipe-
dalis eadē proportione dupla qua plus habet mul-
titudinis et caloris et forme substantialis, quā ignis
pedalis, potest maiorem effectum producere. Con-
clusio hec sequitur ex superiorib; hac ratione. **To-
ta virtus agentis est forma: ergo secundum eius
quantitatem erit et actionis quantitas. Ex quo se-
quitur qd vbi esset forma infinita, esset actiuitas in-
finita: et vbi finita, finita. Sed tamē contra hoc est
argumentum. Non augetur, aut diminuitur actio,
nisi secundū proportionem qua augetur, aut dimi-
nuitur causa totalis: sed cause particulares nō sunt
cause totales, cum simul requiratur concursus
causarum vniuersalium: ergo ignis bipedalis non
erit in duplo maioris actiuitatis quam pedalis:
quippe cum cause vniuersales non mutantur, sed
eadem concurrant cum igne pedali, que concu-
runt cum igne bipedali. Responso est manifesta
ex his que paulo ante dicebamus. Cause enim v-
niuersales non agunt: nisi ex determinatione causa-
rum particulariū. Et ideo in illa proportione qua
causa particularis est maior, plus cōcurrunt De-
et cause vniuersales cum tali causa.**

¶ Quia propter quāvis causa particularis non sit
totalis, illa tamen aucta, aut diminuta, in eadem
proportione augentur, aut diminuitur concursus
causarum vniuersalium. ¶ At tamen circa solutio-
nem quinti argumenti, quod nonnullos in errorem
adducit, notandum est quod multitudo forme attē-
ditur penes multitudinem materie. Ita vt in eadē

proportione in qua plus est de materia, plus est de
forma. Ratio huius est, quia materia, vt lib. i. dictū
est, nihil aliud est quam potentia forme, et forma ni-
hil aliud quam actus materie. ¶ Secundo notandū
est, qd multitudo materie cognoscitur per extensio-
nem et intensiōnem vbi est equalis densitas, aut pe-
nes densitatem, vbi est equalis extensio et intensio.
¶ Exempli gratia. Flamma ignis bipedalis in duplo
plus habet multitudinis forme, quam flamma ignis
pedalis. vbi vtraq; esset flamma stuppe eque ra-
re: vbi vero flamma pedalis est densior, puta quādo
fumus ligni viridis inflammatur, non opus est
duplam materiam esse in igne bipedali: atq; adeo
peq; duplam formā. Imo potest esse plus materie
et forme in igne minori. In rebus calidis vbi non
est formaliter ignis, sed calor, res patet euidentius.
¶ Plus multitudinis caloris est in pruna pedali
quercu, quam in pruna pini: quia quercus lignum
est densius: vbi sint equales quantitates et inten-
siones. Et multo plus erit in ferro equali. ¶ Tertio
notandum est, vt. 6. huius lib. i. de gene. per am-
plius constabit, quod est insignis fallacia dignosce-
re multitudinem forme penes intensiōnem. Enim
vero neq; in ferro neq; in alia re, que non sit forma-
liter ignis, potest esse tam intensus calor quam in
flamma rarissimi ignis: nam cum calor sit disposi-
tio naturalis ignis, esse nequit sumus calor, nisi v-
bi est forma ignis: in ferro vero, vbi non est ignis,
non potest esse calor tam intensus: sicut in flamma
ignis. Hinc sequitur qd equalis multitudo caloris
in materia eque extensa, intensior erit vbi materia
fuerit rarior. Et hinc fit qd licet in substantia ferri nō
sit formaliter ignis, quia nō est calor intensus ver-
bi gratia nisi vt. 6. applicata tamen stuppa inflāma
bitur: quia cum illa multitudo caloris ferri produ-
catur in stuppa, magis intenditur: et ideo fit ignis.
¶ Demus exēpli gratia intensiōnem fieri per additio-
nem gradus ad gradū: dico qd in pedali ferro cali-

do vt quatuor, multo plus caloris est quā in flāma
ignis pedalis: licet nō sit tam intensus calor: quo-
niam illi gradus inferro non vniuntur secundum in-
tensiōnem: sed condensantur, vt sic dicamus in den-
siori materia. Unde si ferrum illud posset rare fieri
ad tantam raritatem quanta est flāma ignis, fieret
quidem in cētuplo. v. g. extensius quam modo est,
et tūc in nulla eius parte tantū calefaceret: sicut flā-
ma ignis. ¶ Et per hec patet responso ad formam
quinti argumenti. Negatur qd in ferro calidissimo
sit minus multitudinis caloris quā in flamma stup-
pe: licet in flamma stuppe sit intensior, negaturq;
vbiq; calor est intensior, esse plus multitudinis
forme, nisi cetera sint paria in raritate. Imo dicitur
quod in ferro pedali est multo plus multitu-
dinis caloris: ob idq; vehementius calefacit. ¶ Sed
est adhuc replica. Sit. v. g. pinus calidā que in eadē
proportione sit extensior in qua ferrum est de-
sius: ita vt sit equale de multitudine materie et for-
me caloris in vtraq;. Tunc arguitur sic. In toto il-
lo ligno tātū est de multitudine forme caloris quā
tūm in minori ferro: et tamen vehementius cale-
facit ferrum quam lignum illud, cuiusq; eius
parti fiat applicatio, vt experientia constat: ergo
non attēditur actiuitas per multitudinem forme.
¶ Responderetur qd in tali casu vehementius calefa-
ciet totum ferrum: non quidem propterea qd ha-
bet plus de multitudine forme: sed quia virtus v-
niuersalis est seipsa dispersa: quia dum tota multi-
tudo forme que extēditur per. 10. pedes cōden-
sat ad pedalitatem, vehementius agit. At vero hec ad
genem examinari nequeūt quoad usq; lib. i. de ge-
ne. explicemus naturam intensiōnis. ¶ Hinc sequit-
ur quā sunt sine apparetia sophismata, que hic in-
digne anōnullis multiplicātur. v. g. si esset aliquod
pedale vniiformiter calidum vt quatuor: voluit p-
bare qd illud posset fieri infinite calidum sine addi-
tione noui caloris, vt si diuiso per partes propor-
tionales, calor prime partis per rarefactionem ex-
tendatur per totum: et itidem calor secunde par-
tis per rarefactionem extendatur per totum: et
ita calor cuiusq; partis. Hoc em̄ mō putant resul-
tare calorem infinite intensum: quia cuiusq; parti ad-
duntur infiniti calores eiusdem intensiōnis. Nulla
est tamen in argumēto apparetia. ¶ Primo quia
multitudo forme quomōcūq; condenset, aut rare-
fiat semper est eadem et ideo actiuitas nunquā va-
riabitur. Et preterea calor non pōt de se rarefieri
nisi ponat in subiecto rariore. Si autem subiectum
efficiatur rariore: sicut rarefiunt ille partes debe-
ret subiectū extendi in infinitū et esset infinite rari-
tū. Quod implicat cōtradictionē. Et preterea: li-
cet admitteret illa sua imaginatio, deueniendū est
ad tantā raritatem caloris, qua non posset esse maior
et tunc nō posset calor minoris partis extendi per
totum. ¶ Hec aliq; id genus sophismata multipli-
cantur hac tempestate: quibus et tempora discipu-
lorum et ingenia perdantur. ¶ Sed et subieciūt hoc
loco questionem, an potentia tam actiua quam pas-
sua terminetur per maximum quod sic, aut mini-
mū quod non: vbi alia sophismatū genera indigna
profecto, nō solū Philosophie, sed et summularum
etiam volumine. Quō circa nō rem adeo existima-
mus necessariā, vt peculiaris de hoc sit questio: sed
lib. 6. vbi Aristo. in eōtionē facit de proportione mo-
tuum, quod fuerit necessarium, dicemus. ¶ Sequi-
tur in textu caput quartum cum quinto et sexto.
vsq; ad textum. 67.

Ad. 5. prin. vbi. 5. huius multitudinis est, nihil aliud est quam potentia forme, et forma nihil aliud quam actus materie. ¶ Secundo notandū est, qd multitudo materie cognoscitur per extensio-

¶ Sed et subieciūt hoc loco questionem, an potentia tam actiua quam passua terminetur per maximum quod sic, aut minimum quod non: vbi alia sophismatū genera indigna profecto, nō solū Philosophie, sed et summularum etiam volumine. Quō circa nō rem adeo existimamus necessariā, vt peculiaris de hoc sit questio: sed lib. 6. vbi Aristo. in eōtionē facit de proportione motuum, quod fuerit necessarium, dicemus. ¶ Sequitur in textu caput quartum cum quinto et sexto. vsq; ad textum. 67.

¶ In

Superterdum Physicorum.

In capite. iij. textu. xxxix. Dicuntur.
autem fortuna & casus &c.

Quæstio quinta.

VTRVM FORTVNA ET
casus & perinde fatū in numero sint caularū.



Duersus partem affir

matiuam arguitur primo. Nulla est fortuna ergo supponit falsum. Dñs patet nō solū auctoritate August. q̄ in principio statim retractationū acusat se q̄ aduers⁹ academicos sepe fuerit vsus nomine fortune. verū. & gentiles ipsi lumine naturali negabāt fortunā. vnde Satyrice ille satyza. 10. Pul lum numen abest si sit prudentia: sed te nos facimus fortuna deam. celoq; locamus. ¶ Secundo arguitur. Esto esset fortuna, de illa tamen nulla potest esse scientia: nam vt patet hic apud Philosophum tex. 52. fortuna est causa per accidens: scientia vero vt. 1. post. text. 19. & infra habet non est nisi de his que sunt per se. ¶ Et cōfir. Fortuna, vt patet in tex. 53. est occulta & immanifesta: ergo de illa nulla est definitio: nam definitio est que rei naturam manifestat: cuius tamen non est definitio nec esse potest scientia. ¶ Tertio principaliter arguitur, qz videtur Arist. contraria dicere de fortuna, dñm inquit fortunam esse causam per accidens: nempe effectus illius qui est preter intentionem agentis: & tamen text. 58. & 61. dicit q̄ solum contingit fortuna in his que agunt a proposito per intellectum. ¶ Et confirm. 2. Partitur Phi. in text. 48. ea que sunt, in trianam alia (inquit) & sunt semper, alia frequenter: in quibus fortuna non contingit: alia vero sunt que in minori parte. i. raro contingit: et in his tantum est fortuna, hec autem diuisio est insufficientis, vt ait Quicena que citat illic & cōmentatorum alia sunt equal iter cōtingentia ad vtrum licet: vt hominem sedere & non sedere: tacere & loqui &c. que etiam videntur esse a fortuna: cum cause naturales ad huiusmodi effectus de se sint indifferetes et indeterminate: ergo diminutus fuit Aristote. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si fortuna esset numero caularum ascribenda, ea maxime reduceretur ad genus cause efficientis: vt Aristot. ipse docet text. 65. sed hoc est falsum: ergo probatur minor. Materia est de se causa indeterminata, quia de se ad nullam speciem determinatur: nisi per formam: vt. 3. huius tex. 65. videbimus: sed fortuna & casus sunt cause indeterminate & indefinite, vt habetur hic text. 53. ergo fortuna potius reducitur ad genus cause materialis. ¶ Et confirmatur. Effectus fortuitus est ille qui accidit effectui intento ab agente, vt patet in textu. 51. vt si aliquis vadat ad forum gratia salutandam amicum, et intentionem inueniat debitorem, aquo recuperat pecunias: sed huius fortuiti effectus prima causa fuit finis intentus propter quem ille iuit ad forum: ergo finis ipse potius est fortuna, quam causa efficiens, puta q̄ homo vadens ad forum. ¶ Quinto principaliter arguitur. Fatum nullatenus est asserendum: ergo secunda pars questionis presupponit falsum. Probatur antecedens: primo auctoritate Grego. in hom. epiphanie dicentis. Abst a fidelium cordibus, vt fatum aliquid esse dicat. Et preterea ratione. Fatum idem prorsus est q̄ fortuna. i. causa preter intentionem agens, aut est aliqua certa causa agens prouidenter ex intentione. Nō primum quia, vt. 5.

de ciui. del. cap. 9. ait August. fatum dicitur a fatendo. vt fatum sit id quod est predictum ab aliqua prudentia. Si autem detur secundum, tunc causa illa que dicitur fatum non potest esse, nisi Deus qui ab eterno preordinauit ea que in reb⁹ futura sunt: Deh autem appellare fatū inconueniens est: quid quid agit sicut est appellare fortunā: nam deus libere agit fatum autem censebāt Philosophi esse causam necessariā, puta syderū constitutionem vt ait illic August. & astrologi iudicarij docent. ¶ In contrarium vero. s. q̄ fortuna & casus sint. patet ex tex. presenti. 39. et. 42. vbi ait multa fieri a fortuna & text. 52. vbi definit fortunam.

Materia hæc casus & fortuna

ne visa nobis est aptior, que in cōmentis tractaretur, quā in questionibus: & ideo plura illic diximus quā hic sumus dicturi. Quatuor sunt termini qui quandā inter se, videtur habere similitudinem. i. fatum, fortuna, casus, & occasio: que quodā modo attingere vident ad rationē cause: ob idq; licet hic Aristotolum de fortuna & casu loquar, de his omnib⁹ opere reprecū est dicere: nempe de fortuna & casu in. i. l. art. & in secūdo de fato. ¶ Fortuna a forte dicitur: forte autem id sit: quod est preter intentionem. Quo fit vt fortuna, & per se causa, e regione, opponatur. Est enim causa per se illa que ex intentione operatur: atq; adeo inde sequitur, vt effectus idem qui respectu superioris cause est per se, respectu inferioris, que a superiori dirigitur, sit per accidens. Vulgatum exemplum est qd. S. Tho. 1. p. q. 116. arti. 1. ponit. vt si dñs duos seruos eodem mittat, seorsum vtrunq; intentione vt sibi sint iniuicem obujs: quam tamen intentionem illis non reuelat, sed diuersa illis dat negocia. Tunc q̄ sibi ipsi concurrant, respectu eorū est fortuitus effectus: quia est preter intentionem et intentionem eorum: at respectu domini nō est fortuitus: sed per se intentus. Exemplum hoc materiam hæc illustrat, & secundū philosophos naturales & secundū Christianos. Philosophi enim Aristot. precedentes fuerunt in triplici opinione vt hic meminit Arist. text. 40. Prima opinio fuit eorum qui omnino negabāt fortunā: ea ducti ratione vt tex. 53. adnotauit, q̄ cū effectus fortuitus (quia est per accidens) non habeat certā et determinatā causam, fortuna est causa hominibus occulta. Et preterea, quia vt tex. 58. dixit causa que per se non operatur, nō est simpliciter causa. ¶ Hos repellit Philosophus ex cōmuni omnium consensu vno ore dicentis multa fieri a fortuna & casu. ¶ Secūda opinio fuit in alio extremo que refertur tex. 44. Democriti dicentis in motibus celorum fuisse fortunā & ratione materie, quia. s. illuc forte concurrerunt orbiculares atomi qui fuerūt causa motus circularis celorum. Quomā vt. q. 3. dicebamus: quia Democritus negabat causam finalem, & per cōsequens efficientē, omnia dicebat facta esse a casu. ¶ Hos tamen tanquam omnium neptissimos reprobat ibidem Arist. vt in cōmē. latius dictum est: quia cū experientia constet in his inferioribus res naturales non fieri a fortuna (quia ex oliua non nascitur, nisi oliua) a fortiori dicendum est motus illos, qui multo sunt diuiniore, atq; adeo istorum cause, contingere ex necessitate nature. Et preterea quia experientia docet in effectibus naturalibus aliqua contingere mōstra, illos autem in regulatissimos motus nunquam competum esse dicere. ¶ Tertia opinio recitatur text. 47. s. q̄ fortuna est quedā prima causa omnium fortuitorum effectus: sicut deus est prima cause omnium effectuum per se. Unde ait

Fortuna

causa per se

f

Phi. de fortuna

opinio

opinio

atq; adeo inde

loq; motus

motus

opinio

opinio

ad h. Ar. et sequētes notanda sunt nonnulla de fortuna et de fortuna notā q̄ dñs a forte qz qz forte Al. si qui
 & cōtinēt aliam a fortuna pvenire dñs et sit fortuna accidit autē cōtra causam esse et contra causam q̄ sit ex intentione qz
 atq; quandoq; e intentio nō sit casualis nec a fortuna, qz debet esse pter intentionem vñ. Sequit. q̄ Aliquis effectus respectu dñi
 nō pot esse dñi in q̄ respectu vniq; cause sit effectus p se, et videret alteriq; sit effectus per accidens v. & si alius sit
 fatum ab hęc, et respicit seruos illa obvia hō q̄ accidit qz nō mōstrant illiq; cōmunitis nō qz hō mōstrata fieri ex qm
 adm aut dñs mōstrat q̄ venit a causa et fortuna eo quod ordinatissimo eiq; dispositione nihil pot latere au subterfuge, unde
 videtur. hō. 2. de casu vñ nō hō. c. 23 in mō. fō. 54. vide ordinem qz hō.

et qui eam colebant tanquam deam vt August. ait. 4. de ciui. dei capi. 18. Inde vt arbitro mouebantur, q non poterant intelligere quomodo effectus fortuiti sequantur ex concursu causarum per se: vnde cum omnium effectuum signanda sit aliqua causa, cogebatur dicere fortunam esse aliam causam realiter distinctam a causis per se. ¶ Opinio autem Arist. consistit in hoc q fortuna & casus sunt cause efficientes, distincte a causis per se, non quidem realiter, sed sola ratione.

¶ Diffinit ergo fortunam Phi.

ter. 52. hoc modo. Fortuna est causa efficiens, per accidens, in his que secundum propositum sunt propter finem, raroq; contingunt. Ad cuius intelligentiam (licet in commento vt cunq; sit exposita) animaduertendum est q; diuisio cause in per se & per accidens est analogica: causa enim simpliciter solum dicitur de causa per se intendente finem sicuti equus est causa equi: statuarius, causa statue: & mercator per negotiationem, causa diuitiarum: & homo per virtutem, causa felicitatis. Causa vero per accidens est solum causa secundum quid: quippe que non habet, aut propriam formam naturalem, aut proprium propositum ad illum effectum. ¶ At vero causa per accidens, vt q. 3. dicebamus, vno modo accipitur pro ea forma que accidentaliter coniungitur cum causa per se: sicut musicus est causa statue. Et hec non est fortuna. Alio modo vt coniungitur cum effectu per se: hoc dupliciter. Vno modo remouendo prohibens, aut resistendo corrupti, vt amouens columnam sustentem tectum, est causa ruine tecti: & talis est causa preservationis carniu. Et neq; istomodo causa per accidens est fortuna: quia hec agunt ex intentione. ¶ Tertio modo dicitur causa per accidens: quia attingit positum, non quidem ad effectum cuius est causa per accidens: sed ad aliquam dispositionem: sicut furor tyranorum erat causa patientie martyrii. Et hec causa in moralibus dicitur occasio: sicut in naturalibus per antiparitaliam calor solis in estate est causa per accidens frigiditatis aque in puteo: na vnum contrarium non est directe causa alterius, sed per accidens: vt frigiditas fugiens calorem intendit se. Et hoc modo patientia martyrii, que necessaria erat in persecutione tyranorum, efficiebatur fortior. ¶ Quarto modo causa dicitur per accidens: quia attingit effectum quem non intendebat: vt fodiens sepulchrum est causa thesauri. Et hec est fortuna vel casus. Quare causa per se & fortuna sola ratione differunt respectu diuersorum effectuum vt in commento. 50. adnotauimus. ¶ Hinc ellicit Arist. tex. 1. 51. q tam fortuna, q casus contingunt in his que agunt propter finem. Non q casus fortuitus sit intentus tanquam finis: sed q sit per accidens adiunctus cause intendentalium finem, vt inuentio thesauri adiungitur fossioni terre qua intenditur sepeliri mortuum. Dupliciter autem exposuimus illic quomodo semper casus fortuitus contingat in his que sunt propter finem, vno modo q talis actio, aut fiat, aut apta sit fieri propter finem vt si quis indeliberate & occiose fricans barbaram erueret sibi oculum, ille est casus, licet illa actio nullum habuerit finem: quia nata est habere finem. Secundo modo melius, q talis effectus fortuitus, licet tunc actu non fiat propter finem, sit tamen aptus fieri propter finem. Quod itidem super tex. 63. adnotauimus. Et cum moueri a fine sit proprium cause efficientis, tam fortuna quam casus rednetur ad genus cause efficientis, vt habetur textus.

63. ¶ Secundo notandum ex Philosopho. text. 48. quod cum effectuum alii contingunt semper, alii frequenter, alii vero raro (que membra illic abunde exposuimus) fortuna, non est, nisi eorum que in minori parte et raro contingunt. Si enim quis nauigans in hieme, pereat, certe non potest dici casus: quia talibus navigationibus frequenter contingit naufragium. Et qui delectationis causa fornicatur, non a casu peccat, quia peccatum semper adiungitur tali actioni. ¶ Tertio notandum est vt superius tex. 49. diximus, q agere propter finem contingit dupliciter: vno modo a proposito, scilicet cognitione & electione particularis agentis, vt est in actionibus liberis: alie vero sunt que agunt ex necessitate nature, non quidem q ipsa se moueant ad finem, sed q moueantur a datore nature: sicut cum ignis generat ignem: hirudo facit nidum: formica congregat grana. &c. Et in hoc differunt fortuna & casus, vt egregie manifestat Ph. textum. 58. & infra. ¶ Sunt ergo in diffinitione fortune particule quinque. Prima ponitur loco generis, scilicet causa efficiens. Secunda particula est, per accidens, ad differentiam cause per se: que sola ratione differt a fortuna. Tertia in his, que agunt propter finem, ad explicandum q cum quis indeliberate fricat barbaram, illa fricatio non est a fortuna, licet non sit intentus: quia illic non sunt duo effectus: sed vnus solus qui fit temere. Quarta in his que raro & in minori parte contingunt, ad differentiam eorum, que semper, aut frequenter accidunt. Et in his omnibus quatuor particulis conueniunt casus & fortuna. Quinta particula est, secundum propositum, et in hoc differt fortuna a casu generaliter dicto, vt expositum est. Quia propter hac sola particula dempta, residuum erit diffinitio casus. Ex quo sequitur quod causa per accidens superius est ad casum & fortunam: nam musicus est causa per accidens statue: & non est fortuna nec casus. Casus vero superius se habet ad fortunam: vt habetur in tex. 57. ¶ In summa, casus & fortuna est concursus duarum per se causarum a neutra earum intentus. Exempli gratia. Quis ex intentione recreandi animum in foru existit: tegula tunc appetitu naturali ex grauitate cecidit quando homo erat subtus: causa illius percussiois fuerunt due cause per se intendentes alios fines, quarum vtraq; est per accidens respectu illius: quia neutra illarum intendebat illam percussioem. Item quis intendens thesaurum serbare defodit subtus terram: quem forte subito mortuus illic reliquit: alius intendens plantare vineam defodit terram & inuenit thesaurum. Et tunc in modum est casus & fortuna. Atqui hoc modo intelligere oportet, qd omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se: nempe q si hic effectus est per accidens, est quia fit preter intentionem alicuius cause: & per consequens illa intendebat alium effectum respectu cuius est causa per se. Ex quo sequitur q differentie fortune, nempe cum dicitur bona vel mala: parua vel magna, non sumuntur, nisi ex parte effectus, vt super tex. 56. adnotauimus.

¶ Per haec manifesta fiunt vni

uersa que & philosophi & poete de fortuna predicauerunt. Primo namq; dicitur fortuna causa occulta & immanifesta in quo app: obatur quodammodo tertia opinio supra recitata. Cum enim fortuna non sit causa q ex intentione faciat certum effectum, non equidem possumus per effectum venire in cognitionem cause: id quod super textum. 53. exposuimus. ¶ Secundo fortuna non operatur secundum rationem

2^m loc^m.

3^m loc^m.

Agere propter finem.

Particulae diffinitio

¶ Nota.

Effectus per accidens reductur ad causam per se

Qualitates fortune

Occulta.

ca
est p
ca
ca

Diffinitio fortune.

ca
p
ca

ca
ca
ca

Occasio.

ca
ca

ca
ca

ca
ca

ca
ca

Super secundum Physicorum.

In sana. ec.

nam: ex iis que raro contingunt non possumus rationem certam sume, vt super textus. 55. satis expositum reliquimus. Eandem ob causam dicitur fortuna insana, ceca, bruta, volubiliq; saxo instans vt Cicero lib. 2. ad Herennium ex Pacuio refert. Insana quide: quia magnos subitos & atroces habet effectus. Ceca quia oculus cause efficiētis est intentio, & fortuna in quantū fortuna non operatur ex intentione. Bruta: qz quid indignū quidve indignū internoscere nequit. Saxo volubili insistent qz semper est in cōtinuo motu. Hinc rursus sequitur q̄ fuerint ceci qui fortunā, aut causam vnā, aut certe deā fecerūt, vt August. lib. 4. de ciui. del cap. 18. meminit. Si enī dea esset, quomodo mala, ceca, in sana sc. immo cū fortuna sit causa quatenus non agit a proposito, nulla esse potest certa causa. Sequitur ex his deniq; quomodo Christianis licitum sit d' fortuna loqui. Primum omnium respectu dei nulla est fortuna. Cum. n. nec passer cadat in terrā sine dei providentia. apud quē capilli etiā capitis numerari sunt, nihil in rebus accidere pōt. qd̄ ipse nō p̄ordinauerit. Sit ideo quemadmodū in principio dicebamus, si dñs duos seruos consulto mittat vt sibi forte in aliquo loco occurrāt, respectu quidem illorum occurfus erit fortuitus, non tamē respectu domini: ita prorsus licet respectu causarū particulariū, siue a p̄posito, siue ex necessitate nature agentium, effectus dicatur fortuitus & casualis, quia non sunt ab eisdē causis particularibus intenti, & eadem ratione huiusmodi cause dicantur fortuna vel casus, tamen respectu Dei nullus est effectus fortuitus: nec ipse potest dici fortuna: qz Deus nihil forte: sed summo iudicio facit. Quocirca abusus est verbi cum dialectici aiunt Deum contingētē creare, aut quicquam aliud facere: et enim contingenter idem est quod forte & de se indeterminate facere: quod Deo nequaquam conuenit. Sed abutuntur nomine cōtingentē pro eo qd̄ est, libere agere. Enimvero infinita Dei omnipotentia in hoc etiam hēct, q̄ effectibus necessariis causas attribuit necessarias: contingentibus vero, cōtingentes q. 1. p. q. 19. arti. 8. ait S. Th. Et motibus celestibus, motrices intelligentias: & istis effectibus corruptibilibus attribuit causas que possunt per alias impediri. Unde non sequitur hec medicina contingenter sanat: & Deus concurrat cum ea ad sanandum contingenter: ergo Deus contingenter concurrat. Nam propterea medicina cōtingenter cōcurrat, qz taliter concurrat, vt impediri possit eius intentio: deus tñ concurrens cū illa nō impeditur: siquidem concurrat cum alia causa impediētē: & nihil seipsum dicitur impedire. Sed cōcurrat certissimo mō qualiter ab eterno presciuit. De hoc aut̄ satis. In hac eadē de causa p̄ h. 2. magnum moralium ca. 8. ait ibi minus esse fortune, vbi plus est intellectus: & contrario. Nam cū aliquid esse a fortuna nihil sit aliud quam esse preter intentionem, sit vt qui plura in futurū prouidet, ei pauciora fortuita accidant: hominibus autem improvidis multa casu eueniant. Et in bello, quanto dux industrius est & prouidentior, quis plura facit ex intentione, pauciora contingunt illi preter intentionem. An. 1. ethi. capi. 9. & 10. dicit q̄ felicitas eo q̄ consistit in operatione virtutis, que ex liberatione non operatur, non est a fortuna. Tameñ in lib. 7. c. 13. dicat bona exteriora fortune seruire felicitati. & 1. poli. c. 7. dicit quod fortuna minimum dominatur in artibus, que sunt artificiosissime.

¶ Igitur ad primum articulum

Sic sunt idem vobis et solae formae distinguunt in gressu formali ista est falsa fortuna est causa p̄ordinata At in seculo reali et identico ista est vera res q̄ fortunā est res q̄ est cōp̄te, sicut dicitur de diu. sermone 1. p̄ d. 1. c. 1.

questionis responderetur vnica conclusione. Fortuna non est simpliciter causa: est nihilominus causa per accidens que reducitur ad genus cause efficiētis. Prima pars est Arist. text. 54. cuius ratio est quia id solum est simpliciter tale, quod per se est tale: fortuna autem cum non intendat effectū fortuitū, non per se est causa. Quocirca effectus fortuitus nullam habet simpliciter causam. Secūda pars. s. q̄ sit causa per accidens, in definitione fortune dicitur Arist. Et tñ reducatur ad genus cause efficiētis, asserit text. 65. cuius ratio est, qz fortuna & casus non est nisi in his que agunt propter finem: agere autem propter finem est propriū cause efficiētis. Hinc ad primum argumentū, respōdet q̄ August. p̄hibet Christianis frequenter vti nomine fortune. Non q̄ nō sit nobis licitū ita loqui, si intelligimus fortunā eo modo quo explicatū est. s. cōcursum fortuitum causarū per se intendentium aut finē: sed propterea: qz nomē fortune vt insinuare aliquā causam q̄ agit preter intentionē dei, cū tñ preter eius intentionē, quī omnia scit, nihil cōtingat. Unde nō est dicendū hoc fortuna voluit, aut noluit: sed hoc Deus voluit, aut noluit: quia solus ipse, & cui ipse reuelauit, sciuit aut nouit, ea que fortuito contingunt. Et in eodem sensu negauit Satyrus fortunā: non q̄ negasset experientiam qua videmus multa fortuito cōtingere: sed optime negauit esse deā que ex intentione operatur casus fortuitos. Et ideo dixit q̄ vbi adest prudentia & prouisio futurorum, nullum numerum. i. nulla dea deest: qz prudentia est sufficientes cā futurorū. Deuisset tñ gentilis addere eā que nos prouidemus, Deū prouidisse. Ad secundū respōdetur q̄ quāuis fortuna sit causa per accidens, nihilominus per se conuenit fortune vt sit causa per accidens: & tota illa definitio quā ponit Arist. fortune. Et ideo de illa potest esse sciētia: nō quidem per propositiones per accidens, sed per propositiones per se: quales est illa in qua predicatur definitio fortune de definitio: & ille preter ea in quibus predicantur passionēs de illa, vt q̄ fortuna sit causa occulta, agens preter rationem. Et eo eodem modo ad confirmationē respōdetur q̄ quāuis fortuna sit res occulta, nihilominus hoc sit manifestū de illa ex sua definitione, q̄ est occulta eo q̄ effectus fortuitus ex multis causis potest prouenire. Ad tertium respōdetur q̄ nulla est in verbis Arist. contrarietas. Est enī fortuna causa per accidens, propterea q̄ effectus fortuitus nō est intētus a tali causa: est nihilominus fortuna semper in his que agunt propter finē, idcirco q̄ talis causa semper intendit alium effectū cui adiungitur effectus fortuitus, vt in commentis & in hac questione late expostum est. Cōfirmatio secūda est argumentū Avicene vt super tex. 4. 8. insinuauimus. Ait enim q̄ si actiones iste humane que sunt ad vtrūlibet indifferentes considerentur quatenus sunt effectus voluntatis, sunt quidem a proposito, qz homo ex intentione stat: aut sedet, ambulat aut quiescit: si vero considerentur in quantū sunt effectus nature que de se est indifferens principiū huiusmodi motus & quietis, sunt inquit a casu. Nulla verū tamē ratione opinio hec fulciri potest. Enimvero conditio effectuum non debet materialiter pensari ex causa remota que de se est indeterminate: sed formaliter ex cōdeterminante & applicante alias causas ad effectum. Et qz voluntas est qua determinatur homo sedere vel ambulare, idcirco, licet ex natura rei sint res indifferentes ad vtrumlibet, censentur tamen ab Aristotele inter ea que ex necessitate vel vt plurimum contingunt: propterea q̄

Conclusio.

Christiani de fortuna.

Abi minus deintel. ec.

citaz

posita

Super secundum physicorum.

quidam volunt) sed per se intentus tanq̄ via ad generationem, quā per se primo intendit. Et ostet etiam dici per accidens, vt causa que rupit ventriculum, aut que fecit exuberantem calorem, non intendebat per se monstrum: sed per accidens sequutum est. Respectu vero causarum vniuersalium dicunt q̄ est effectus per se: sicut respectu Dei qui per se concurrat ad omnes effectus. Alii dicunt q̄ causa vniuersalis non intendit monstrum, scilicet, illam deformitatem, monstrum tamen intendit, scilicet, rem que est monstrum. Sed parum refert quomodo loquamur quando de re consistat. Hoc enim est certum q̄ monstrum non est miraculum, postq̄ sit mediatis causis secundis. Hinc constat qua de causa non contingunt tot monstrorum genera in plātis, quot in animalibz: vt tex. hic. 83. insinuat Aristot. Nempe q̄ ad generationem animalis multo plura concurrunt quam ad generationem plantae: et vbi plura requiruntur, pluribus etiā modis contingit deficere. Quia etiā ratione plura monstra contingunt in hominibus, q̄ in brutis.

6. Concluf.

Necessariū

¶ Sexta conclusio, est in cap. 9. text. 88. Necessariū in rebus naturalibus dicitur de materia: sed tamē ratio necessitatis sumitur a fine. Hec conclusio addita est ab Aristotele, vt in commentis dictum est, ad respondendum aduersarijs. Cum enim antiqui dixissent totam causam effectuum naturalium provenire ex parte materie, Aristot. vero cōtradixisset, provenire ex parte finis, restabat argumentū, quia negare non possumus necessitatem ex parte materie. Alia enim est materia oculi (nempe aquea et mollis) alia materia auditus, alia ossis, et alia carniū. Alia inq̄ nō loquendo de materia prima, sed de materia physica, que includit dispositiones. Respondet ergo Aristot. q̄ in vnaquaq̄ re naturali est hec, aut illa materia necessaria, tamē ratio necessitatis est a fine, propterea enim requiritur talis materia oculi, quia talis est accommodata ad finem, scilicet, ad recipiendum speciem: et talis materia est necessaria in osse propter duriciem: que est necessaria vt ossa sint substantia actū hominis. Sicut in artificialibus necessaria sunt lapides et ligna: sed ratio materie est, quia talis materia requiritur ad constructionem domus. Vbi adnotandum est modus loquēdi, q̄ finis nō dicitur necessarius: sed mediū requisitum ad finem: nam necessarium idem est quod requisitum. ¶ Unde ad sextum principale cōceditur: q̄ durities ossis et mollities oculi provenit a materia, sed tamen q̄ talia mēbra habeant diuersas materias physicas, reducendum est in finem tanq̄ in primam causam, vt modo dicebamus. Et pariter cōceditur q̄ es igne liquefeit, lignum vero inflammatur ratione materie, attamen necessitas materia: est, quia talis materia requiritur ad finē intrinsicum, puta ad quiditates et naturas talium rerum: et tādē ad finem extrinsecum, puta ad diuersos vsus hominum.

Ad. 6.

Corruptio

¶ At vero ad postremum membrum argumenti respondetur, q̄ corruptio rerum non reducitur de per se ad aliquem finem intrinsicum: quia vt supra text. 23. dixerat Aristot. mors et corruptio non

est finis rerum: ideo corruptio non reducitur in finem sed in causam materiale. Est enim homo mortalis, quia materialis: nihilominus corruptio non est per se primo intenta a natura, sed tanquā medium ad generationem: est enim corruptio vnius, alterius generatio. ¶ Septima denique et postrema conclusio colligitur ex text. 91. Finis est omnium causarum prima. At enim Aristot. q̄ tam materia q̄ finis cadunt in considerationem hominis: precipue tamen finis: eo q̄ est causa materie. Et ita supra insinauerat text. 26. s. q̄ finis est prima omnium causa. Sunt qui rationem huius conclusionis reducunt in causas vniuersales, propterea q̄ intelligentie et Deus sunt finis omnium corruptibilium: tamen Aristotele non intelligit, nisi de fine particularis generationis. Estque intelligenda conclusio de causis formaliter, scilicet, quando actu causant. Et enim vt in artificialibus, quando lapides et artifex precesserint tempore domum, tamen quando artifex molitur ex lapidibus facere domū, primū mouens est finis. s. domus facienda: quidē mouet nō realiter: sed intentionaliter vt supra dictū est per cognitionē. Et eodem modo in naturalibus primum mouens huiusmodi ad faciendum nidum est procreatio prolis: ex cuius intentione, vt diximus impressus est illi instinctus nidificandi. Et tunc cogit materiam: vnde educit formam nidi. Et pariter primum mouens equum ad generationem est procreanda proles. Et ita in reliquis. Unde vt ordinem causarum colligamus primum mouens est finis, qui mouet agens: secundum agens quod mutat materiam: et tertium est materia de cuius potentia educitur forma. Atque adeo forma que in ratione finis erat primum mouens per intentionem, in ratione forme est vltima causarum ordine executionis. ¶ Unde ad septimū principale respondetur q̄ loquendo naturaliter in via Aristot. sicut res que est materia fuit perpetua, ita et finis et forme et omnes cause fuerūt perpetue: quia mundus fuit ab eterno: sed quantum ad rem sufficit, non dicimus q̄ res que est finis materialiter sit prior, q̄ res que est materia: nam finis est forma ista que generatur: cum tamē materia sit perpetua: sed loquimur formaliter q̄ quando cause applicantur ad opus, primum mouens est finis, vt modo exponebamus. ¶ Ad confirmationem vero respondetur, q̄ sicut Deus est prima causa efficiens, ita est vltimus omnium finis. Est enim alpha et omega. principium et finis. Sed quando immense eius bonitati placuit creare mundum, primum etiā mouens (vt ita more nostro de Deo loquamur) fuit finis, puta etiam bonitas: statuit enim ab eterno mundum creare propter hominem: et hominem propter se: nempe vt eius perpetua societate frueretur.

7. Conclu.

Finis, primarū causarum.

Ad. 7.

Secundi Physicorum


Finis.

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segobienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper tertium Phyſicorum Ariſtotelis, Quæſtiones.

In textu. vj. Eius quod potentia, &c.

Quæſtio prima.

VTRVM DIFFINITIO
motus cum reliquis adiacentibus ſit ab
Ariſtotele bene aſſignata.



Um libro primo

et ſecundo de principijs et cauſis entis mobilis dictum ſit, negotium huius tertij libri (vt in commentarijs dicebamus) eſt de motu: qui eſt paſſio mobilis: et de infinito. De motu ergo diffinitione mouetur prima hec quæſtio. A cuius parte negatiua arguit primo contra id quod Ariſtoteles ante diffinitionem motus text. i. præſupponit, videlicet, quod natura, ignorato motu, nequeat cognosci. Naturam eſſe (vt li. 2. text. 6. idem ipſe aſſerit) eſt per ſe notum, vbi ſubinde aut ridiculū eſt hoc demonſtrare: ergo cognitio nature ab alterius cognitione non pendet. Et confirmatur.

Eadem ſunt principia cognoscendi, que ſunt principia eſſendi: vt eſt res ſe habet ad eſſe, ita et ad cognosci. 2. meta. text. 4. ſed natura eſt principij motus, vt patet ex diffinitione: ergo potius motus cognoscitur per naturam, quam natura per motum. Alias tractatus de motu antepoſendus fuiſſet tractatui de natura: et per conſequens liber hic debuiffet ſecundum precedere. Secundo principaliter arguitur contra diffinitionem motus. Motus non eſt in aliquo certo predicamēto, vt Ariſtoteles ipſe præmittit text. 4. ſed vnusquique motus reducitur ad genus ſui termini: vt augmentatio ad quantitatem: alteratio ad qualitatem, &c. vnde inferit quod ſicuti ens non eſt vnusquod ad omnia predicamēta, ita nec motus in communi ad motus particulares: id autem quod non pertinet ad vnum genus, non habet vnicam diffinitionem: nam tunc genus diffinitionis non eſſet potius vnius predicamēti quam alterius: ergo motus non diffinitur vnica diffinitione. Tertio principaliter arguitur. Diffinitio illa motus conuenit omni forme: quoniam omnis forma eſt actus ſubiecti exiſtentis in potentia ad illam, vt forma ſubſtantialis eſt actus materie que eſt eius potentia. Quinimo ita formaliter diffinitur anima. 2. de anima. text. 6. ſ. eſt actus corporis phyſici organici in potentia vitam habentis: ergo diffinitio motus conuenit alijs a diffinito. Quod ſi dicatur quod motus eſt actus imperfectus ſubiecti carentis perfectione eiufdem actus, ſequitur tunc quod calor aque tepide que ceſſauit caleſceri eſſet motus, ſiquidem eſt actus imperfectus: conſequens eſt falſum: cum tunc ſit calida in eſſe quieto. Et confirmatur. Diffinitio tunc motus non conuenit generationi: quia tunc hic Ariſtoteles comprehendit ſub generali nomine motus: poſtquam ponit illius exemplum: ergo non conuenit omni contento ſub diffinito. Probat antecedens: quia forma ſubſtantialis in generatione non introducitur ſucceſſiue. Idque cum non

ſit inſenſibilis, et remiſſibilis: ſed in inſtanti producitur eo modo quo lib. 1. q. 4. expoſitū eſt, patet cum palee introducta ſufficiat diſpoſitione immutandi: ergo quod primum eſt aliquid forme ſubſtantialis in materia, iam eſt in actu completo: et per conſequens non eſt amplius in potentia. Quarto principaliter arguitur. Aut in diffinitione diffinitur motus in quantum eſt actio, aut in quantum eſt paſſio: ſi in quantum actio, tunc motus eſt actus potentie actiue: potentia autem actiua eſt actus perfectus: vnusquodque enim agit in quantum eſt actus, ſicut dictum eſt: ergo potius dicendum eſt quod motus eſt actus procedens ab ente exiſtente in actu, quam actus entis in potentia. Item talis motus videtur quod non ſit in paſſo, ſed in agente: nam agens ab actione dicitur agere: et per conſequens actio eſt in agente: tunc Ariſtoteles text. 17. dicit motum non eſſe in mouente: ſed in mobili. Si vero motus diffiniatur, vt eſt paſſio, tunc reſtabat diffinire motum vt eſt actio: nam ab illo motu qui recipitur in paſſo non apparet quomodo denominetur agens. Quinto principaliter arguitur contra illam conſuſionem quam Ariſtoteles præterdit. c. 3. ſ. quod agens et patiens ſunt idem. Actio eſt propria forma denominans agens: ſicuti albedo, album: ſed albedo non potest determinare, niſi illud in quo eſt: ergo actio eſt in agente: motus autem eſt in paſſo quod mouetur: ergo non ſunt idem. Et confirmatur. Agens et patiens debent in omnibus proportionari: præter illud quod adducitur in paſſo: ſed in paſſo ſunt tria, ſ. ſubiectum et potentia receptiua et paſſio: ergo in agente præter agens et virtutem actiuam, debet eſſe actio. Et ſecundo confirmatur. Actio et paſſio ſunt duo generaliffima: ergo ſunt primo diuerſa: atque adeo hec negatiua eſt immediate vera, actio non eſt paſſio, vt habetur. 1. poſte. text. 31. et per conſequens non ſunt idem. In contrarium eſt auctoritas Ariſtoteles, oſtendentis aduerſus antiquos ſuam eſſe optimam diffinitionem motus.

In hac prima quæſtione, textum, vt i ſolemus, per conſuſiones examinabimus.

Que ſunt numero quinque ſecundum numerum argumentorum. Prima ſtatim textu. i. Phyſicus habet conſiderare de motu: quia habet conſiderare de natura: que, ignorato motu, cognosci non poteſt: propterea quod natura diffinitur per motum (vt lib. 2. dictum eſt) et non poteſt cognosci diffinitio a eius partes ignorentur. Unde ad primum argumentum reſpondetur quod tam naturam, quam motum cognosci, ſtat dupliciter, vno modo quantum ad ſe: alio modo quantum ad quid eſt. Et vtroque modo proportionabiliter cognitio nature dependet quo ad nos ex cognitione motus: ſed a priori conuerſo cognitio motus dependet ex cognitione nature. Exempli gratia. Naturam eſſe eſt per ſe notum nobis: nihilominus id nos cognoscimus: quia per ſe notum eſt motum eſſe. Unde loco citato lib. 2. propterea dixit, quod eſſet ridiculū demonſtrare naturam eſſe, quia natura eſt principium motus, et ad ſenſum eſt per ſe notum: et in re: quod autem per experientiam cognoscimus non indiget demonſtratione. Sicut ignem eſſe calidum,

neg maior, immo denominat agens in ſeco

q. idō Ariſt. lū pū mōdo. ſit. 2. p. no
1. Concluſ. p. thum
de motu q. ignora
t. eſt. E. igno. et. n.
Her. p. m. ſat. rem
p. b. a. m. t. ex. v. n.
ar. m. reſpōdet de
ad p. m.
no. m. m. q. l. a.
do. n. m. q. p. l. a.
do. q. d. ſit. n. i. q.
t. a. l. m. et. v. ſ. m. i. v.
n. i. e. et. d. e. l. t. q. r.
p. o. ſ. m. q. c. o. p. u. r. e.
q. u. o. a. d. e. ſ. e. n. e. q.
d. i. ſ. p. o. ſ. i. t. i. o. n. e. ſ. u. a. n. i. s.
n. e. ſ. e. d. o. m. ſ. i. t. e. r.
t. a. c. o. g. n. i. t. i. o. ſi. e. ſt. q.
q. d. e. d. e. p. e. d. e. t. a. c. o. g. n.
m. o. t. u. s.

m coroll^m

magis quam paries esset albus sine albedine. Et praeterea quia viceversa posset Deus servare illum fluxum qui dicitur motus suspendendo actionem ne produceretur calor: tunc deberent dicere quod aqua moveretur motu calefactionis: et tamen non calefieret. Quarto arguitur: quia ut profecto possumus comprehendere ista accidentia successiva: nempe quorum nulla proorsus pars sit nec in aliquo instanti praeterito nec futuro, et tamen quocumque instanti dato, aliqua pars praecessit et aliqua erit futura. Et praesertim in motu alterationis. Arguitur enim sic. Qualitas que acquiritur per motum alterationis est res permanens et durans: ergo motus per quem acquiritur non est entitas distincta successiva ad hunc sensum quod eius partes in nullo instanti sunt. Quinto maioris explicationis gratia arguitur. Aquam moveri motu calefactionis nihil aliud est quam pertransire distantiam que est inter non gradum et summum gradum caloris: distantia vero hec nihil aliud est quam calor ipse: sicut distantia hinc ad Romam nihil aliud est quam medium spacium: ergo motus calefactionis nihil aliud est realiter: quam calor ipse qui acquiritur et quodammodo pertransitur.

Sexto denique et postremo confirmari potest conclusio ex illa regula Aristoteli. huius, frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora: si vero necessitas aliqua est ponendi istam entitatem distinctam maxime ne concedamus propositiones que communiter modo concipiendi et apud omnes philosophos censentur falsae. si motus alterationis est qualitas que acquiritur, via et acquisitio rei est terminus et res ipsa que acquiritur. Et enim nullus diceret motum ad certum locum esse quietem in illo loco, ita nec diceret motum esse quietatem ipsam, sub qua mobile quiescit. Sed tamen ad negandum istas predicationes satis est distinctio rationis, seu formalis, quam sequenti conclusione explicabimus: ergo non est necesse ponere fluxum distinctum realiter a qualitate que acquiritur.

Tertia conclusio. Fluxus iste qui est motus ad calorem ratione distinguitur a calore. Abi notandum est quod idem calor dum acquiritur potest considerari quadrupliciter. Uno modo absolute et materialiter, ut est quedam qualitas: et tunc est in predicamento qualitatis, ut dicebamus articulo precedenti. Secundo modo, ut est in fieri: puta ut est in continua acquisitione: et hac ratione est motus, quapropter ut illic dicebamus identice reducitur ad idem predicamentum in quo est illa qualitas: formaliter tamen, id est ratione distinguitur, est predicamentum actionis, vel passionis: et post predicamentum propterea quod est commune ad ad multa predicamenta. scilicet ad quantitatem qualitatem, et ubi. Tertio consideratur ut est effectus agentis et tunc est specialiter in predicamento actionis. Et quarto ut est id quod afficitur passum, et sic est in predicamento passionis. Et ideo dicebamus superius quod motus in diffinitione accipitur ut abstractus ab actione et passione. Quod si quisquam percontetur quid addit qualitatem esse in fieri supra qualitatem: dico quod nihil addit quod relationem quam dicebat secunda opinio: puta habitudinem continue tendentem ad terminum ad quem: dummodo non censetur esse rem distinctam ut aliqui opinantur: sed modum et aequaliter se habere qualitatis, sola ratione distinctum. Hanc conclusionem non aliter probamus, quam ut saluamus se omnes modos concipiendi et loquendi receptissimos inter philosophos, unde in re non

differimus ab schola nominali: sed solum in modo loquendi. Quod enim ipsi appellant connotationes terminorum, nos appellamus distinctionem rationis. Sunt enim quod hoc nomen motus supponit pro qualitate connotando quod sit in fieri: et hoc nomen actio pro eadem qualitate connotando quod sit ab agente. Nos tamen dicimus quod motus est illa qualitas ea ratione qua est in fieri: et actio est eadem qualitas ea ratione qua sit ab agente. Est tamen in modo loquendi latissima differentia. Concedunt enim ipsi quod acquisitio qualitatis est ipsa qualitas que acquiritur. Aristoteli vero et omnes philosophi negaret illam sicut negant illam, calor est calefactio. Itaque ista aequaliter se habere diversa, quod nominales concedunt, deberent sufficere ad negandum similes propositiones in sensu formali: postquam pertinet ad diversa predicamenta. Calor enim est in predicamento qualitatis, sed motus est in predicamento actionis vel passionis. Et tunc ergo (si ego non fallor) per extremum peccaverunt. Reales quidem quia videntes illas propositiones esse falsas: crediderunt significare res distinctas: nominales vero credentes non distinguunt, concesserunt res diversorum predicamentorum formaliter de seipsis predicari: cum tamen artificium predicamentorum fuit distinguere res que sunt primo diversa. Quod quidem artificium satis saluat per istas distantias rationis, seu formales quod idem est: nam ista distinctio sumitur penes diversas diffinitiones quantitates rerum. Illa enim est diffinitio quiditativa motus: et alia diffinitio qualitatis: et alia quantitas (eo modo quo generalissima diffiniri possunt). Unde non vocamus distinctionem rationis (ut supra dicebamus) eo quod motus vel actio sit ens rationis. Sunt enim identice entia, realia: puta qualitas: sed quia per solam considerationem intellectus distinguimus inter calorem et motum, considerando illa tanquam duo. Et ideo, S. Th. et antiqui philosophi in hoc sensu appellabant has distinctiones reales: non quod seclusa operatione intellectus essent due res: sed quod seclusa operatione intellectus est in rebus, unde sumitur illa distinctio. Unde non inepte posset distinguere duplex distinctio realis: una que est inter rem et rem ut distinguuntur substantia et qualitas: alia que est inter illa que distinguuntur tanquam res et modus realis eius, ut distinguuntur sedens, et sessio, fundamentum, et relatio, motus, et qualitas, etc. Quod si dicitur hic autem verum sicut negatur ista, actio est passio et qualitas est actio, ita sit negandum, motus est actio. Et videtur quod sic, quia motus dicit fluxum et actio dicit relationem. Responderetur, quod ad affirmandum, aut negandum huiusmodi propositiones oculus attentus habendus est semper, ut videatur an sint res diversorum, an eiusdem predicamenti. Unde sicut ista est falsa, actio est passio, quia sunt res diversorum predicamentorum, ita et ista, qualitas aut quantitas et actio et passio sunt res diversorum predicamentorum. Et pariter iste, motus est qualitas, motus est quantitas, sed motus est acquisitio qualitatis, aut quantitatis. Iste tamen verissime sunt, motus est actio, motus est passio, nam motus est quid superius ad actionem et passionem. Dividitur enim motus per motum alterationis et motum augmentationis: et idem est motus alterationis, quod alteratio actio, aut alteratio passio. Quo circa oculis ambobus animadvertendum est quod Aristoteli non dixit quod actio, aut passio est qualitas sed quod est motus.

Sed in contrarium arguitur, stat esse motum

2^m reales
nominales

3 nos dicimus quod sunt penes

Distinctio realis.
vide q 2 de quartis

Dubium.

solutio
a prop



Conclu.
matz
ex
4 Consi
ari potest
Sum
30
Sunt idem
differt huiusmodi.
quid importat per motum quod non includit forma.
et forma distinguuntur.

Stat esse motum *B 2* sine

Super tertium Phisicorum.

fine actione, vt patet in sagitta que proiecta mouetur postquam cessauit actio, scilicet proiectio sagittantis: et eodem modo est actio in generatione substantie: que sunt in instanti: que quidem proinde sunt actiones sine motu: ergo neque omnis motus est actio, neque omnis actio est motus.

Ad primum respondetur, quod quantum durat motus proiecti durat actio proiectantis. Sit enim Aristoteles, quod actio est motus in passio: et per consequens quantum durat motus, durat actio. Proiectans dicitur agere per virtutem et motum quem impressit proiecto.

Quinimo vt lib. 2. q. 1. dicebamus, quando graue descendit, generans eadem ratione dicitur agere.

Ad aliud respondetur aliqui, quod sicut illuminatio non est motus, presupponit tamen motum localem applicationis luminosi: pariter generatio presupponit alterationem. Solutio tamen non est ad propositum.

Est enim questio vtrum ipsamet productio luminis formaliter sit motus: et pariter productio substantie. Ad quod respondetur quod non sunt proprie motus: sed mutationes, quia non sunt successiue: quapropter hactenus non fecimus mentionem de generatione. Proportionabiliter tamen loquendum est de generatione: sicut de alijs motibus. Quod generatio non distinguitur a forma vel composita que generatur, non tamen est motus: quia non est ens successiuum nec fluxus. Sed in eodem instanti quod est principium esse substantie, res simul gignitur et genita est. Et idem dicendum est de creatione. Unde quando dicimus omnem motum esse actionem et passionem, loquimur large de motu, vt comprehendamus etiam mutationem.

De motu autem locali est difficultas nova, propterea quod id quod acquiritur per motum localem non est forma intrinseca que recipitur in ipso mobili, sicut per motum alterationis recipitur qualitas, et per motum augmentationis, quantitas: sed solum acquiritur successiue diuersa loca, que sunt res extrinsece continentes locatum.

Quapropter licet **Chā** et **Gregorius** conueniant de motu alterationis et augmentationis, differunt tamen de motu locali. **Gregorius** enim existimat motum localem esse spacium per quod mobile mouetur. Quam opinionem subsistent nonnulli **Thomiste**, credentes illam opinionem esse. **S. Thome**, **Chā** vero putat motum localem non distingui realiter a mobili: cui ego potius fidem adhibeo. Ratio et analogia **Gregorii** est hec. Quemadmodum se habet qualitas in motu alterationis, se habet spacium in motu locali: et qualitas est idem realiter cum motu alterationis, vt modo dicebamus: ergo et spacium est idem cum motu locali. Probatur maior.

Quemadmodum in motu alterationis id quod acquiritur est qualitas: quia mobile mouetur, ita id quod acquiritur in motu locali est spacium quod successiue secundum partes pertransitur. Id enim quod acquiritur per motum localem est locus: locus autem est aer ipse qui me circumstat secundum nominales: ergo motus est spacium.

Et possumus nos hanc opinionem confirmare ex his que paulo ante dicebamus: videlicet quod quemadmodum spacium medium inter terminum a quo et terminum ad quem est distantia que pertransitur per motum localem: ita latitudo qualitatis a non gradu vsque ad summum est quodammodo distantia que pertransitur per motum alterationis: ergo sicut acquisitio illius qualitatis, id est motus alterationis non distinguitur ab ipsa qualitate, ita motus localis

non distinguitur ab ipso spacio: quod est locus

acquisitus per motum. Aduersus hanc opinionem communiter ab omnibus arguitur, quod primum mobile moueri, non posset signari motus eius: quia extra ipsum nullum est spacium quod acquiritur. Respondet **Gregorius** quod eius spacium est terra, vel aer circa quem mouetur. Sed tamen deus et celum nec extra, nec intra se quicquam habeat: sed mouetur supranaturaliter in vacuo, non posset tunc signari spacium quod esset motus. Item si me quiescente aer qui me circumstat moueretur, tunc successiue acquirerem alium et alium locum: et per consequens illud spacium esset motus meus: et tamen ego non mouerer. Hec autem forsitan posset ipse diluere, dicens, quod loquitur de spacio vero, vel imaginario quod semper supponatur esse immotum et quiescens.

Aliter tamen arguitur. Morus vt ait **Philosophus** text. 17. est in mobili, nam motus est id quo mobile mouetur: sicut albedo est id quo corpus est album: spacium vero seu locus, materialiter accipiendo proprie continente non est immobilis: quia est illi extrinsece circumstant: ergo locus vel spacium non potest esse motus. Morandum est ergo locus (vt in 4. huius latius videbimus) dupliciter accipitur. vno modo materialiter pro aere circumstante (sive sit fluxus et permanens, sive currens, vt sunt ventus) sicut potius accipitur hoc modo pro vltima superficie continentis. Et tunc est de predicamento quantitatis. Alio modo accipitur formaliter pro eadem superficie connotando respectum in ordine ad aliquod fixum verum vel imaginarium. Et hic est de predicamento vbi: hic enim locus habet quod sit hic numero propterea quod est in hac numero distantia a centro terre (quantum ad altitudinem) et in tanta a polo: quantum ad latitudinem. Et quantum istis respectibus et relationibus non sunt res realiter distincte, nihilominus explicari non potest quid est me esse in hoc loco numero, nisi per huiusmodi respectus. Et quantum in rei veritate non distinguantur loquendum est nobis claritatis gratia ac si distinguerentur. Respondetur ergo ad **Gregorium** quod analogia non est inter qualitatem, que acquiritur motu alterationis: et loca materialiter accepta: que acquiritur per motum localem: sed inter qualitatem et loca formaliter loquendo, scilicet, vt connotant vbi que sunt in me et identice sunt ego ipse. Unde identice loquendo motus localis est mobile ipsum, considerati quatenus continuo est in alio et alio loco, scilicet, quatenus modo est in alio loco quod fuit immediate ante hoc et erit immediate post hoc. Quare sicut qualitas quando est in esse quieto definit esse motus, ita vbi in esse acquisito definit esse motus.

Quod vero aliqui **Thomiste** velint attribuere. **S. Thome** motum localem esse spacium propterea quod 1. p. q. 110. artic. 3. et alibi frequenter dicit quod mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum: sed ad aliquid extrinsecum, puta ad locum, nullam proxius habet apparentiam quia. **S. Thom.** non loquitur de potentia mobilis ad motum: sed de potentia eius ad terminum motus. Cuius enim dicere quod non sicut alterabile acquirit qualitatem et augmentabile quantitatem: mobile localiter acquirit in se formam absolutam: non tamen negat quin successio qua est indueris locis sit motus. Qui realiter est idem cum mobili.

Nihilominus tamen, vt dicebamus de motu alterationis, nullatenus concedendum est in sensu materiali quod substantia est motus. Quis enim inter

Philosophos

Contra hoc
go. i. conc.
motus localis non est
spacium per quod
motus localis
spacium quod ac
fuit motus sequi
non daretur quod
moueret suppositio
p3. quod non mouet
probr. 1. illud cel
non acquirit motu
spacium nec motu
vbi cum e xtra cel
non sit spacium.

Locus dupliciter.

2. c. motus localis
propter motu locali
dicitur aliquid est
na non est motus
sicut dicitur. 2. 1. c.
spacium. 1. c. 1. c.
1. p. q. 110. artic. 3.
nada, nec dicitur per
dicitur 10. ipse
bile

Solutio

Motus localis.

Ad Grego.

Super tertium physicorum.

ntes: r secundum feci dam, non, nisi successiuas. Sed neq; intellectu facile est nec creditu. Et ideo no credo motum esse entitatem successiuam distinctam realiter. Quod nec de tempore possum satis mihi persuadere. vt lib. 4. videbimus.

Deinde arguitur q si motus iste distingueretur a mobili, vt ait Paul. sequeretur q eadē res simul dum esset fieret r corrumpeteretur in eodem tempore r instanti, vt patet de illa entitate: nam eodem tempore adequato quo acquiritur corrūpitur per successionem partium. Et certe corollarium est concedendum. Et idem est dicendum de tempore si ponatur entitas distincta. Pre sequeretur q ad preteritum esset potentia. Nam datur. v. g. motus horarius durans a nona vsq; ad decimam: de quo secundum hanc opinionem in quocunq; instanti intrinseco illius hore verū est dicere q totus ille motus est. Simus nunc in illo instanti prime quartæ r tunc verum erit dicere q totus motus horarius est: r per consequens in instanti medio totius hore verum erit dicere motus horarius fuit. Simus ergo in illo instanti medio arguitur sic. Iste motus horarius fuit: tamen nunc potest facere Deus q nunquam fuerit: quia potest facere q medietas sequens non erit: r tunc nunquam erit verum dicere totus motus horarius fuit, ergo ad preteritū est potentia. Hoc etiam corollarium debent concedere: quia hec propositio, hic motus horarius fuit, ita est vera in instanti hore medio, vt dependeat ex vna de futuro contingentibus: r propositionibus veris de preterito dependentibus a futuro contingenti contingere potest vt nunq; fuerint vere. Quare hec non sunt magna inconuenientia.

Sed tamen propter argumenta superius facta negamus motum distingui a mobili. Non tamen propterea negandum nobis est quin motus (forma licher loquendo) sit ens successiuum vt Bregio. r D. chā videntur negare. Nam quanuis eadem res sit qualitas r motus, tamen ea ratione qua est qualitas non dicit ens successiuum: sed solum formam inherentem subiecto: ea vero ratione qua est motus, est ens successiuum. Itaq; ratio motus est continua successio. Quocirca licet motus r mutata esse non sint realiter distincta, sed sola ratione, loquendum tamē nobis est de illis claritatis causa ac distinguentur. Unde ad formam argumenti distinguitur q motus sit ens successiuum. Si enim accipiat materialiter pro qualitate, aut quantitate, aut vbi quibus est idem realiter, negatur: imo est ens permanens. Si vero accipiat formaliter secundum propriam rationem motus, id conceditur. Et eodem modo conceditur q repugnat r habere omnes partes simul, ad hunc sensum, q ratio motus in qualitate si sit intensiois consistit in hoc, quod immediate ante hoc fuerit minor r immediate post hoc maior, q nunc est: si vero sit motus remissionis: consistit in hoc, q immediate ante hoc fuerit maior r immediate post hoc minor. Et ratio motus localis consistit in hoc quod mobile immediate ante hoc fuerit in alio loco r immediate post hoc in alio quam modo est. Non tamen q sit aliqua entitas distincta que solū consistat in fieri.

Et proportionabiliter respondetur ad confirmationem q materialiter loquendo de motu pro re que est motus partes eius continuantur per quantitatem: quia est ens permanens. Si vero loquamur formaliter sub ratione motus, concedimus q de motu in instanti presenti nihil aliud est quam aliquid ad imaginationem indiuisibile. Sed si vocetur mutatum esse, de nomine non disputa-

mus ad hunc sensum. q in quocunq; instanti intrinseco motus localis mobile est in aliquo loco, in quo nec fuit immediate ante, nec erit immediate post. Et suo modo dicatur de motu alterationis r augmentationis. Authoritates omnes, que in tertio argumento citantur, facile ex his que dicta sunt soluntur, posita distinctione rationis motus a mobili r termino. Per hoc enim saluatur q motus sub ratione motus sit actus entis in potentia, id est, consistat in fluxu r fieri: qualitas vero dicat a motus est in mobili: nam motus augmentationis r alterationis r suo modo generationis est forma que recipitur in passio: motus vero localis dicitur esse in mobili propter distinctionem rationis. Et pariter respondetur ad illud. 7. meta. scilicet, q ad qualitatem est per se motus: non tamen ad motum id est qualitas in quantum qualitas acquiritur per motum, id est, acquiritur successiuo: motus autem non acquiritur per motum: quia illa successio non acquiritur per aliam successionem. Pariter respondetur ad illud secūdo de anima, q qualitas in quantum calor est sensibile proprium tactus: sed in quantum motus est sensibile commune: quia ratio motus non solum: per tactum, sed per visum r auditum percipitur. Et per hec etiam saluatur illi modi dicendi, q motus est via: qualitas vero r vbi est terminus: r motus est causa qualitatis: non tamen conuerso: r q motus est velox vel tardus, qualitas vero minime. Omnia ergo hec saluantur per distinctionem rationis.

Alia vero corollaria, scilicet, q motus vniformis sit difformis, r q motus circularis sit rectus, r q ascensus erit descensus, conceduntur a nominalibus: quia idem globus qui cadit mouetur circulariter r recte, r idem rursus proiectus ascendit. Nullatenus tamen sunt concedende huiusmodi locutiones: tum quia sunt contra communem modum concipiendi: tum etiam quia alia est definitio motus circularis r alia motus recti. Quinimo Arist. r. de celo dicit q ascensus r descensus sunt motus contrarii: tam absurdum ergo esset dicere q ascensus sit descensus: quam q calor est frigus. Concedendū ergo sunt locutiones ille identice, scilicet, q eadem res que est motus circularis est etiam rectus r que modo est ascensus postea est descensus: sed tamen formaliter loquendo, nec ascensus est descensus, nec motus circularis r vniformis est rectus aut difformis.

Et proportionabiliter respondetur ad aliud q motus intrinseco sit motus remissionis: nam licet eadem qualitas que modo intenditur postea remittatur intensio tamen est acquisitio qualitatis, scilicet vbi immediate post hoc erit maior gradus quam nunc r nunc quam immediate ante hoc: remissio vero est diminutio qualitatis, ita vt viceuerla nunc sit in minori gradu, quam immediate ante hoc fuit r in maiori quam immediate post hoc erit. Et proportionabiliter dicatur de augmentatione r diminutione. Quod autem calefactio sit frige factio, nulla est apparentia: quia neque in sensu identico calefactio est frige factio: nā calefactio est res que est calor, qui acquiritur: r frige factio est res que est frigiditas.

Illi qui a triginta hinc annis aut quadraginta scripserunt: quia non erat illis in animo libros de celo r de generatione interpretari, sed ad libros physicorum vniuersam reuocare philosophiam: tractant hic ad longum de quatuor

Ad. 3.

Ad. 3.

tuos

tuor speciebus motus. scilicet localis, alterationis, generationis, augmentationis. Nobis tamen quia infinitum est super libros illos etiam scribere, vicio merito daretur, si species motus in particulari hic tractarem, ubi Aristoteles mentionem de illis nullam fecit, nisi in genere sub nomine motus. Quin potius id vellem Philosophis huius temporis dissuadere, ne in libris physicorum tantum temporis hereant. Intentio enim Aristoteles fuit in his libris tractare de motu solum in genere, et in reliquis descendere in particulari ad species quascumque motus ut in libris de celo ad motum localem: et in libris de generatione, ad alias tres species motus. In quibus proinde mendulla Philosophie est inquirenda. Et quod si de intentione augmentationis et rarefactione et de motu locali hic tractaretur (preter ordinis perversionem) in immensum abiret hic tertius physicorum: Et vel maxime si philosophata que de velocitate horum motuum huc aggerantur, submoveremus: indigna certe quibus humana verentur ingenia: tantum abest ut digna sint que in libro physicorum recitentur. De velocitate autem motus ad sextum et ad septimum huius proprie pertinet differere. De quo illic satis dicimus. Non ergo hic legantur hec sed ad sua, usque cuiusque loca spectetur: eo presertim quod huius incipit Aristoteles distinguere has species motus disputando ad quem genera rerum sit per se motus. Interdum satis est presupponere de modo quo fit intensio duas esse, inter alias, celebres opiniones: alteram nominalium communem, scilicet, quod sit per additionem gradus ad gradum in eodem subiecto adequatorita ut sicut qualitas est divisibilis in partes secundum extensionem subiecti, ita est divisibilis in partes secundum intensionem. Alia vero est opinio. S. Thom. quod qualitas, quemadmodum forma substantialis ligni, et quemadmodum quantitas, habet quidem partes secundum extensionem: secundum tamen intensionem minime, sed est indivisibilis secundum suam essentiam: intensio autem fit per hoc quod illa forma magis ac magis radicatur in subiecto, et magis actuatur ipsum ut illic per amplius res dilucidata examinabitur. Sequitur statim in textu caput quartum et sequentia usque ad finem libri.

In textu. lvi. Atque manifestum est quod quodammodo est. &c.

Quæstio tertia.

V T R V M I N F I N I T V M sit naturaliter possibile.



N duo partitur Aris.

hunc tertium librum, ut in initio commentarii eius dicebatimus. In tribus enim capitulis egit de motu, et in quinque reliquis de infinito. De primo disputavimus duas questiones: de altero disputabimus item duas hanc quidem, scilicet, utrum naturaliter sit infinitum, alteram vero utrum possit esse supra naturaliter. Primum omnium arguit contra primam statim assertionem Aristoteles. text. 24. scilicet quod ad physicum pertinet disputare de infinito. Quod non est, quod habet rationem entis non scitur. post text. 5. quia ens est obiectum intellectus: infinitum autem non est possibile in actu, ut ipse asserit textu presenti, imo nec si esset cognoscibile, ut dixerat lib. 1. text. 35. et hic repetit text. 66. ergo de infinito non est scientia, et per consequens ad nullum pertinet disputare de illo. Et

confir. quia si ad aliquem pertineret disputare de infinito, is esset vel mathematicus (cum finitum et infinitum sint passionem quantitatis, ut patet text. 35. de qua considerat mathematicus) vel metaphysicus, cum quia solus Deus est infinitus, et etiam quia infinitum dividitur per infinitum in actu et infinitum in potentia, ut habetur textu presenti: hec autem divisio est proprie divisio entis, ut habetur. 9. meta. text. 2. et de Deo autem et ente in genere pertinet ad metaphysicum disputare. Id vel maxime quod physicus non considerat, nisi de ente mobili: infinitum autem si esset, non esset mobile, ut hic ostendit Aristoteles. text. 48. et infra. Secundo principaliter arguitur, quod datur infinitum in actu. Potentia frustra est que non reducit ad actum: nam potentia illud est quod actu fieri potest. 9. meta. text. 12. sed Aristoteles concedit hic infinitum in potentia: ergo naturaliter potest esse in actu. Quod si quis respondeat per Aristoteles, ut seipsum statim explicat text. 57. quod non est in potentia, ut reducat in actum completum quem admodum entia permanentia, ut res sit facta, sed que reducitur ad actum qui est in fieri: ut entia successiva, quemadmodum tempus, et motus, et series generationum, et divisio continui. Arguitur sic. In continuo sunt partes infinite illic actu existentes ergo agens naturale potest illas actu separare. Quemadmodum enim ignis quando comburit lignum omnes partes proportionales successine dividit, ita videtur: et non repugnaret naturaliter esse actu divisas: et tunc esset naturaliter infinitum in actu multitudine.

Et confirmatur manifeste adversus Aristoteles, quod datur infinitum in actu: nam si mundus fuit ab eterno, tempus et motus que transferunt sunt infinita in actu, scilicet infinite, circulariter colorum. Perinde enim est profecto quod actu transferit infinitum, ac si modo datur infinitum permanenti: presertim si tempus et motus sint accidentia distincta a mobili. Atque inde patet quod infiniti homines fuissent actu hactenus transacti. Imo probatur quod si mundus est futurus perpetuus, erant etiam infiniti homines in actu respectu copule de futuro: nam quod de illa tota collectione que in rei veritate erit, an erit finita vel infinita: non finita, quia non potest signari sub quo numero erit: ergo in rei veritate erit infinita. Et confirmatur secundo argumento quod hactenus non constat quomodo illud solvitur Aristoteles. Si enim mundus fuit ab eterno, ita ut ante quemlibet hominem fuit homo, et quot fuerit homines tot fuerunt anime, et anime sunt perpetue, liquido colligitur nunc esse animas actu infinitas.

Tertio arguitur quod datur nunc aliqua perfectio actu infinita. Natura hominis est aliqua quantitas perfectionis: et perfectio angeli in infinitum excedit hominem: ergo perfectio angeli est infinita, quoniam si data pedalaritate daretur quantitas que sit infinitum excederet illam, illa perfectio esset infinita. Et confirmatur. In homine sunt infinita predicata essentialia quorum quodlibet addit novum gradum perfectionis supra aliud: ergo est infinita perfectio. Probatur antecedens. Natura animalis dicit novum gradum perfectionis super naturam corporis: et perfectio hominis aliquem gradum super perfectionem animalis: ergo inter animal et hominem potest dari unus gradus medius perfectio: animali et imperfectior homine et inter illum gradum et animal potest dari unus alius et sic in infinitum: et iste omnes perfectiones usque ad substantiam et ens sunt in homine: ergo. Quartum argumentum esse posset. Ignis potest produci

frustra e potest
na potentia p
text. 12. 2. Aris
potentia. In re
Ad actum sed m
e in potentia illa
e felicitas nra redit
aliam videtur cum
p duplex e potest
respectu Actu p
alia respectu alio
di et q pot. hanc
e respectu alio m p
cetera in ultimo ser
nita pte in actu q
colorem pot dividi
partes alia pro me
innat. qd. ille pte
de existant in acti
tam e actum solus
potentia e divisio
tuler. qd. et m m a

Quaestio. iij. De infinito naturaliter

Ad propositum ergo ut re-

deamus, aliter accipit infinitum ratione quantitatis, aut continue aut discrete. Et hoc modo loquitur in hoc libro Aristotele. Quocirca diffinitio infiniti esse illud cuius secundum quantitatem accipientibus semper aliquid accipere est extra, ut patet in text. 63. ubi eandem diffinitionem expositam dedimus. Et hec convenit tam infinito in magnitudine, quam in multitudine: tam in actu, quam in potentia. Metoerici autem philosophi dicunt infinitum hoc modo ad huc accipi dupliciter, vno modo categorematice, ut est nomen supponens prore infinita: et alio modo syncategorematice ut est adverbium exponibile per hanc orationem, non tantum quin maius, aut tantum et in duplo plus et in quadruplo etc. Et hoc pro infinito in magnitudine. Et proportionabiliter infinitum multitudine exponitur, non tot quin plura seu aliquot et in duplo plura et in triplo etc. Statuunt praeterea hanc regulam, quod quando infinitum ponitur a parte predicati, tunc accipitur nominatim et categorematice, ut Deus est infinitus, continuum habet partes infinitas. Quando vero ponitur a parte subiecti, tunc accipitur syncategorematice, et exponibiliter, ut, infinite parva est pars continui. Regula tamen non est adeo necessaria. Quin potius consulende sint aures. Exactior forsitan esset regula, quod accipitur syncategorematice, quando habet formam adverbii, ut, infinite parva est pars continui, continuum est divisibile in infinitum. Nam quando habet formam nominis, etiam a parte subiecti accipitur categorematice, ut infinite partes sunt in continuo, infinita res est Deus. Et vero nec Aristoteles, nec veterum vllus philosophorum videtur his nominibus: sed ut patet textu presentis, 56. distinguitur infinitum in infinitum in actu et in infinitum in potentia. Quibus verbis videtur Sancti Thome, et interpretes universi. At qui idem existimo pollere in infinitum actu, quod infinitum categorematice: et infinitum in potentia, quod infinitum syncategorematice. Et sumitur hec distinctio ex distinctione huius quod est esse permanentem, aut successivum. Nam infinitum in actu est illud quod habet infinitas partes permanentes: et idem est infinitum categorematice. Est ergo infinitum hoc modo, illud quod vni parti signate habet infinitas equales et non communicantes, ut si daretur infinita linea versus orientem, signata vna pedalitate, habere infinitas equales non coequantas. Dicitur, equales, quia in vno pedali sunt infinite partes inaequales proportionales. Dicitur, non communicantes: quia bipedale habet infinitas equales communicantes. si infinitas pedalitates, nempe primam medietatem, et aggregatum ex secunda medietate prime pedalitates et prima medietate secunde, et aggregatum ex vltima quarta prime pedalitates et tribus quartis secunde, et ita infinitum diuisa prima pedalitate per partes proportionales, et pariter secunda. Dicitur, vni parti signate, ut supponat determinate: nam si supponeret confuse, vares in pedali infinitas non communicantes equales vni scilicet duas tertias equales tertie parti, et tres quartas equales quarte parti etc. Infinitum autem in potentia est ens successivum, ut ait hic Aristoteles, text. eodem, 56. Unde infinitum in potentia est illud cuius partes si incipias numerare semper que numerate sunt, sunt finite, et que restant numerande infinite. Et hoc est quod aiunt philosophi huius temporis, syncategorematice, ut si tempus post hoc infinitum incipias numerare, non dabitur tanta pars tem-

poris, quin adhuc alia pars restaret transeunda: nunquam tamen veniretur ad instans in quo numerando sit transactum infinitum. Pariter in infinitum potest Deus creare speciem creaturarum perfectam: quia quacumque data poterit creare perfectiore: nunquam tamen dabitur infinite perfecta. Similimodo continuum est in infinitum diuisibile syncategorematice: nam quocumque datus diuisioibus, possunt esse plures: sed nunquam dabunt infinite facte. Et sic tamen adnotatur im quod non est subinde concedendum: quod iuniores isti concedunt, si infinite magnam esse partem continui syncategorematice, propterea quod signato pedali, aliquata est pars illius et non est aliqua tanta pars, quin adhuc detur maior, addendo medietatem excessus quo totum excedebat illam. Iste est praemissae conclusioe quidam denique non detur maxima pars, non tamen quod detur in infinitum magna pars. Ad hoc enim non sufficit, quod quacumque parte data daretur maior pars, sed requireretur quod quacumque quantitate data daretur aliqua pars maior: et clarum est, quod nulla est pars maior quantitate totius. Et reuera hoc sonat quod detur infinita pars. Eadem ratio est potentia portatus petri terminetur ad minimum quod non: nam pondus equale sue resistentiae non potest portare et quodlibet minus potest. Et in qua hoc detur, non tamen illico sequitur, ut isti concedunt, quod petrus infinitum pedus potest portare: sed requiritur quod quocumque pondere dato possit maius portare. Et ideo conuertitur ille due expositiones non tamen quin plus, et aliquantum et in duplo maius, et in triplo, etc.

His praediactis fundamentis

praeter primam supra positam conclusionem adhibentur alie due quibus ad questionem respondetur. Sit ergo secunda conclusio. Datur naturaliter infinitum in potentia: tam in quantitate continua quam in discreta. Conclusio est expressa Aristoteles, text. presentis, 56. in sequentibus. Quam quantitas expressis ostendit, si in tempore, et motu celi, et quantum ad discretas, in generationibus: que tria per se existimabat in infinitum durare. Et ideo quantumcumque tempore et motu signato, adhuc posset esse maior: quod est esse infinitum in potentia. Et idem est de generationibus. Nos vero christiani, quos fides docet mundum non duraturum in infinitum, exempla ponere possumus de igne inferni: qui durabit in infinitum, et per consequens quocumque tempore et motu illius dato adhuc restabit amplius. Idem magis censetur de damnatorum cogitationibus, quin etiam de actibus beatorum quos habere possunt extra verbum: qui in infinitum poterunt multiplicari. Quartum exemplum est de partibus continui, quas dicit esse infinitas in potentia. Ubi adnotandum est quomodo Aristoteles, non ponit partes continui actu infinitas: non quod non sint infinite partes proportionales in continuo: sed quod non sunt per se infinita entia: nam cum ens et vnum conuertantur, et partes ille non sunt actu separate, et per consequens nec habent unitates distinctas, sed faciunt vnum cum toto, sit ut nec sint entia actu plura. Quidam autem continuisse infinitum in potentia: nempe quia potest diuisi in duas medietates, et in quatuor quartas, et ita in infinitum. Alii tamen inquit quod illa potentia nunquam potest reduci ad actum, veluti es quod est in potentia status potest aliquid quando esse actu status: sed taliter, ut quocumque diuisiones dentur erunt, finite et restabunt semper infinite. Et ideo ait infinitum esse imperfectum et materia: nempe quia illa ratio infiniti semper est in fieri et nunquam exhauritur. Consequenter, quibus

2. Conclusio

Diffo inf: utia nat?

Infinitum dupliciter.

Rego

Actus Rego

Actus

Infinitum actu

Infinitum in potentia

Super tertium Physicorum.

bus hec explicacius adnotauimus. Est enim duplex potentia alia permanentium que pot' aliqu' reduci ad actum, vt puer qui modo est potentia vir a liquando erit vir. Alia est potentia successiuorum, que non reducitur ad actum, permanentem, sed actus eorum consistit in fieri. Et tale est infinitum in potentia. Tertia conclusio. Nullomodo est naturaliter possibile infinitum in actu, neq' in magnitudine nec in multitudine. Et hec pariter asseritur ab Aristo. eodem textu aduersus eius predecessores philosophos: quorum opiniones abunde vt reor explicite sunt in comentis, cu' rationibus, quibus multie Aristo. aduersus eos vsus est. Cum enim in rei veritate principium generationu' perpetuo debeat durare, probe illi hallucinabatur debere esse infinitum. Non tamen cognoscebant principiu' nisi materiale, et ideo conuinebantur eiusmodi principium materiale ponere infinitum in actu: hoc quidem decepti, vt id quod primo principio efficienti (qualis est Deus) debebat attribueri, attribuebant principio materiali: Nam cum in materia eadem nunc est sub vna forma, post sit postea succedere sub alia, sufficiens est materia finita ad perpetuitatem generationum, vt supra textum. 73. liquidum fecimus. Atqui quantum attinet ad magnitudinem, dupliciter conclusioem possumus explicare: secundum q' quantitas alicuius corporis dupliciter pot' considerari, scilicet physice aut mathematice. Cor: pus. n. physicu' est q' per certam formam constituit in certa spe: et cu' omnis forma naturalis determinet sibi certam quantitatem quo ad maximum et minimum. vt li. 1. q. 4. pertractauimus planu' inde sit no' posse naturaliter esse corpus physicu' infinitum. Secundo probatur conclusio: arguendo Aristo. in hoc libro textu. 48. vsq' ad. 52. Omne corpus physicum est mobile naturaliter ad certu' locu' (vt grauis et leuia) vel circulariter in loco, vt celum: sed corpus infinitum nullo istorum motu' esset mobile: ergo, probatur minor: na' motu recto non haberet locum naturalem quo moueretur (cum omnia replet) de motu, aut circulari, sic manifeste probat, hoc supposito qd' linee circuli quanto longius distant a centro, tanto et inter se plus distat, vt appa-



ret in subiecta figura. Si ergo ille linee protraheretur in infinitum, fieret vt et inter se infinite distaret. Tunc sic arguitur. In motu circulari necesse est q' linea que nunc. v.g. est in puncto a. tandem per motu' aliquando veniat ad punctu' b. vbi est alia linea exiens a centro: sed in corpore infinito nunq' posset illuc perueniri: nam linee quantu'cuq' proxime deducantur a centro si in infinitu' protrahantur distabunt infinite: et cum spacium infinitu' non sit pertransibile, fit vt neutiq' posset vna peruenire ad punctum in quo est alia. De corpore autem mathematico non curret ista argumeta: corpus em' mathematicu' est quantitas per intellectum abstracta ab hoc vel ab illo corpore physico. Nilominus cum corpus mathematicu' solum per intellectu' sit abstractu', et in rei veritate non possit esse: nisi in aliquo corpore naturali, fit, vt sicut corpus physicu' non potest esse infinitum, ita nec corpus mathematicum. Sed preterea arguitur. Si daretur infinitum naturaliter maxime esset extra celum (vt ponebant pythagorici) vbi nos credimus esse vacuum: nam latera celum finite distent, no' possunt eapere intra se infinitum. Si aut' extra celu' esset infinitu', illud cu' non

posset esse pura materia, sequitur q' illic essent infinita entia naturalia: et sic essent infiniti mundi: quod primo de celo scite redarguit Aristo. De infinita intentione qualitatis non est hic necesse verbu' addere: nam qua. ratione non potest esse corpus physicum naturaliter infinitum secundum quantitatem, nec potest habere infinitam qualitatem, de potentia vero supra naturalia quidnam dicendum sit questio sequens prestabit.

Ad primum igitur argumentum respondetur primo, q' quauis infinitu' non sit in actu, est tamen in potentia modo iam exposito. Et preterea quanquam infinitum non sit possibile, hoc tamen non esse possibile, pertinet ad physicu' ostendere: non vt sciatur simpliciter: sed vt sciatur non esse possibile. Ea ratione qua ad physicum pertinet tractare de vacuo, quod non est possibile.

Ad aliud rñdetur q' infinitu' cognoscitur p' suum positium: sicut tenebre et claritas cognoscuntur per lumen et visum. Est enim infinitum cuius preter numeratas partes semper est similes alias numerare. Ad confirmacionem respōdetur q' alia ratione pertinet ad mathematicum tractare de infinito (nempe q' est passio priuatiua quantitatis) et alia ad metaphisicu' (videlicet quatenus infinitum dicit potentiam vel actum) nihilominus alia ratione etiam pertinet ad physicu': vt ait Aristo. s. quia tractat de mobili et motu, qui fit in tempore. Unde q' hec omnia sunt quata, pertinet ad ipsum differere an eorum quantitas possit esse infinita. Itaq' alii tractant de infinito, vt abstractit a materia et motu: physicus autem concernendo materiam et motum. Ad secundum principale optima est responsio Aristo. quam supra textum. 57. exposuimus: videlicet q' vnicuiq' potentie conuenit reduci ad actum eo modo quo illi conuenit habere actum: q' infinitum non datur in permanentibus, sed in successiuis, potentia infiniti reducitur ad actum qui consistit in fieri: non tamen ad actum completum: qui est actu habere infinitas partes. Et isto modo generationes et tempus et motus, que sunt infinitu' in potentia, reducuntur successiue ad actum: qui nunquam finitur. Et eodem modo partes continuu' que sunt entia in potentia plura q' diuisione' sunt actum plura, nunqua' tamen possunt esse actu separate. Et ideo ratio infiniti est ratio imperfecti. Sed tunc ad replicam negatur quod partes ille continuu' possint actu esse separate: alias continuu' esset diuisum in omnem suam partem, quod implicat contradictionem vt sequenti questione videbitur. Est enim tunc pars indiuisibilis. Neq' ignis quando comburit lignum diuidit illud in omnem suam partem: tum quia combustio non procedit sigillatim per partes proportionales numerando vnam post aliam: tum etiam quia illa non est proprie diuisio: sed consumptio per introductionem noue forme in precedentem materiam. Ad alia vero inco'uenientia respondetur, quod Aristo. non negasset tempus transisse infinitu' et pariter motum et circulationes celi: q' incipiendo ab isto instanti numerare tempus preteritu' semper. vltra qualibet diem erit dare aliam diem: que est diffinitio infiniti (Ab eterno vero non potuit incipi numeratio, vt hic finiretur. Sed negat esse actu infinitum propterea q' oēs ille partes non possunt esse simul vt expresse subiungit tex. 58. Imo quauis daretur tempus esse accidens distinctum: et quod Deus posset illud conferuare, repugnat tamen qd' formaliter illam successiōem temporis et motus deus conferuaret similiter.

3. Conclus.

120 physica

2 10

magis aliquod punctu' ab a centro eo modo q' dicitur, q' si infinitum in actu dicit infinita vel que non fuerit in ore et sic daretur ut motu sine q'...

De infinito...

multitudi...

de infinito...

habere dupl...

et q' oppositum...

et q' consideratio in...

Ad 2. pto.

Potentia et alia...

et q' per se...

et q' q'...

ad Replicam

ad alia

Amiliter. Et idem est dicendū de generationibus præteritis infinitis. Et eadem ratione non negaret respectu copule de futuro tēpus infinitū erit etiā categorematice demonstrando totū tēpus futurum: sed negat esse actu infinitū. ppter ea q̄ incipiēdo hinc numerare nūquā posthac signabitur instans in quo verum sit dicere infinitos dies esse transactos. Itaq; ad hoc quod hec sit vera, infinitū tempus erit, nō requiritur quod ista de inesse sit vera in aliquo instanti post hoc, tempus infinitum est transactum: quod requiritur vt sit post hac infinitum in actu) sed satis est q̄ hec post hac sit vera, in finitū tempus est, si verbum vniat pro toto tēpore futuro, aut si vniens pro instanti denotet tunc esse aliquod instans continuatiū tēporis infiniti. Unde apud Aristote. non est idem q̄ infiniti homines præcesserint, aut quod posthac infiniti erunt: et aliquando dentur infiniti in actu. ¶ Ad aliud de animabus fateor difficilimum esse diuinare quid Aristote. respondisset. vnde vt ait Sant. Thom. 2. contra genti. cap. 38. propter hoc argumentum philosophi ante lumen fidei in varios errores abierunt. Alij enim dixerūt humanas animas esse mortales. At quia Aristote. 1. de anima text. 65. et lib. 3. text. 20. de generatione animalium: capit. 3. manifeste potuit mentem esse perpetuam et separabilem a corpore, tanquam perpetuum a corruptibili. Commentator captus est dementia illa vt affirmaret intellectum esse perpetuum, ac perinde vnum in omnibus hominibus, animas vero corrupti. Quod certe bonum fuisset illi, ne nunc eius anima in inferno penas lueret: nō solum quod sarracenus fuit sed q̄ isto errore animam Christianis et plurimis exhibuerit reuocādū in dubiū animarū perpetuitatē. Alij (vt pythagorici) ponebāt circulationem animarum, ita vt vna anima successiue sit in diuersis corporibus: qua ratione finite sufficerent hominibus infinitis. Alij vt Aui. et Algazelus (quorum opinio nem refert. Sant. Thom. 1. p. quest. 7. articul. 4.) dixerunt solum Aristote. negare infinitam multitudinem causarum de per se: non tamen infinitam multitudinem rerum per accidens. Cause per se sunt ille que sunt essentialiter subordinatæ: quartū, si essent infinite, nulla esset prima: et per consequens non esset possibilis actio: eo quod causa prima est que debet omnes alias mouere. Anime vero infinite non essent essentialiter subordinatæ: sed singule essent singulorum hominum forme. Sed profecto hoc est impossibile secundum Aristote. qui textu hic. 4. 1. expresse negat numerum infinitum. Accipit etiam responsio quod loquebatur solum de numero qui resultat ex diuisione quantitatis: nam ratio eius etiam comprehendit numerum rerum indiuisibilium. At enim quod omnis numerus est numerabilis: et per consequens habet primam et postremam vnitatem. Et reuera omnia inconuenientia, que questione sequenti monstrabimus inferri possunt a infinitate rerum diuisibilium, sequuntur etiam ex infinita multitudine animarum: preterquam quod anime non occupant locum. Unde Sant. Thom. 1. p. questio. 46. articulo. 2. nihil respondet ad Aristote. sed cum sit alias tā eius discipulus, videtur eum in hac parte deserere: immuens, q̄ quāuis fuerit possibile de potentia Dei absoluta mundum fuisse ab eterno, non tamen est possibile q̄ homines fuerint ab eterno: sed q̄ angeli numero finito, et celi et res perpetue fuissent ab eterno. De quo nos disputabimus lib. 8. ¶ Sed ais quicquid sit de natura rerum saltē supra naturaliter postquā non repugnat mundum fuisse ab eterno, vt illic. S. Thom. et fere

theologi cōsistentur, posset Deus qualibet die produxisse vnam animam, vel vnum angelum: que cū sua natura sint entia perpetua, essent nūc infinita in actu. De hoc questione sequenti disputabitur. ¶ Hec argumentarē faciunt vehementer dubiam quid responderet Arist. quippe qui nō solū opinatus est mundū fuisse ab eterno. vt lib. 8. videbimus sed quod ante omnem hominem fuit etiam homo. Et hoc est manifeste necessarium secundum eius principia: nam ipse (vt ceteri omnes philosophi) ignorauit creationem. Et enim lib. 1. aduocauimus, impossibile reputauit ex nihilo aliquid fieri homines autem incipere non poterant, nisi daretur primus homo, aut primi homines in aliquo numero, qui quidem cum nō potuissent ex prioribus alijs generari, debuissent fieri par creationem, aut sicut in rei veritate factus est homo de limo terre: quod Aristote. nec suspicari vnquam potuit. Et ideo supposito quod non habuit opinionem Pythagore, nec Commentatoris, inuitabiliter sequitur quod posuisset infinitas animas modo existentes, vbicunq; ille sint. Nam cum nō occupent locū, vbicunq; esse possunt. Sicut concederet q̄ fuerunt infinite revolutiones celi. Atqui illi qui Aristotelem habent pro Deo, discruciat se, vt respondeant huic argumento: christiani vero non est cur de hoc se tantum fatigent: nam est hoc magnum argumentum quod habemus contra Aristotelem. ad probandum mundum non fuisse ab eterno: quoniam reuera creature esse non potuerunt, nisi per creationem: creatio autem neq; hominis neq; alicuius rei corruptibilis potuit fieri ab eterno vt relinqueretur sue nature. Nam si ab eterno creatus esset equus relictus sue nature, debuisset durare tantum per tēpus finitum: et per consequens ille equus etiā ab eterno fuisset mortuus: vt est manifestum: implicat tamē cōtradictionē q̄ ab eterno fuerit natus, et ab eterno mortuus, et tamē q̄ prius per viginti annos fuisset natus, quā mortuus. Si ergo nullus homo ex natura sui potuit ab eterno creari, impossibile est ante omnem hominem fuisse hominē: vno autem impossibili dato, nimirum si aliud sequatur. Itaq; adeo id manifeste concludit hoc argumentū, quod Aristot. lumine naturali, quantumcunq; fuerit predictus, pertingere exacte non potuit ad res veritates oēs naturalium. Et ideo quāuis cōcessisset infinitas aias, nullū argumentū est ita esse: postquā illud inferebat ex vno impossibili. Et forte hac de cā ita lubrice et sub nubilo loquutus est de perpetuitate animarū, qz videbat sublequi infinitas esse nec videbat clare quomō producerētur in corpore, et tñ non educerētur d potētia materie, q̄ tamē erat necessarii, si erāt perpetue, nā q̄ producerent per creationē ignorauit. Quocirca de intelligentiis: quia non sequebantur eadem inconuenientia palam enunciauit esse perpetuas, improducibiles et incorruptibiles: finitas tamen et non receptibiles in materia. ¶ Ad tertium distinguit q̄ angelus in infinitum excedat perfectionē hominis, aut homo perfectionem equi. Si enim intelligatur positū et categorematice scilicet quod excedat per aliquam latitudinem habentem infinitos gradus perfectionis, sicut infinita pedalia excederent vnam pedalitatem, id negatur: quia illo modo, solus deus essentialiter excedit omnem creaturā, id circo, vt dicebamus in prima conclusione, q̄ eius essentia est illimitata et non coarctata ad aliquem certum gradum et perfectionem specificam, sed est eminenter omnia: aut quod excedat negatiue. i. q̄ species equi non potest attingere ad perfectio-

De infinitis animal.

1. opus

2. opus

opio

opio

opio

prote.

Ad 3. prim.

Super tertium Physicorum.

nem hominis, nec species humana ad perfectionem angeli: & sic conceditur: unde tamen non sequitur quod species Angeli sit infinita: sed habet se in hoc species: sicut numeri ut. 8. meta. text. 10. docet Arist. Species enim quatuor est finita, licet species quaternarius non possit attingere ad speciem quaternarius: quia huiusmodi species consistunt in indivisibilibus: & ideo repugnat quod fiat eis additio in eadem specie. Repugnat enim quod sit homo essentialiter perfectior: metalias non esset homo. ¶ Confirmatio tertij argumenti multis modis peccat. Primo ut dicebamus in predicabilibus, questione de specie, et lib. 1. huius questione. 2. falsum est quod inter hominem et animal sit signabilis gradus medius essentialiter imperfectior homine et perfectior animalis: sed animal est proximum et immediatum eius genus: cum enim diffinitio hominis constet ex animali et rationali: non habet alium gradum: nisi istos duos. Et secundo ascendendo supra animal non proceditur in infinitum: sed solum usque ad substantiam quod expresse docet Arist. 8. meta. text. 10. ubi in hoc comparat species numero (qui non dividitur in semper divisibilibus, sed sicut in unitatibus) et non magnitudini que dividitur in semper divisibilibus, videlicet quod diffinitio specifica non dividitur in infinitum: sed datur primum genus & ultima differentia. ¶ Et preterea quod modo mihi occurrit. Quamvis daretur latitudo media inter hominem et animal, et inter animal, et corpus, non se tamen haberent sicut infiniti gradus perfectionis equales et non communicantes, sed sicut divisio continui per partes proportionales. Itaque inter hominem & substantiam est latitudo finita perfectionis procedens ab homine usque ad substantiam tanquam a certa latitudine perfectionis ad imperfectum: quod se habet sicut principium talis perfectionis. i. sicut unitas post principium numeri. ¶ Ad quartum principale conceditur, quod ignis potest producere infinitos calores synecategorematices. i. non tot quin plures naturaliter posito mundo perpetuo: hoc tamen non est infinitum in actu: sed solum in potentia, ut expositum est. Quod si applicentur per miraculum infinita simul combustibilia, ista casus non est naturalis: sed hoc spectat ad questionem sequentem, an Deus possit facere infinita actu divisibilia. Illo tamen per impossibile dato, conceditur quod producerentur infiniti calores: sicut si applicarentur infiniti aeres actu divisibilibus, producerentur infinita lumina. Sed tamen inde nullum est argumentum ad probandum infinitam virtutem ignis. Ignis enim solum potest producere calorem ut objecto in quocumque passum. Quod autem sint tot vel tot numero, hec est per accidens ex parte materie. Imo illo etiam dato per impossibile, ignis in infinitum cresceret, ut lib. 1. q. 4. disputatum est.

Textus. lxxvj. Quocirca ignotum, &c.

¶ Questio quarta.

**UTRUM DE POTENTIA
Dei absoluta possit fieri supra naturaliter infinitum in actu.**



Pro parte affirmativa arguitur. Quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere, in finitum esse non implicat contradictionem: ergo id potest a Deo fieri. Maior est nota & autoritate Aug. 1. non est impo-

sibile apud Deum omne verbum: & ratione: quia repugnancia esse non posset, nisi aut ex parte Dei: & hoc non cum sit potentie infinite: aut ex parte effectus qui tamen si non implicat contradictionem, non habet repugnantiam, ut fiat. Minor autem probatur: quia posito infinito, nulla potest inferri contradictio. ¶ Hi hilominus secundo probatur, quod non implicat contradictionem: nam tota disputatio in hoc pacto versatur. In continuo sunt infinite partes, ut Arist. concedit, dicens: quod est divisibile in temper divisibilia. Hec valet si dicatur quod sunt in potentia: siquidem illic sunt actu existentes in toto: ergo Deus cognoscit singulas distincte. Sic sic quicquid Deus conservat per causas secundas potest se solo conservare: sed ille partes sustinentur per unionem in toto: ergo poterit illas dividere et seorsum conservare: quo facto erit infinitum in actu. ¶ Tertio principaliter arguitur de linea gyrativa. Sit enim columna pedalis circularis, bipedalis autem longitudine, ut apparet in hac figura. Illic possumus cogitatione intelligere unam partem digitalis latitudinis que circum eat primam partem proportionalem illius columnae divisibile proportionem dupla: quequidem linea erit plusquam pedalis: et aliam partem continuam eiusdem lineae angustior, que gyrat secundam partem proportionalem: et eadem ratione gyrantur omnes que sunt infinite: quequidem lineae in rei veritate existit in illa columna, postquam est pars illius. Hoc intellecto patet illam lineam esse infinitam: quia quelibet pars illius lineae ad minus erit pedalis postquam facit circulum pedalem: & sunt infinite: ergo linea erit infinita. Quam nihil repugnat Deum posse separare a toto: et tunc erit actu infinita. ¶ Quarto in argumentum est. In hora futura, que nunc incipit, sunt infinite partes proportionales, quas Deus distincte cognoscit: ergo poterit in singulis singulos angelos creare. Quia ratione in fine hore erunt infiniti angeli. Et eadem ratione potest in qualibet parte creare ignem, vel lapidem pedalem & unire precedenti: et hoc modo in fine hore erit ignis aut lapis infinitus: hec autem nullam implicat contradictionem: ergo.


¶ Quinto principaliter arguitur. Nihil repugnat ut in confesso est apud theologos mundum fuisse ab eterno: quod & S. Thom. 1. p. q. 46. affirmat: ergo nec repugnat Deum in qualibet die creasse unum angelum, vel animam: atque adeo essent modo tot actu angeli quot fuerunt dies: dies autem ut superiorum. Dicebamus, fuissent tunc infiniti: ergo angeli essent modo actu infiniti. ¶ Postremo arguitur. Virtus potentie attenditur ex obiecto: virtus enim calefactiva est, quia calefacit: & visiva, quia videt: virtus autem Dei est infinita: ergo potest producere obiectum infinitum. ¶ Hec et alia huiusmodi argumenta fieri solent ad probandum possibilitatem infiniti supranaturaliter. ¶ In contrarium non possumus Aristotelem expresse citare, cum de supra naturalibus nihil novit: nihilominus videtur in hoc textu presenti insinuare esse impossibile de quacunque potentia: dicens, quod infinitum non est cognoscibile sub ratione infiniti: quod autem non est cognoscibile per nullam potentiam fieri potest. Item quia ut videbimus infinitum implicat contradictionem.

¶ Questio hæc celebris est &

per quam

Ad. 4. pri.

qualis est actus
concreta quod
divisibilibus
sunt ad hoc dicitur



Ad 2. dico q. deo cognoscit oes stans per totum suum
 aut cognoscit illas actu dividas q. factu cognoscit illas si sunt in continuo in quo b. existant actu tamen sunt divisibiles
 scilicet q. v. quibus motum qui dicit in parte esse deus p. res actu s. nam efformi na eduro hinc illas esse divisibiles au
 divisibiles q. Absolutu ab omni divisibilitate, ita q. dicit in continuo esse in parte actu no dicit q. ille p. res v. sunt esse actu
 q. loquitur Absolutu ab omni divisibilitate

Super tertium physicorum.

Nonis respondebimus) omittis variis responsis
 que dantur a diversis, conceditur Deum cognoscere
 distinet in infinitas partes continuu; cognoscit
 tamen eas sicuti sunt. i. cognoscit eas actu compo
 nere totum, esseq. divisibiles in infinitum syncate
 gorematicæ: non tamen cognoscit omnes collecti
 ve posse esse actu dividas. Quæmodum cognos
 seit quidem entia ex quibus fingitur componi chi
 mera, non tamen cognoscit illam esse possibilem.
 Et ideo non potest illam facere. ¶ Sed ecce validis
 simam replicam Gregorij. Quando dicitur q. con
 tinuum habet partes in potentia, aut ly, potentia,
 determinat ly, habet; tunc sensus esset quod solu
 potest habere illas: quod est falsum (imo actu ha
 beat eas) aut determinat ly, partes, vt sit sensus
 quod ille partes non faciunt singule per se vnum,
 sed omnes simul componunt vnum: tunc (inquit)
 non est maior ratio q. sint isto modo infinite facien
 tes vnum, quam si essent actu separate. ¶ Damus
 nos illi secundum sensum, vt enim semel intelliga
 tur quid est pars in potentia, explicamus, quod par
 tes continui sunt quidem actu partes: quia actu
 componunt: non tamen sunt actu entia: quia ens &
 vnum conuertunt: et ideo pars que non per se sub
 sistit, non est ens, sed entis ens. Est autem repu
 gnantia quod sint actu infinita entia, nulla est ta
 me quod sint actu infinite partes in toto. Si enim
 illa fierent per divisionem in continui in omnem suã
 partem varentur partes continui indivisibiles vt
 dictum est. Si autem alio modo crearentur actu
 infinita simul per se subsistentia, sequerentur ued
 moda alia que iam modo inferretur.

Partes in
 potentia.

Ad forma arg. h. dico
 q. in oes illas p. res v. q.
 mit no q. deo no pot
 obere vice causæ q.
 tis, s. q. ratio ne qua
 nua no pot dividit
 de ratione quantitatis est esse divisibilem & vera
 ratione partis est esse quantam: atq. adeo quantun
 et q. de tur minima divisa, restat adhuc divisibils.
 ¶ Similimodo peccat tertium principale argumẽ
 tum famose linee gyriatue: de qua tam se anxie af
 figunt multialys dicentibus esse infiniteam solum
 syncate gorematicæ, i. non tantum quin maiorem, a
 liis minus male dicentibus qd si infinita est linea
 gyriativa, in ea gyriativa est infinita. si est infinita
 syncate gorematicæ: est infinita cate gorematicæ:
 nam si non est tanta quin maior, eadem ratione co
 cedendum est q. vni pedalarum signate (quanta est
 grossitie columne) habet infinitas equales. Mihi
 hilominus falsissimum est q. sit infinita in actu, aut
 cate gorematicæ, aut syncate gorematicæ. Est enim
 ridiculum in physica quod in corpore bipedali de
 tur linea longior quam sit totum: nam eisdem pun
 ctis, quibus clauditur longitudo totius, clauditur
 longitudo cuiusq. partis ipsius. Et irrideret Aris
 q. inter duo puncta finite distantia, detur aliqua li
 nea actu infinita. ¶ Respondetur ergo ad formam
 argumẽti, q. quantumvis cogitatione possimus ima
 ginari talem lineam, tamen non est actu infinita: si
 cuti nec actu est ens per se. Quod si Deus inci
 piat illã separare a toto, erit semper tam lãga quã
 sta erit pars separata: nunquã tamẽ Deus per suã
 omnipotentia poterat totã separare: sicut non pot
 dividere continuum in omnem suam partem. Et in
 hoc sensu conceditur qd est infinita in potentia, &
 syncate gorematicæ, separabilis: quanta cumq. enim
 separaretur, poterit separari maior: non tamen est

potentia infinita cate gorematicæ: quoniam non est
 possibile, vt sit separata infinita: veluti continuum
 est in infinitum divisibile: nunquam tamen pot esse
 actu divisum in partes infinitas. ¶ Per hec itide
 respõdetur ad argumẽtu Maioris qui. 4. sent. d. 2. Maior.
 11. q. 2. censet posse infinitum fieri in actu multitu
 dine, si sacerdos intederet consecrare solas partes
 pares hostie diuise proportionẽ dupla: tunc enim
 eũ in omnibus paribus erit corpus, in imparibus
 vero panis, sit vt partes ille panis sint actu diuis
 se: tamen si albedo & alie qualitates sint continue:
 ille nanque non credit quantitatem distingui a re
 quanta. Quod si tenentes quantitatem distingui
 responderint manere illic omnes partes sub eadẽ
 quantitate continua, saltem sequitur quod partes
 panis erunt infinite actu diuise secundũ substan
 tiam. Et preterea arguitur, quia si hoc modo De
 facere potuit vt diuideretur substantia, manifeste
 sequitur quod potuerit simili modo eorum p. res
 partes pares quantitatis & q. manerent impares.
 ¶ Huic tamen argumẽto respõdetur primo physice
 q. petit principiu: nam si implicat contradictio
 nem continuum esse diuisum in omnem suam par
 tem (quia tunc daretur pars indivisibilis) negatur
 posse Deum consecrare talem virtutem verbis, vt pos
 set illo modo intercalare partes proportionales.
 Et reuera si Philosofo naturali non posset per
 suaderi mysterium eucharistie aliter, quam vt si
 mul hoc corollarium admitteret, satis profecto es
 set illi persuasum difficile. Preterea rñdetur more
 theologorum, qd certe sacerdos qui illo modo pre
 tenderet consecrare, & nullatenus consecraret, &
 sacrilegus proinde esset: consecrari enim non pot
 materia, nisi sit distinetè presens, vt possit demou
 strari pronomine, hoc, qd est in forma verborum:
 partes vero impares non possunt illo modo esse
 presentes homini distinetè et sigillatim: siquidem
 sunt infinite, nec alicui creature. Et quãquam deo
 sint presentes, iam dictũ est q. Deus no cognoscit
 illas vt actu separabiles: & ideo nec posset Deus
 illo modo consecrare: sicut non potest diuidere co
 tinuum in quamlibet suam partem.

Hinc sumitur alterum argu
 mentum aduersus istos asser tores infiniti, q. pro
 fecto quãuis vera esset opinio infiniti, fieri tamen
 nequirit modo quo ipi concedunt. Casus enim eo
 rum frequentissimus est qui positus est in quarto
 argumẽto principali: nempe, quod hora futura
 diuisa per partes proportionales minoribus ter
 minatio versus finem, Deus producat in qualibet
 parte vnum angelum, & sic erit multitudo infinita
 aut lapidem & continuet cum alio: & hac ratione
 erit magnitudo infinita. Huiusmodi tamen casus,
 preter positionem infiniti, non solum simpliciter
 sed certe explicant manifestam contradictionem:
 nam ponunt quod hora sit numerabilis per quam
 liber suam partẽ: quod est impossibile: sicut q. vñ
 continuum permanens diuidatur in omnem suam
 partem. Et certe quantumvis deus possit facere alio
 modo infinitum, non posset tamen oes partes propor
 tionales hore numerare incipiendo a prima. Et
 hec est ratio Aristo. hic textu. 4. 1. vbi sic arguit, o
 mnis numerus est numerabilis: infinitum autem
 non est numerabile: ergo non potest esse nume
 rus infinitus. Et tex. 59. expresse ait, q. si quis con
 tinuum aliqua certa proportione diuidat, nunquã
 illud pertransibit. Nec pot intellectus aliud ca
 pere, nisi q. si Deus numeraret illo modo oes, nu
 meraret vltimam. Et ideo quã rone non datur vlti
 ma

Ad forma arg. h. dico
 q. in oes illas p. res v. q.
 mit no q. deo no pot
 obere vice causæ q.
 tis, s. q. ratio ne qua
 nua no pot dividit
 de ratione quantitatis est esse divisibilem & vera
 ratione partis est esse quantam: atq. adeo quantun
 et q. de tur minima divisa, restat adhuc divisibils.
 ¶ Similimodo peccat tertium principale argumẽ
 tum famose linee gyriatue: de qua tam se anxie af
 figunt multialys dicentibus esse infiniteam solum
 syncate gorematicæ, i. non tantum quin maiorem, a
 liis minus male dicentibus qd si infinita est linea
 gyriativa, in ea gyriativa est infinita. si est infinita
 syncate gorematicæ: est infinita cate gorematicæ:
 nam si non est tanta quin maior, eadem ratione co
 cedendum est q. vni pedalarum signate (quanta est
 grossitie columne) habet infinitas equales. Mihi
 hilominus falsissimum est q. sit infinita in actu, aut
 cate gorematicæ, aut syncate gorematicæ. Est enim
 ridiculum in physica quod in corpore bipedali de
 tur linea longior quam sit totum: nam eisdem pun
 ctis, quibus clauditur longitudo totius, clauditur
 longitudo cuiusq. partis ipsius. Et irrideret Aris
 q. inter duo puncta finite distantia, detur aliqua li
 nea actu infinita. ¶ Respondetur ergo ad formam
 argumẽti, q. quantumvis cogitatione possimus ima
 ginari talem lineam, tamen non est actu infinita: si
 cuti nec actu est ens per se. Quod si Deus inci
 piat illã separare a toto, erit semper tam lãga quã
 sta erit pars separata: nunquã tamẽ Deus per suã
 omnipotentia poterat totã separare: sicut non pot
 dividere continuum in omnem suam partem. Et in
 hoc sensu conceditur qd est infinita in potentia, &
 syncate gorematicæ, separabilis: quanta cumq. enim
 separaretur, poterit separari maior: non tamen est

ma, sit vt nec sint omnes numerabiles. Nec valet consequentia in instanti terminatio hore tota tra sinit, & quelibet eius pars: ergo potuerunt omnes numerari sigillatim versus illud instans: sicut non sequitur, musca potuit pertransire totum pedale: ergo potuit trafe sulo numerare sigillatim omnes partes proportionales. Unde habzuel loco citato: licet dicat probabilem esse positionem infiniti, non tamen persiuit in hoc quod fiat per partes propo tionales hore. Quomodo circa posito isto modo infini to, non solum sequuntur inconuenientia propria in finiti, sed alia noua, & manifestiore implicancia con tradictionem. Quia propter vt plene respondeat nus quarto argumento, ostendamus septem argu mentis quomodo implicat contradictionem infini tum factu per partes proportionales hore: & quin que alijs quomodo repugnet simpliciter: vt oia sint numero duodecim. Primo si Deus posset face re isto modo infinitum, sequeretur quod etiam pos set facere illud producendo pedalitates illas per omnia instantia hore (nam sicut cognoscit omnes partes proportionales, ita cognoscit omnia instan tia) taliter tamen vt nullum pretermittatur insi stans totius hore: quo non produceretur vnus pedale, & vnatur precedenti. Nihil enim argumento refert instantia esse accidentia distincta, nec ne. Tunc se queret q illius infiniti secundum longitudine nul la esset pars continua maior quam pedalis: quod profecto expressam dicit contradictionem. Seque la tamen probatur. Detur pars aliqua maior pe da li, que sit, v.g. bipedalis, ille due pedalitates fue runt producte in duobus instantibus diuersis: et Deus nouit que instantia erant illa: sed nulla pos sunt esse instantia immediata, imo nulla, inter que non mediant alia infinita: ergo inter productione prime pedalitatis et productionem secunde, fue runt alie infinitae producte: et per consequens iste non sunt immediate vnite. Et pari modo replica bitur de quibuscumq; duabus pedalitatibus quas dederis immediate continuas. Propter argumen tum hoc nullus credo admittet huiusmodi produ ctionem partium continui per omnia instantia, nul lum pretermittendo: sed per partes pportionales: aut per instacia incipientia partium vt ponti Gre gorius: que habent certum ordinem. Tunc sequi tur secundum corollarium, s. q dabitur vltima pars & non dabitur vltima pars proportionalis in con tinuo. Negatiua supponitur ex natura cotinui: sed probatur affirmatiua. Producat Deus in prima parte proportionali hore vnum baculum pedale in manu mea, quod ego pugno comprehendam: in se cunda parte proportionali excludat illud, & produ cat aliud cotinuum prior: quod quidem prius pro cedat versus orientem: in tertia parte proportio nali excludat secundum, & ponat tertium cotinuu cum secundo. Et ita per totam horam. Itaq; in qua libet parte proportionali, pugno teneo egovltimu pedale. Tunc sequitur q in fine ego habedo aliqd pedale in manu: nec oppositum potest quis assenti re. Primo, quia nullum fuit productum nisi in ma nu, nec aliquid fuit inde exclusum, nisi ad positione alterius. Et preterea, quia illud infinitum tendes versus orientem terminatur in manu mea, quia ver sus occidentem non est infinitum, & non poterit lo cus alius signari, vbi terminetur. Quod si in fine hore detur aliquod in manu: reuera illud erit vlti mu. Certe non video quomodo quis possit hic con tradictionem subterfugere, s. q detur vltima pars & non detur vltima pars proportionalis hore. Itē est mirabile qd in instanti terminatio illius hore

verum sit dicere, immediate ante hac hoc corpus fuit finitum: & in nullo instanti fuit addita pars, nisi si finita: tamen mo est infinitum. Sed tertium corollarium est, quod posset Deus producto vno infinito secundum quid, puta quod sit infinite longum versus orientem, terminatum hic Salmantice, pedalter latum & pedalter pro fundum. Posset inquam ex illo infinito nihil pro sus addendo, facere vnum infinitum simpliciter versus omnem differentiam positionis. Probatur sequela. Solo quod in primaparte proportiona li hore, Deus ponat secundam pedalitatem illius infiniti super primam: & secundam parte proportio nali ponat tertiam & quartam pedalitates ad latus illarum correspondentes: & in tertia parte capiat quatuor alias pedalitates & apponat prioribus re tro versus occidentem, vt fiat corpus vndiq; qua dratum, & cubum ex octo pedalitatibus. Et ita per omnes partes proportionales auget illud corp; sub figura quadrata versus omnē differentia posi tionis, sursum & deorsum, ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum: nullam partem creandos: sed taliter vt nihil addatur corpori cubo, nisi quod demitur a corpore infinite longo. Tunc manifestum est q in instanti terminatio hore, illud corpus erit infini tum simpliciter cum infinities fuerit facta equa lis additio quaq; versus. Et preterea, quia si negetur restare simpliciter finitum, signari non pote rit cuiusnam sit quantitas: & tamen factum est ex vno infinito secundum quid. Quod profecto in tellectus qui capit, nec putat esse contradictione, nescio quō non capiat esse possibile, horem esse equi natino verū erit dicere. Immediate ante hac cor pus hoc erat vndiq; quadratu: & in nullo instati ad ditū est illi quicq; nisi sub figura quadrata: & tame modo non est quadratum: quia infinitū nullam po test habere figurā. Quartū corollarium est. Dato illo secundū quid versus orientem infinito, hic ter minato, pedalis latitudinis & profunditatis, posset Deus infinities infinita ab illo tollere, taliter tamē, vt semper maneret infinitū. Probatur. Toloq; Deus in prima parte proportionali hore auferat ab illo infinito omnes pedalitates impares, s. pri mam, tertiam, quintam &c. pares autem vnaturiam auferat vnum infinitū, & manet aliud. In secunda par te proportionali hore itidē diuiso illo infinito per pedalitates auferat impares, & vnatur pares. Et ita faciat per omnes partes proportionales hore: que sunt infinite. Sic in instanti terminatio hore abstulit ab illo infinito, infinities infinitum, & se mper manet infinitum. Est mirabile quod in singu lis partibus proportionalibus vnus hore deus non producat, nisi vnām pedalitatem, quando pro ductum fuit illud infinitum secundum quid: & ta men postea in qualibet hora auferat ab illo infini ties infinitū, & hoc faciat per infinitū, tēpus: & tū nō possit hauriri illud infinitū. Hoc quidē non con tradictionē, sed demētia (nisi verbo adesset inuidia) appellare. Scio equidem Solutionem istorum so re, hec esse corollaria que sequuntur ex infinito: et ideo non esse inconuenientia. Hesi posito infini ti esset articulus fidei, vt quicquid inde sequatur sub pena inferni sit concedendum. Quinimo profecto si ex articulis nostre fidei similia absurda aduersus nos colligerent infideles, grauissime & periculosissime periclitaretur fides: cū tū isti, vt leuiculus opti nionem defendant, nihili faciunt hec concedere. Quintū corollarium est. Dato vno corpore circu lari pedali, posset per partes proportionales hore

primū co rollarium.

Corolla.

3. Corolla.

4. Corolla.

5. Corolla.

quod si infinitū est semper illud nō pte angibile.

Super tertium Phycorum.

semper illud circulariter Deus augere circūponendo pedalem grossitiem in qualibet. Quodaro subsequitur quod instanti terminatio horē verū erit dicere. Immediatē ante hanc, hoc corpus fuit circularē: & in nullo instanti quicquam est additū, nisi circulariter: & tamen modo non est circularē. Item tunc lineę que exhibant a centro singule a se inuicem in infinitum distabunt. Nam quanto plus elongantur a centro, tanto magis distant, vt in pcedenti questione dictum est: & cum diducantur lineę in infinitum secundum hanc opinionem, sequitur qd darentur infinite lineę quarum singule a singulis in infinitum distant. ¶ Sextum corollarium est. Datis quibus columnis pedaliter distantibus si Deus per partes proportionales produceret in finitum lignum, inter illas in qualibet parte proportionali horē interponendo vnam pedalitatem inter columnas: quarum altera versus orientem, altera versus occidentem moueretur, daretur infinitum inter duo puncta. Quod si dicas non esse inconueniens, quia ille columnę in infinitum distabunt. Arguitur contra, qd non sit possibile duas res finitas in infinitū distare. Deus distincte cognoscit loca illa vbi sunt ille columnę, quandoquidem distincte cognoscit intuitiue columnas ipsas. Tunc sic. Aut intelligit vltra illa loca alia esse imaginaria loca adhuc longius distantia: & tunc non cognosceret colūnas illas in infinitum distare. Si autem dicatur qd Deus non cognoscit alia loca imaginaria versus orientem & occidentem vltra illas columnas, hoc profecto videtur intellectu difficile imo impossibile: nam cum columna illa que est versus orientem sit corpus finitum, necesse est vt Deus videat eam esse in loco finito pedali: & per consequens circunquaq; Deus intelligeret locum imaginarium extraiillam: atq; adeo versus orientem non distat in infinitum: sed poterit adhuc eam pelere vterius. Mirabile. n. est profecto qd Deus videat columnam in aliquo certo loco & non possit eam depellere quocunq; velit. Intelligenti relinquimus rem animaduertendam. ¶ Septimum corollariū posset huc accersiri ex lib. nostro. 3. simul. Sequeretur enim secundum hanc opinionem quod eadem ratione, posset Deus in prima parte proportionali horē producere vnum angelum, et eundem in secunda parte annihilare: & rursus in tertia parte reproducere: ita per totam horam in partibus imparibus producere & in imparibus annihilare. Quod dato sequitur (vt loco citato dicebamus) qd ille angelus in fine horę erit & nō erit (supponitur. n. qd in instanti extrinseco terminatio horę, nec pducatur d nouo, nec annihilatur). Probatur sequela: nam des vtram partem malueris. Si dicas qd erit: ergo in vltima parte proportionali fuit productus, quam necesse est dicere fuisse imparē. At vero nulla dabitur postrema impar, quam non sequatur alia par in qua fuit annihilatus: ergo in fine manet annihilatus. Quod si dederis qd non erit, eadē arte probabo qd erit: nam postquam licet parem in qua fuit annihilatus, fuit alia impar in qua fuit productus. Reuera argumentum, vel deducit respondentem ad metam non loqui: vel quācumq; dederit partem contradictionis, cogit eum alteram simul concedere. ¶ Existimo ad quartum argumentum principale, satis esse responsum: nempe quod producere infinitū per partes proportionales horę, non solum repugnat rationi infiniti, sed ex modo producendi infert peiora adhuc tabuldiōra inconuenientia.

Sextum corollarium.

Septimū corollariū.

¶ At quia fautores infiniti saltem affirmabunt Deum posse producere infinita entia in eodem instanti actu separata, non per diuisionem continui, nec per partes proportionales horę: & pari modo vnam magnitudinem infinitam inferam inde alia corollaria, quibus ostenditur esse etiam hoc impossibile. Sit ergo octauum corollarium, argumentum quod ipse contra se facit Gregorius. Sequeretur qd vel pars nō esset minor suo toto, vel qd non quecumque sunt equalia vni tertio sunt equalia inter se, vel qd vnum infinitū esset maius alio, quorum neutrum est pars alterius. Et faciam prius argumentum in quantitate discreta, vt ipse facit. Sit infinita multitudo lapidum hinc a Salmantica versus orientem, & infinita etiam hinc versus occidentem: quarum prima vocetur a. secundū da. b. et. c. sit pars multitudinis. a. que quidē pars in cipit a Parisiis versus orientem. Item q. a. excedat. c. per totam multitudinem: que est hinc vsq; parisiōs. Tunc arguitur sic. a. multitudo est equalis. b. quia vtraque est infinita, & neutra est pars alterius: & eadem ratione. c. est equalis. b. ergo. a. & c. inter se sunt equalia. Si negas aliquam partem antecedentis, das duo infinita quorum neutrum est pars alterius non esset equalia. Si negas consequentiam, das qd non quecumque sunt equalia vni tertio, sunt equalia inter se. Si vero concedis antecedens & consequentiam, sequitur qd non omne totum est maius sua parte: nam. a. est totum respectu. c. Respondet Gregor. qd idem argumentum, posset fieri de duobus continuis et de medietate alterius eorum, datis enim duobus bipedalibus a. & b. tot sunt partes adęquate in. a. quot in. b. et tot etiam in. c. que est medietas. a. quot sunt in. b. & per consequens tot sunt in. c. quot sunt in. a. licet. a. sit totum & c. pars. Eodem modo nihil inconuenit dicere ad argumentum, tot esse lapides in. c. infinito quot sunt in. a. Miror autem quomodo sit contentus hac solutione: aut qua ratione potuit adducere vt concederet tot esse lapides in. c. quot in. a. cū ad oculum constet lapides qui sunt hinc vsq; parisiōs esse in. a. & nō in. c. & illine vtrunq; esse infinitū versus orientē. Nec profecto est ratio de partibus proportionalibus cōtinui que sunt illic in potētia, & de partibus equalibus multitudinis infinitę, qd sunt perse subsistentes. Nam quia nulla est tam parua pars quin sit diuisibilis in infinitas, nihil inconuenit tot esse partes numero in medietate, quot in toto: minores tamē. At qd partes equales in magnitudine tot sint in parte, quot in toto, intellectu capere non potest. ¶ Quod si in quantitate continua fiat argumentum, inconueniens erit manifestissimum. Sit enim linea. a. hinc infinita, versus orientem, & pars eius a parisiis versus orientem sit. c. linea vero infinita hinc versus occidentem sit. b. & fiat argumentum: a. linea est equaliter longa. b. & c. est equaliter longa eidem. b. ergo. a. & c. sunt equalia in longitudine. Dicere autem qd pars secundum longitudinem sit equaliter longa suo toti, expressissima est contradictio. Nec locus relinquitur fugiendi ad numerum partium proportionalium cōtinui. ¶ Nonum corollariū est. Sequeretur qd datis duabus lineis quarum. a. est longior quam. b. per solum motum localem, sine noua quantitatis additione, b. fieret longior quā. a. patet: Si. a. inciperet hinc Salmantica et esset versus orientem infinita. b. vero inciperet a parisiis: manifestum est qd. a. sit longior quam. b. & tamen si manentibus fixis punctis Salmantice & Parisiis, Deus moueret illas,

Coroll. 8.

Coroll. 9.

10. Coroll.

vt partes tendentes in orientem verterent versus occidentem: tunc illa linea terminata parisiis, esset longior quam hec que terminatur Salmantice. Non ignoro quin Aristote. admissio per impossibile infinito versus orientem non concederet q per aliquam potentiam illud extremum versus orientem (quod nullum est) posset circulariter moueri versus occidentem. Sed tamen isti id non possent negare, nam posset Deus manente prima pedalitate hic fixa Salmantice in prima parte proportionali hore abscindere secundam pedalitatem que est versus orientem & vnire retro prime versus occidentem, & in secunda parte proportionali hore vnire secundam pedalitatem eodem modo: & ita per totam horam, linea que erat infinita versus orientem: fiet infinita versus occidentem. Quod si idem fiat de illa que terminatur parisiis. Concluditur totum corollarium. ¶ Decimum corollarium egregium certe est. Si Deus posset producere infinitos homines, produceret eos. v. g. ordinatos hinc versus orientem: quorum singuli singulos precise habeant pileos. Sequeretur quod posset Deus auferre ab istis infinitos pileos, imo infinities infinitos, & tamen quilibet maneret cum suo pileo. Probat. Solo q auferat omnes pileos hominum pariu, puta secundum quartum &c. manentibus imparibus: tertius det pileum suu secundo, & alij duo impares. Quintus et septimus dent pileos suos tertio et quarto, et alij quatuor impares. Nonus & tres sequentes dent pileos suos hominibus quinto, sexto, septimo, & octauo, & postea octo impares det suos pileos octo subsequens hominibus vsque ad sextum decimu: & ita fiat per omnes partes, proportionales hore. Tunc demu in fine sublari erunt infiniti, & quilibet manebit cu pileo. Atqui eade arte poterit De⁹ vti in infinitis horis, aut in mille, vel decies ceteris millibus, vt semper auferedo infinitos pileos relinquat singulis singulos. ¶ Atqui potest alio modo verti corollarium. Datis illis hominibus cu singulis pileis, posset Deus nullu prorsus pileum addendo facere, vt quilibet habeat infinitos. Probat. in prima parte proportionali hore omnes impares, puta tertius et quintus &c. (qui sunt infiniti) dentur primo homini: in secunda parte proportionali ex alijs restantibus oēs etiam impares intercalariter, puta tertius quisq (qui etiam erunt infiniti) idetur secundo homini: & in tertia parte proportionali ex residuis tertius etiam quisque dentur tertio homini. Quod si idē fiat per oēs partes proportionales hore, in instanti terminatio quilibet habebit infinitos. Nec refert hoc fiat per partes proportionales hore: an simul id faciat Deus in eodem instanti. Fateor corollaria ridicula sunt: sed esset etiam ridiculus, qui, vt positionem infiniti defenderet, ista concederet. ¶ Eadem proportione sequitur q si singuli illi homines infiniti haberent singulos precise aureos, posset ex illis vnusquisq tantum ditescere quantum vellent. Exempli gratia. Si illos infinitos aureos conuicerent in vnum cumulum: & postea quilibet resumeret centu profecto omnibus sufficeret cumulus: nā tot sunt in cumulo centenarij, quot sunt homines. Et si rursus facerent cumulum, & quilibet vellet accipere decies centena milia, abunde itidē haberent in cumulo, vnde posset extrahere. Quod si rursus facerent cumulum, & vnusquisq parce acciperet vnum tantum aureu: ex haurirent totum cumulum, perinde ac si quisquis acciperet decies centena milia. Si hec non esset contradictio, nescio quam existiment isti esse contradictionem. ¶ Undecimum corol-

lariū posset esse illud qd tetigimus lib. 3. Similiter. Datis em infinitis angelis, vel Deus potest plures alios producere vel nō: si nō, potentia dei esset exhausta: quod impossibile esse loco citato (vt reor) ostendimus: nā cū potētia dei ex se sit illuminata, & creatio rerū nō ponat aliquam materiā, que posset exhaustiri per creationem sit vt quotcunq rebus creatis infinitis & infinities infinitis, nulla potest reddi causa cur deus non possit producere plures. Nā reddere pro causa deū iam pduisse quotquot potuit: est petitio principij: hoc em ostendit argumentum. s. q postq non est repugnantia ex parte cause efficientis, nec ex parte materie, quotquot dentur creature nō sunt causa vt nō possint plures produci. Sed de hoc ille copiosius dictum est in materia modalij lect. 2. Si autem dicatur q datis infinitis angelis adhuc De⁹ potest producere plures, sequitur q vna multitudine simpliciter infinita potest dari alia maior: quod rationi infiniti repugnat. Et enim data magnitudine simpliciter infinita contradictio est posse esse maiorem, ita datis infinitis hominibus qui sint simpliciter infiniti, videtur impossibile posse esse plures: nam quā ratione posset Deus infinite multitudini addere vnā partem: quod est repugnans nisi illa se penetraret cū alijs. ¶ Sed quicquid sit de infinita multitudine rerum indivisibilium, arguitur q Deus non possit producere infinitos homines saltem relictos sue nature. Sequeretur enim quod quelibet pars cum qualibet parte se penetrarent in eodem loco. Probat. sequela. Illi infiniti homines habebunt infinitos oculos: infiniti aut em oculi dextri replebunt omnem locum imaginariū. Imo infinita grana milij, aut infinite formice. Si ergo oculi dextri omnem locum imaginariū replent necesse est vt sinistri se penetrant cum dextris: & cum nō sit maior ratio d vno quā de alio, sequit q quilibet penetrat cū quolibet: & eadē ratione lingua & manus & pes penetratur cū singulis alijs membris. Et vt euidentius argui appareat, creet deus pus infinitos oculos: pfecto tūc nō poterit creare infinitas linguas, nisi penetrādo linguas cum oculis, qd ā postea creet pedes, debent penetrari cū alijs membris: ergo eadē rōne si creet infinitos hoies, oīa mēbra debent se inuicē penetrare. Quare nō poterit Deus infinitos hoies creare relinquēdo illos in suis naturalibus: nam penetratio illa est supra naturalis. ¶ Quinimo nullā multitudinem rerum diuisibilem actu separatarum poterit Deus creare quin singule partes cum singulis se penetrant. Nam creet. v. g. infinita grana milij: & arguitur sic, si creasset infinitas medietates illorum granorum ille occupasset totum infinitum locum imaginariū ergo non posset alias medietates creare, nisi penetrando illas cum prioribus. ¶ Et confirmatur quia si creatis infinitis granis integris Deus annihilaret medietates illorum, medietates que superessent replerent tantum locu, quantum grana integra: & si ex medietatibus reliquis adhuc corrumpere medietates singularū, adhuc ille quare partes replerent tantumdem locu: si quidē sunt infinita entia equalia ergo quādo erant infinita grana integra, singule partes se penetrabant cum singulis: sicut est corpus christi in sacramento. ¶ Pūdet certe plura huiusmodi monstra multiplicare. Ista duo argumenta vltima colliguntur ex intentione Aristot. hic text. 43. vbi pro comperio habet nō posse mixtum componi ex pluribus elementis simplicibus quorum quodlibet sit infinitu: ita vt am-

Super tertium Phisicorum.

illorum replebit totum locū imaginariū: & per consequens non relinquet alijs locū. Eodem enim modo colligimus nos, q̄ si datis singulis particulis singulorū granorum in illis aut hominū, ille repleant omnem locum imaginariū, sit vt integra ipsa tota, infinita numero esse non possent, nisi per partium penetrationem. ¶ De qualitate infinite intensiōis opus est nouum argumentum addere, quia si fiat intensio per additionem gradus ad gradum (vt isti dicūt) eisdem ferme argumentis redarguitur, que facta sunt aduersus infinitam quantitatem: nam intensio nihil aliud est quam quantitas intensiōis. ¶ Sed aduersus infinitam virtutē motiūā (quā etiā ponit possibilē creati a Deo) a priori est argumentum, q̄ virtus motiua est tanta quanta si perfectio reit: ideo si non pōt dari creatura infinita secundū essentiam, nec pōt dari infinita secundū virtutē. Sed tñ a posteriori format duodecimum & posterimum argumentum. Datur verbi gratia intelligentia infinita virtutis que moueat celum, sitque nunc celum quiescens vt centrum solis sit in oriente: & incipiat illud nunc mouere per vltimum non esse. Arguitur quod sit implicatio contradictionis ipsa moueri infinita virtute. Primo, si intelligentia mouet infinita virtute, immediate post hoc erit facta perfecta circulatio (quia si tardabit per tempus, non mouebitur infinite vel dicitur) rursus: ergo immediate post hoc centrum solis erit in eodem puncto in quo nunc est. Tunc sequitur bene. Omnia puncta celi erunt immediate post hoc in eisdem punctis loci in quibus modo sunt: ergo nec mouetur, nec incipit moueri: sed perfecte quiescit. ¶ Item si infinita velocitate mouetur circulariter, sequitur primo quod immediate post hoc erunt facte infinite circulationes: nam qua ratione erit vna, erunt plures: et qua ratione erunt plures, erunt infinite: hoc tamen profecto nescio quis intellectus capiat: nempe quod immediate post hoc erunt facte infinite, & tamen ordine certo vna post aliam, in modo infinites infinite & vni formiter. Et secundo sequitur, quod nunquam quiescet: sed primo impulsu illius intelligente mouebitur celum infinito tempore: quia non potest signari tempus quando quiescet. ¶ Et quo perspicatius fiat argumentum in motu recto, sit exempli gratia machina bellica, vt catapultā, que ignito sulphure iacet globum infinita velocitate. Et arguitur sic: Aut globus ille quiescet aliquando, aut nunquam quiescet. Si primum: queritur vbi quiescit aut quādo: nec poterit profecto signari locus, aut tempus quietis. Sin nunquam quiescit: ergo infinito tempore mouebitur: & per consequens non mouebitur infinita velocitate: nam infinita velocitas videtur esse illa siue tempore finito pertransit infinitum spaciū. Et sic semper est contradictio. Eo vel maxime quod communi animi conceptioni repugnat mobile infinita velocitate infinito tempore (& presertim indirectum) moueri vt infinites infinita spacia directe transeundo nunquam cesset. ¶ Item: quia vel transit per medium, vel non: quod autē corpus moueatur ab extremo ad extremum, & non per medium, rationi motus repugnat, vt lib. sequenti videbimus. Si autem transibit per medium: ergo immediate post hoc erit in loco pedaliter distanti et in loco decupedaliter, in alio & centupedaliter distanti: quod certe fieri nequit, nisi simul in eodem instanti sit in multis locis: id quod, per virtutem saltem creatam, impossibile est fieri. Quod si Deus simul poneret eādem rem in pluribus locis non moueretur per illa. Nec valet solutio, quod si

cut immediate post hoc ante quodlibet instans erunt infinita instantia infinitarum partium proportionalium hore: (licet nulla duo instantia erunt simul ita immediate post hoc illud mobile erit infinitis locis, licet nunquam erit simul in pluribus. Non inquam satisfacit solutio: nam alia ratio est de partibus proportionalibus hore, que sunt minores, & minores versus nos, nec possunt numerari, & aliud est de locis certis: & equalibus spatijs distantibus vt possit eadem res immediate post hoc esse in omnibus, quin sit simul in illis.

¶ At metuo ne dum infinitum redarguo, redargutionem ipsam in infinitum producam. Libuit autem nemis illis tantisper ludere, vt potentia que infinitum velut chimera illa fabulosa parit: in medium proferrem.

¶ Ad primum igitur argumen

tum, cōcessa maiori scilicet quod quicquid non implicat contradictionem modo illo secundo exposto Deus possit facere: negatur tamen quod infinitum non implicet illo modo contradictionem, vt prefatis rationibus ostensum est. Similiterque arguendo, tenentur authores contrarie opinionis respondere. Negant enim posse creati creaturam infinite perfectionis. Contra quos, si arguatur qd̄ creet Deus in parte proportionali hore creaturam alicuius perfectionis, & in fine creaturam duple perfectionis, et in tertia creaturam triple perfectionis: & sic consequenter vt in fine hore datur creatura infinite perfecta. Respondent quod repugnat creature, vt sit infinite perfecta. Et data infinita magnitudine dicunt, quod Deus non poterit illam augere, quia repugnat nature infinite augmentum. ¶ Pari modo nos dicimus qd̄ repugnat nature rerum esse infinitum in actu secundum extensionem, aut numerum. Reuera multo nos magis dignificamus omnipotentiam dei quam qui asserunt infinitum: nam illi, dato infinito, concedunt aliquid esse ens quod Deus agere non potest, nec mouere: & quod dantur due columnæ adeo distantes, vt Deus non possit amplius separare. Nos autem dicimus nullam esse possibilem rerum multitudinem, aut magnitudinem, aut distantiam quin Deus possit illam augere &c. ¶ Quod si vrgeris vnde provenit ista infiniti repugnantia: Diuus Thomas quol. 9. articulo primo citat quosdam dicentes repugnantiam esse, quia dato infinito illud esse infinite perfectum secundum essentiam: quod repugnat rationi creature, vt questione proxima dicebamus. Illud verum tamen non sequitur: nam licet esset lapis infinite magnitudinis, non esset essentia liter perfectior quam esset lapis pedalis: nec equo infinite magnitudinis esset, tam perfectus quem homo: nec esset essentialiter perfectior quæ est modo. Et idq̄ respondet repugnantiam esse ex natura quantitatis, vt enim nature hominis intrinsece repugnat esse irrationalem, ita ratione quantitatis siue continue, siue discrete (etiam si sit numerus indivisibilium) repugnat esse infinitum in actu, vt præter auctoritatem Aristote. in hoc lib. supra factis argumentis monstratum est.

¶ Secundum tertium, & quartum argumenta soluta sunt. ¶ Ad quintum vero quod omnium presertim vrger. Nonnulli ex thomistis, admissio casu qd̄ in quolibet die Deus crearet vnam animam eamque conseruaret, negant tamen, hinc sequi fuisse infinitas: quia dies non fuerunt infiniti: alias non fuissent pertransacti: nam infinitum pertransiri non potest, vt docet in hoc lib. Aristot. text. 1. & c.

Ad primū principale.

Repugnantia infiniti.

Ad 5. argumētum.

hanc putant esse mentem. S. Tho. prima. p. q. 46. artic. 2. ad. 6. argumentum. Et tunc admissio casu eternitatis mundi, et quod in quolibet die fuerit vnus angelus creatus & conseruatus, aut vna anima, negari non posset, quia fuerint infinite: quia nec Aristote. nec Sane. Thom. negant in illo casu fuisse infinitos dies preteritos: sed solum negauerunt, quod non fuissent infiniti dies sigillatim numerati inter duo extrema: puta inter principium & finem: quia si hinc incipias numerare, venire non potest ad vltimum in preteritum: & ab eterno non poteris finire principium numerandi. Et ideo respondetur, qd licet fuerit possibile mundum fuisse ab eterno, tamen non potuit qualibet die creari vna anima & conseruari. Et repugnantia solum est (vt probe inquit Scotus. 1. sent. dist. 1. q. 3.) ex parte obiecti: quia infinita multitudo non est factibilis vt supra ostensum est. Ob idq; ea ratione

qua Deus in vna die vel in vno instanti non potest producere infinita, non potest illa producere in infinitis diebus preteritis. Secus autem est de infinitis diebus, aut infinitis circulationibus rell: na illa non sunt infinita entia in actu: sed vnus continuus motus: qui supposita eternitate mundi, non habuisset principium. Ad postremum principale argumentum. Respondetur, qd potentia infinita Dei non attenditur penes hoc qd possit infinitum producere, sicut nec penes hoc qd possit producere hominem irrationalem, aut chineram: sed penes hoc qd possit producere omne possibile. Potest namque infinitas res & modos syncategorematicè producere, in non totum plures. Et quantum ad modum producendi potest res producere et nihil independentem a materia. Potest corruptum reproducere: atq; adeo homines resuscitare & participes sue beatitudinis in eternum efficere.

pro et b. s. arg
tia dei e infinita
pot p. uere infini
et alu. B. s. arg
consequentiã qd
tia dei infinita no
dit penes hoc qd po
duere rem qua
lumẽ nã repug
fieri, sed penes hoc q
duere p. h. s. arg
ha. s. m. lumẽ nã q
omni etentia apr
solem q. h. s. arg
infinita essentia ap
riari aut p. p. m
ne ex nihilo h. s. arg
3. libri

Finis tertij Physicorum.

Quinto principat arg. no repugnat mundu produci ab eterno q. p. dicit de
Om quati. circula. ^{Unum} angelu. producere. et et vnu homine q. nunc sunt infinite
au alu, S. Tho. dixim q. alu. h. s. r. responderet au. negando d. x. inf. circula
in rep. q. ille no sunt p. manet. sed successiue. Alij negant esse infinitas circula
q. ille no possunt p. transiri, tã doctor R. et alior. h. s. et dicit q. s. m. d. calu non
du. negare quin sint infinite au. in alu, q. m. g. u. q. illas alu. inf. de q. no p. se
p. uere, q. ad quide. sine r. h. s. ar. na. p. u. q. illas alu. inf. de q. no p. se
ent alu. infinite de q. p. u. q. illas alu. inf. de q. no p. se
no p. u. q. illas alu. inf. de q. p. u. q. illas alu. inf. de q. no p. se

Ab eterno q. p. dicit de
nunc sunt infinite
negando d. x. inf. circula
esse infinitas circula
s. m. d. calu non
illat alu. inf. de q. no p. se
nunc vnãquãq; cõseruat, videlicet uicinos
q. ob eadẽ ratio nẽ no est
sequunt

[Faint, mostly illegible text in the lower left margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text in the lower right margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Se-
gouienſis, Theologi, ordinis Predicatorum, ſuper
quartum Phyſicorum Ariſtotelis
Queſtiones.

¶ Tex. xli. Quare continentis terminus. &c.

Queſtio prima.

¶ VTRVM DIFFINITIO
loci eiusque conditiones recte ſint à phi-
loſopho conſtituta



Libri huius quar-

ti diſputatio (vt in volumine
commentorum adnotauimus)
in conſideratione tri-
plici poſita eſt: nempe loci,
vacui, atq; temporis. Unde
prima hec queſtio quatuor
priora capitula textus vſq;
ad diſſinitionem loci examina-
bit. Arguitur ergo
primo pro parte negatiua queſtionis, aduerſus pri-
mam propoſitionem Ariſto. qua aſſerit, ad phyſicum
pertinere diſputationem loci. Locum eſſe (vt in-
quit Commen. eſt per ſe notum: ergo nulla ſcien-
tia opus habet, id perſuadere. ¶ Et confir. Si a-
liqua ſcientia deberet de loco diſſerere, id proprie
conueniret mathematice, locus enim nihil aliud di-
cit, quam ſuperficiem corporis de genere quanti-
tatis, corpus a liud ambientem, vt abſtrahit a ſenſi-
bilibus qualitatibus, & ab actione & paſſione: ſed
(vt lib. 2. c. 2. dictum eſt) mathematicus eſt, qui tra-
ctat de quantitate abſtrahendo a ſenſu & motu (de
quibus proprie conſiderat phyſicus) ergo negotiū
loci mathematico potius incumbit, quam phyſico
¶ Secundo principaliter arguitur. Locus nihil eſt
poſitiuum: ergo queſtio preſupponit falſum. ¶ Proba-
tur antecedens, quia maxime eſſet ſuperficies vlti-
ma continentis (vt ait Ariſt.) ſed quantum deus cor-
ruperet aerem circumſtante in Salmanticam, in eo-
dem proſus cenſeretur manere loco, quo eſt mo-
do: & quantum corrupperetur aer, ego poſſem am-
bulare mutando loco: ergo locus ex natura ſua non
dicit aliquid poſitiuum. ¶ Et confir. Si locus eſſet
ſuperficies continentis, id eſſet preſertim propter
illam rationem philoſophi tex. 3. quia in eodem lo-
co, in quo modo eſt vnum locatum, ſuccedit aliud:
ſed hoc eſt falſum: ergo. ¶ Probatur minor: quia quā-
do ego deambulans inuito locum, in illo loco vnde
exeo, non manet locus in actu, cum non maneat lo-
catum diſtinctum a loco: ſed aer cōtinuus rareſcit,
& replet locū. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si
locus eſſet ſuperficies, ſequeretur, q̄ locus non di-
videretur in ſurſum & deorſum tāquā in duas eius
ſpecies: cuius tamen contrarium ait Phi. text. 4.
dicens illas differentias poſitionis eſſe partes lo-
ci. ſ. ſubiectiuas. ¶ Probatur ſequela: nam ſuperfi-
cies eſt de genere quantitatis: ſurſum vero & deor-
ſum ſunt de genere relationis: conſtat autem, quod
genus & ſpecies debent eſſe eiſdem linee predi-
camentalis. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si
locus eſſet ſuperficies, ſequeretur, q̄ eſſet in predi-
camento quantitatis (vt Ariſt. in eodem predi-
camento docet) conſequens eſt falſum, quia locus vi-

detur eſſe in predicamento, vbi, vt nomen inſinuat
eadem tamē res ſecundū eandē rationē ad diuerſa
predicamēta pertinere nō poſeſt. ¶ Quinto princi-
paliter arguitur. Si locus eſſet ſuperficies, ſequer-
etur, q̄ locus nō eſſet immobilis: cōſequēs eſt cō-
tra Ariſto. ergo ſibi ipſe repugnat. ¶ Probatur ſe-
quela. Superficies corporis cōtinētis mouetur ad
motum ipſius corporis. Exēpligratia, ſuperficies
aeris continentis Salmanticam re vera non eſt ea-
dem que fuit ante decem annos: nam aer continuo
corruptitur, et nouus generatur. Si ergo talis ſu-
perficies eſt locus, ſequitur, q̄ Salmantica nō eſt
in eodem loco, & per conſequens eſt mutata locali-
ter: quod eſt falſum. Idem apparet de ſtipite arbo-
ris fixe ſubtus aquam, cuius ſuperficies aque cir-
cumſtantis ſemper mutatur, & per conſequens ſi il-
la ſuperficies eſſet locus arboris, locus eſſet mobi-
lis. ¶ Et confir. Si locus eſſet ſuperficies cō-
tinentis, ſequeretur q̄ dum lignū mouetur in aqua
fluuū, aut homo in nauī non mutaret locū, quia ma-
net in eadem ſuperficie: conſequens tamen eſt fal-
ſum: quia mouetur: & moueri idem eſt quod locum
mutare. ¶ Sexto principaliter arguitur contra il-
lam proprietatem loci text. 3. & text. 33. que eſt lo-
cum eſſe equalem locato. Locus intra ſe continet
locatum: ergo eſt maior locato: in corporibus enim
intelligi non poſeſt quomodo eruiſa auellane intra
ſe contineat auellanam, quin ſit ſecundum aliquam
dimensionem maior auellana. Et confir. Si locus
eſſet equalis locato: id maxime eſſet ſecundum ſu-
perficiem concavam loci & conuexam locati: conſe-
quēs eſt falſum: ergo & antecedens. ¶ Probatur mi-
nor: nam alias ſequeretur ſuper idem centrū poſſe
deſcribi duos equales circulos: quia ille vne ſuper-
ficies deſcribuntur ſuper idem centrum locati: cō-
ſequens tamen cōtradicit maxime euidem mathe-
maticorum dicentium circa idem centrum impoſ-
ſibile eſſe, duos equales circulos deſcribi. ¶ In cō-
trarium tamen eſt authoritas Ariſt.

¶ Queſtionē hanc in duos arti-

culos partitur. In primo textum pro more in cō-
cluſiones colligimus: in altero diſſinitionem loci
explicamus. Initium autem queſtionis inde con-
grue capere videbimur, ſi premiſerimus diſtinctio-
nem illam loci, quā ſuper tex. 5. ſubnotauimus, ſa-
ne que totius queſtionis fundamentum ac ba-
ſis eſt. Cū enim locus ſit ſuperficies corporis con-
tinentis intra ſe aliud corpus, ſit, vt quemadmodū
corpus vno modo accipitur mathematice (vt tātū
dicit quātitate) & alio modo phyſice vt dicit com-
poſitū alicuius certe nature: ita locus vno modo
accipitur ſimpliciter pro ſuperficie ambiēte aliud
corpus trine dimensionis, abſtrahendo a quacūq;
qualitate naturali cōſeruatua locati: alio modo ac-
cipitur pro loco naturali: nempe vt ſupponit pro
ſuperficie continente, connotando formam & pro-
prietatem naturalem conſeruatua locati. Exē-
pligratia, ſuperficies aeris me circūdantis, ſiue lo-
cus ſit miſi ſalubris, ſiue nocuus, ſiue in illo ſim na-
turaliter, ſiue violēter, eo ſolum q̄ circūbit quantita-
tem

Locus vne
pliciter.

tem meam: est mihi locus: hoc tñ requireretur ad locum naturalem, vt meap re natura ego essem in illo propter qualitates loci mihi conuenientes: siue in quantum sum graue, siue in quantum animal. Locau em lune dupliciter est locus ignis: nã qz ipsum adequate ambit est simpliciter locus: & quia naturaliter conferuat, est locus naturalis. Idemqz dicendo de centro mundi respectu terre. Neqz elementis mō, verum & mixtis, in quātum mixta sunt, conueniunt loca propria. Vinum enim cōseruatur in vase ligneo, potius q̄ in vitro: & in caavernis terre, potius q̄ super aere: & locus proprie patrie est cuiuscunqz suapte natura salubris. Unde significatio hec duplex loci equiuocast. ¶ Hac supposita distinctione, textus quatuor capi tulozum, summatuor nozem conclusionibus. Prima est in textu statim primo. Necessesse est naturalem philosophū de loco tractare. Hanc probat quatuor rationibus, quas in cōmētis expositas dedimus: videlicet, quia quicquid est, est in loco: & qz quicquid mouetur, mutat locū, in quo succedit aliud locatum: & quia multe sunt dubitationes loci: & quis ab antiquis parum aut nihil dictum est de loco. ¶ Et ad primū argumētū principale respōdet Cōmentator, qz quāuis locum esse sit perse notū, & per cōsequens nō sit demōstrabile: nihilominus dialectice & probabiliter tractā dū est de loco propter ambiguitates que de eius natura sunt. Ad idē tamen qz locum esse, saltē propriū cuiuscunqz rei, non est tam per se notum, q̄ est motum esse, nam res aliquas moueri, oculata experientia constat, ea vero que sunt in aere, in loco esse, non est ita manifestum: imo vulgus existimat medium inter terrā, & celum vacuum esse, quando non sunt nubes, aut flantes venti. Unde Aristot. ex motu docet venari locum esse, tanquam rem occultam per aliā euidētē: vt patet hic text. 3. ¶ Ob idqz necesse habet philosophus non solū ostēdere quid est locus, sed etiā (pro tyronibus) locum esse: tamen si hoc apud sapientes supponatur tanquā principū physicū. ¶ Ad confirmatiōē. Respōdetur qz sermone de loco naturali manifestū est spectare ad physicū: sed & consideratio quoqz loci simpliciter dicti, potius ad ipsum quam ad mathematicū pertinet: mathematicus enim vt tractat de quantitate abstrahendo a sensu, ita & abstrahendo a motu. Physicus autem: quia tractat de motu locali, qui sit permutationem loci, habet subinde tractare de loco. Et hec fuit secunda ratio Aristote.

¶ Secunda cōclusio in textu. 3.

locus est aliquid positium. Hanc ponit aduersus vulgares, & nonnullos etiā antiquos philosophos credentes res que mouentur in aere, moueri in vacuo. Quā probat tribus rationibus. Prima summatuor ex successione corporum in eodem loco, sicut in eadem materia succedūt diuerse forme: & hoc pcedit de loco simpliciter & mathematice dicto. Secunda ex motu naturali grauium ad sua cuiuscunqz propria loca: & hec procedit de loco naturali. Tertia ex autoritate ipsorum etiam ponentium vacuum. Nūm enim quod vacuum est locus aptus repleri. Quibus verbis fatentur locum esse aliquid positium. Rationes iste abunde in cōmētis exposite sunt. ¶ Et ad secundū principale negatur, locum nihil esse positium: & ad probationem respōdetur, qz dempto quocunqz circumstanti, si res manerent in vacuo, non manerent, proprie in loco: nã esse in, dicit esse in aliquo positum: sed tamen quia res ille manerent in eadem distantia ad centrum & ad polum, dicuntur manere in eodem loco imagi-

nario. Aristot. vero quia casum reputauit impossibilem, diffiniuit locum verū, quem ait esse aliquid positium. ¶ Ad confirmationem respondetur argumento Aristot. satis esse qz particulariter aliquādo vnde erit vnum locatum, maneat locus in actu repletus alio locato: vt patet de volio, vnde erit, aqua, qz repletur aere. Et si immediate vnde ego ereo intraret aliud corpus, eadē superficies aeris maneret locus in actu, continens aliud locatū. Si tñ nō succedat aliud corpus nisi aer, ille cōtinuatur & p̄ hōs nō manet locus in actu diuisus a locato.

¶ Tertia cōclusio est in text. 4.

sursum & deorsum, & alie differentie positionis sunt partes loci. Hec conclusio (vt cōmētō. 5. exposuimus) aliter intelligitur de loco simpliciter dicto: alterqz de loco naturali. In loco em primo modo, vt dicitur superficiē ambientem trinam dimensionē quantitatis, non est sursum nec deorsum, nisi respectiue in ordine ad nos: quia, quantum, vt abstrahit a certa specie rei naturalis, non vendicat sibi locū sursum potius q̄ deorsum: sed rectum, quod est super caput nostrum, est sursum: & paulimentum deorsum. Locus tamen naturalis est genus, habēs sub se species, sursum, & deorsum. Quas appellat partes loci: quia species sunt partes subiectiue in q̄s diuiditur genus: aliam enim speciem loci naturalis vendicat sibi ignis & aliam terra.

¶ Ex quo sequitur, quod si sursum & deorsum solum dicāt locū simpliciter, nō opponūt, nisi relatiue respectu nostri, vt illic exposuimus est. Quare ille locus qui modo est sursum, si nos ascendamus supra illum, erit deorsum. Et eadem pars erecte columnę, que dum est ad caput nostrum, est sursum, si vertatur, erit deorsum. Si autem sint differentie loci naturalis, opponuntur cōtrarie: sicuti alie species vnius generis. Sursum enim est concanum lune, & deorsum, centrum terre. Quequidem loca ratione diuersarum naturarum & qualitatum ad cōseruandum diuersa elementa, sunt contraria. Et de talibus locis subdit Phil. in text. 7. qz loci est quedam mirabilis potentia. ¶ Alie vero differentie positionis, ante & retro, dextrum & sinistrū, vt placet Paulo Geneto, non sunt diuerse species loci: quia nullum corpus mouetur naturaliter dextrorsum, aut sinistrorsum: sed sursum aut deorsum: & ideo sunt (inquit) differentie positionis non respectu totius loci: sed quo ad situm partium eius. At vero forte Aristot. posuit illas species loci propterea qz, vt. 2. de celo est videre, oriens dicitur simpliciter & absolute dextrum, & non solum respectiue, & angulus medię diei qui est supra nos dicitur, antere angulus medię noctis, retro: sed de hoc alias. ¶ Agitur ad tertium argumentum negatur, sursum & deorsum non esse species loci naturalis. Et ad probationem respondetur, quod locus naturalis non solum dicit superficiem, sed supponit pro illa, cōmotando certas proprietates cōseruatiuas locati. Neque sursum & deorsum solum dicunt respectus: sed sursum quidem est locus cōseruatiuus grauium: deorsum vero est locus cōseruatiuus leuium: deorsum confirmatiōem respondetur ex supradictis, qz locus naturalis non dicit solum superficiem continentē, vt locus mathematicus, sed virtutem preterea cōseruatiuam. Et quia illa virtus cōseruatiua terre licet sit in toto spacio, quod est intra concanuitatem aque & aeris pro illa parte, vbi terra est discooperata, tamen perfectissime est in cōtro, propterea terra mouetur ad centrum. Eadem ratione licet locus naturalis aeris sit spaciū contentum inter

3. Conclus.

Ad 1. prin.

3. Conclus.

Ad secundū

in dialati positium

3. Conclus.

locus natus est g.

coro 2m.

Alie differētia positio.

Ad tertiu.

Ad cōfirmationem.

concauum ignis et conuexum aque, tamen quia virtus conseruatiua est in medio illius spacijs, propterea aer moueretur ad illud medijs: tamen hoc non fit adeo certum, quia forsan virtus conseruatiua ignis, perfectissime est prope superficiem concauam lune: et idem possumus dicere de aere, sed de hoc alias.

Quarta conclusio est in tex.

4. Conclus.

8. Locus non est corpus. Tbi adnotandum est: quin que recitari opiniones a Phi. de re, que est locus: quarum quatuor reprobant, et quintam eligit. Posset. n. quibusdam videri, locum esse corpus, propterea qd cu nihil sit in loco, nisi corpus habens trinam dimensionem, et locus debeat esse equalis locato, videtur qd locus ipse debeat habere tres dimensiones. Probat autem Aristot. locum non esse corpus nam cum locus debeat esse equalis locato, et locus et locatum debeant esse simul, si corpus esset locus, deberet coextendi simul cum locato penetratiue: alias non posset esse simul cum illo et equalis. Peccabat ergo ratio illorum (vt tex. 4.7. respondet Aristot.) quia credebant locum debere esse equalis locato penetratiue secundum trinam dimensionem: et tamen non sunt equalia, nisi secundum superficies: concauum loci, et conuexum locati. Reliquum primi capituli continet sex rationes, quibus arguitur non esse locum: quas in commentis explicauimus.

5. Conclus.

Quinta conclusio est in textu. 17. Locus nec materia est: nec forma locati, nec aliqd eius accidens. Erant enim qui paralogizabant, formam esse loci eo qd locus continet locatum, et forma continet materiam dando illi esse. Erant preterea, qui putabant locum esse materiam, propterea qd locus recipit locatum, et recipere, videtur proprium esse materie. Contra quos arguit Aristot. qd cum materia et forma sint partes locati, et per consequens mouentur ad motum locati, locus autem cum non moueatur ad motum locati, fit, vt locus nec materia sit, nec forma, sed aliquid subiecto distinctum a locato, et a qualibet eius parte et accidente. Peccabant ergo, quod locus non continet locatum, sicut forma materiam: que continet eam tanquam intrinsecus terminus rei naturalis, nec recipit, sicut materia, formam: que est intrinsecum susceptiuum rei: sed continet locatum tanquam extrinsecus eius terminus recipitq; illud extrinsecus ad modum vasij. Et hoc modo diluit Aristot. eorum rationes text. 38. Reliqua vide in commentarijs. Sexta conclusio est in text. 28. Octo modis aliquid est in alio. Ex qua infert, qd nihil est in seiplo. Hanc conclusionem cum suo corollario abunde in commentarijs exposuimus.

6. Conclus.

7. Conclus.

8. Conclus.

Diffinitio loci.

Diffinitio loci. Ponitur ergo prima particula, s. terminus conti-

uentis loco generis, immobilitis, ad differentiam vasis, primus, ad differentiam loci communis, vt in commento expositum est.

At vero ad maiorem rei cui-

Articul. 2.

dentiam circa singulas particulas mouetur in hoc 2. artic. dubia singula. Primum, circa primam dubitatur, que nam res sit locus: nempe alicuius predicamenti. Hoc enim prima esse debet cuiuslibet rei cognitio: sit ne substantia, quantitas, aut qualitas, an relatio. Ad cuius intellectum supponendum est in primis, qd locus (vt ait Commentator comment. 2.) multis modis equiuoce dicitur. Primo enim possumus distinguere, qd locus accipitur vno modo pro loco substantiarum spiritualium, et alio modo pro loco corporum habentium quantitatem: alia. n. ratio angelus equiuoce dicitur esse in loco, et alia corpus (vt questione sequenti videbitur.) Et adhuc secundo modo accipitur dupliciter: vno modo pro loco in potentia, et alio modo pro loco in actu. Locus enim in actu (vt text. 34. ait Aristot.) est superficies vltima continentis, vltima inquam in actu, actu terminans et diuidens locans a locato: locus autem in potentia potest dici vnusquisq; continui respectu alterius: sicuti humerus potest dici locus brachij, tanquam superficies continuans humerum cum brachio. Que quidem acceptio ad sequentem itemdem questionem pertinet: in qua de diuersis modis existendi in loco, disputaturi sumus. Locus quimur ergo in hac questione dicitur de loco in actu corporum diuisibilium: de hoc enim precise intelligitur diffinitio loci. Hoc supposito preter quatuor illas antiquorum opiniones asserentium locum esse, aut corpus continens, aut materiam, aut formam locati, aut dimensiones et spatium interceptum inter latera locatis: quas abunde Aristot. reprobauit, vt in commentis expositum est: sunt inter iuniores due alie opiniones quorundam realium: et tertia opinio nominalium, et quarta censetur esse Aristot. Sunt enim qui distinguunt locum accipi vno modo simpliciter (vt supra diximus) pro termino continentis, i. circumscribentis locatum, et isto modo supponit pro superficie, et hoc est predicamento quantitatis. Secundo modo accipitur pro loco naturali, et sic dicit qd supponit pro virtute conseruatiua, que est de predicamento qualitatis. Alij itidem distinguunt, qd locus accipit vno modo materialiter, seu profubitrato (vt reales loquuntur) et isto modo est res absoluta, s. superficies vltima continentis: et alio modo accipit formaliter, seu pro per se significato: et isto modo dicitur accipi pro respectu: locus enim dicit duplicem respectum, que statim explicabimus. Hanc opinionem videntur sibi elicere Scoti ex suo doctore quol. 11. vbi ait, qd, vbi, dicit respectum extrinsecus aduenientem. Et 2. sentent. d. 9. vbi ait, qd locus accipitur vel pro absoluto, vel pro respectiuo. Quemadmodum loquenda etiam tenent nonnulli ex discipulis S. Tho. Hic veruntamen nihil obstantibus, statuitur hic prima propositio huius articuli. Locus nullo modo accipitur: nec supponit pro qualitate, aut pro respectu, sed solum pro superficie, que est de genere quantitatis. Quicquid sit illa superficies, siue distinguatur realiter a substantia, sine non. Solo dicere qd quibus locus naturalis dicatur virtutem conseruatiuam qd sit qualitas, nullatenus supponit pro illa, sed pro superficie connotendo vt habeat tale virtutem. Si curi albu non supponit pro albedine: sed pro habere albedine: pari ratione quantum locus simpliciter dicit respectum continentie, aut respectum distantię, vt statim dicturi sumus, nullo modo accipitur, aut

Locus equiuoce dicitur.

pro solis hinc
Ar. g. exam. modis
2. d. cur. hinc
in quo dicitur
meto. parat. locus
soluit. motus in
p. d. l. o. g. q. d. u.
l. o. g. r. o. t. i. o. p. r. i. o.
l. i. u. m. q. u. a. l. i. t. e. l. o. c. i.
d. o. n. g. e. l. o. p. e. t. d. e. n. t. e.
l. o. c. o. m. i. l. i. m. p. r. i. o.
d. i. s. t. i. n. g. u. i. t. u. r.
r. e. r. u. c. u. p. a. t. i. o. n. e.
e. t. d. i. s. t. i. n. g. u. i. t. u. r.
e. t. i. s. t. e. e. d. i. s. t. i. n. g. u. i. t. u. r.
i. n. a. l. t. e. r. a. p. r. o. v. b. i. d. i. c. t. u. r.
v. b. i. d. i. c. t. u. r. l. o. c. u. s. h. i. c.
i. n. p. o. t. e. n. t. i. a.
l. o. c. u. s. c. o. n. t. i. n. e. n. s.
d. i. s. t. i. n. g. u. i. t. u. r. h. i. c. p. r. i. m. a.
e. t. i. n. p. o. t. e. n. t. i. a. v. t.
q. u. o. d. e. s. t. i. n. p. r. i. m. a.
v. b. i. d. i. c. t. u. r. l. o. c. u. s. h. i. c.
i. n. p. o. t. e. n. t. i. a.
l. o. c. u. s. c. o. n. t. i. n. e. n. s.
d. i. s. t. i. n. g. u. i. t. u. r. h. i. c. p. r. i. m. a.
e. t. i. n. p. o. t. e. n. t. i. a. v. t.
q. u. o. d. e. s. t. i. n. p. r. i. m. a.
v. b. i. d. i. c. t. u. r. l. o. c. u. s. h. i. c.
i. n. p. o. t. e. n. t. i. a.

Prima propositio.

aut supponit pro tali respectu, sed pro superficie continentis, connotando talem respectum. Aliud namq; est. locum dicere virtutem aut respectum: aliud vero supponere pro illis. Idem pro his admodum cap. de genere. nempe q; licet genus dicat secundam intentionem, non tamen supponit pro illa, sed pro natura connotando secundam intentionem. Hec certe propositio manifesta est, et apud Aristo. et ex natura loci. Nam Aristo. expresse in predicamentis cap. de quantitate ponit locum specie quantitatis. Et hic nihil aliud ait esse locum, quam terminum continentis. Terminus autem continentis nec qualitas est. nec relatio, sed quantitas: et illum terminum habentem virtutem conservatiuam, ait esse locum naturalem, non tamen virtus est locus. Item qui dicunt, locum accipi pro relatione, id quidem affirmant ad saluandum, quomodo locus sit immobilis, per hoc q; distantia huius loci ad centrum terre semper permanet eadem: at quando Aristo. dixit, locum esse immobilem, certe non accepit pro relatione, sed pro termino ipso continentis: ait enim q; locus est terminus continentis immobilis. Et confirmatur: quia idem ipse locus qui est immobilis, est equalis locato, vt patet apud Aristo. Relatio vero nullo modo est equalis locato, sed superficies. Item locus dicit duplicem relationem, vnam continentie, que est loci ad locatum, et aliam distantie, que est distantia loci a centro et polis mundi: relatio vero continentie non est locus, sed passio et effectus formalis loci ergo hec distantia loci a centro est locus, sed superficies ipsa distans. Profecto nullius auctoritas sufficere debet, vt quis dicat, q; locus accipitur pro alio, quam pro superficie qui est de genere quantitatis.

Supficies.

Insinuat se hic tamen inter nominales atq; reales contentio de superficie. Conuenit namq; inter eos verbo, nempe locum esse superficiem, et terminum continentis: quod omnes concedere debent, nisi velint Aristo. negare. Distinguit tamen re, quod reales tenentes quantitatem distinguunt a re quanta, aiunt, superficiem esse quantitatem fm profunditate indiuisibile. Nominales vero negantes huiusmodi superficies dicunt corpus et superficiem esse terminos supponetes pro eode diuersis connotationibus. Aiunt enim q; pars extremis corporis est superficies: vnde si amphoram, que locus est aque, per partes proportionales secundum profunditatem et grositatem diuidas versus aquam, medietas eius versus aquam est superficies, et itidem quarta pars: atq; adeo octaua et oes que terminantur ad aquam. Ex quo inferunt Deca eiusq; sequaces, infinita esse loca illius aque non solum communia sed propria inuicem diata aque, eique equalia. De hac vero controuersia non est hic locus vberius disputandi: satis enim de hoc a nobis disertum est in predicamentis cap. de quantitate. At vero preter eas quas illic rationes et auctoritates in hac parte congesimus, certe vel hic locus Aristot. vehementer suadet, locum esse superficiem distinctam a corpore. Nam ex professo negat hic text. 8. (vt diximus in 4. conclusione) locum esse corpus: asserit vero, locum esse terminum continentis: distinguit ergo inter corpus et terminum continentis et per consequens inter superficiem et corpus. Item cum ait locum esse terminum continentis, manifeste intelligit de adaequato termino nempe qui ita sit terminus continentis, vt non habeat ipse terminum alium: distinguit enim tanquam duo, terminum et rem terminata: at secundum istos

non datur terminus continentis, quia medietas illius versus locatum sit terminus prius signati termini. Et confirmatur. Si terminus non est superficies, sed pars versus locatum, nulla esset profecto ratio, cur diceret locum esse terminum continentis, potiusquam totum ipsum corpus continens. Et enim vt totum corpus continens non est locus secundum se totum, sed secundum partem: qua tangit locatum, ita et quecumq; pars eius assignetur, non est illa locus, nisi secundum aliquam sui partem, qua tangit locatum: et vice versa sicut pars quecumque continentis est locus secundum partem qua tangit locatum, eadem ratione, totum corpus dicitur locus, siquidem secundum aliquam sui partem tangit locatum. Et ita ipsi videntur mihi sentire, quod non dixit locum esse terminum continentis ad excludendum continens ipsum esse locum, sed ad explicandum rationem, secundum quam est locus. At vero profecto verba Aristo. huius sensui contrauersantur. Dixisset enim tunc, q; locus est corpus secundum quod tangit locatum. Non tamen dixit nisi q; locus est terminus continentis, insinuans q; talis terminus est res distincta a continente. Et corollarium illud (quod ipsi concedunt) scilicet infinita esse loca eiusdem locati, aperte distonat et Aristo. et communi modo concipiendi: cum enim text. 14. distinguit inter locum communem, qui per accidens conuenit locato, et locum proprium qui per se conuenit illi, id sane insinuare voluit, qd cum ea que sunt per accidens, non cadant sub certo numero, bene tamen illa, que sunt per se loca communia possunt esse mihi infinita, si locum meum circundare ret alius, et alium alius et c. locus vero proprius esse non possit nisi vnus, qui est mihi proximus. Et tamen secundum istos nullus esset locus mihi proximus et primus secundum se totum: quia quacumq; parte continentis data versus me, medietas illius ad huc versus me esset mihi quodam modo propinquior saltem secundum se totum. Et postremo id confirmatur. Nisi locus sit superficies indiuisibilis secundum profunditatem, vt de sensari potest, quomodo locus est equalis locato: vt qua primum viderimus. Sed de hoc satis: non enim mordicus contendendo, quantitatem distinguunt a re quanta (licet id tamen opinor) sed ostendo, illam esse mentem Aristo.

Constituti ergo genere loci

est superficies et terminus continentis, secunda propositio huius articuli est. Locus connotat relationem duplicem, scilicet continentie que est loci ad locatum, et distantie loci a centro et a polis mundi. Non intelligo huiusmodi relationes realiter distinguunt a loco, sed volo dicere, q; locus diffinitur per respectum ad locatum, et ad centrum. Prima pars patet ex diffinitione Aristot. non enim quecumque superficies est locus, sed illa que est vltima continentis. Vltima inquam in actu versus locatum. Exempli gratia, superficies qua brachium continuatur a manu, licet sit finis brachii versus manum, non est locus manus: quia non est terminus in actu, i. non est superficies actu terminans et actu diuidens, sed continuans brachium cum manu. Et hoc explicuit Aristot. text. 34. Item superficies conuexa externa amphore non est locus aque, sed interior concaua versus aquam. Primum ad secundam relationem descendamus, q; locus ponitur directe in predicamento quantitatis, licet diffinitur per relationem. Sententia expressa est Aristo. in predicamento quantitatis: cuius speciem ponit locum. Unde ad quartum principi

Loci relationis.

Locus de Corollario

Ad quartum

in, no tamen in de sequat q; vni sit aliud

in predicamento ubi sed ponit in predicamento quantitatis, q; t. q; ubi sequit pale

Super quartum Physicorum.

pale argumenti negatur eo locum locari in predi-
camento, vbi. In quo profecto (vt bona venia dixe-
rim) multi ex neotericis nescio qua occasione falli-
tur, credentes locum pertinere ad predicamentū,
vbi, quod locis supra citatis videtur etiam insinua-
re Scotus dicens, q. vbi, supponit pro illa relatio-
ne que est distantia loci a centro terre & polis mun-
di, ratione cuius, locus est immobilis, de qua sta-
tim dicitur sumus. At profecto neq. locus est de
predicamento, vbi, nec, vbi est relatio: nam vbi, po-
tius dicit relationem locati ad locum, quam loci ad
locatum. At enim Arist. in pre. q. vbi, est esse in
gymnasio, aut in foro: videtur, vbi, non est locus,
sed effectus loci, i. predicatū, quod cōuenit locato-
ratione loci. Illa em̄ continētia passiva, qua locatū
cōtinetur a loco, est vbiatio (vt ita loquamur) vbi,
tñ in cōcreto nō supponit pro illa relatione, sed p.
locato, quod est subiectū talis relationis, connotā-
do talem relationem. Relatio vero que est in loco
non est relatio vbi: sed est cōtinētia actiua. Exem-
plum est manifestum, vestis non est de predicamē-
to habitus: sed certe de predicamento qualitatis:
at vestitū esse (qui est effectus vestis) est de predica-
mento habitus. Est enim considerandum hec pre-
dicamenta sex predicari de re ab extrinseco. ¶ Ar-
guit verum tamen Gregorius arim. 2. sent. d. 6. q. 1.
artic. 2. q. locus non sit species quantitatis, sed pas-
sio quantitatis. Superficiēs. n. de genere quāntita-
tis nihil aliud dicit, quam quantitatem diuisibilem se-
cundū longitudinē & latitudinē, & indiuisibilem secū-
dū profunditatē: locus vero super radat rationem
continētie que est passio corporis terminati per su-
perficiē, & sic locus potius est passio quantitatis, q̄
directe quantitatis. ¶ Respondet tñ, q. quīs conti-
nere sit passio quantitatis, tñ locus non est passio
quantitatis: sed est quantitas cuius passio est con-
tinere. ¶ In diffinitio loci est descriptiua, que datur
per passionē quantitatis. ¶ Hinc sequitur: corollari-
um adnotandū, q. locus est res absoluta secundū
esse, & relatiuū secundū dici. Quos terminos, cap. 8.
ad aliquid expositos reliquimus. Hoc est dicere: lo-
cus nequaquam supponit pro relatione, sed pro quan-
titate absoluta: circūscribit autē, & explicatur per
relationem in ordine ad aliud, sicut scientia suppo-
nit quidē pro qualitate, sed describitur p. relationē
in ordine ad obiectum. ¶ Dubitatio tamen est hic
parua, vtrum locus dicat continētiam actualem, an
solū potentialē. Qd est querere, vtrū locus tñ sup-
ponat pro loco pleno actu continente locatum, vel
vtrum locus etiam vacuus sit proprie locus, pro-
pterea q. aptus est continere. ¶ Res est parui mo-
menti, & forsitan est disputatio de nomine. Ad qd tñ
forte dicendū est, q. locus in particulari, vt si dicas
locus petri, aut locus meus, aut tuus, nō erit lo-
cus, nisi ille qui actu continet rem talem. Locus e-
nim quo Rome possum esse, non diceretur nunc lo-
cus meus: sed ad hoc q. aliquid sit loc⁹ in cōi, satis
est, q. sit superficiēs cōcaua in actu. i. terminus in
actu corporis continentis in potētia. Arist. namq.
diffiniēs vacuum (vt infra videbimus) dicit, vacuū
esse locum non repletum corpore, aptum tamen re-
pleri: vbi locum vacuum simpliciter appellat locū
¶ In hoc lib. tex. 6. ex diffinitione vacui arguit
locum vacuum esse locum.

¶ Secunda particula diffinitio

nis est immobilis, vbi tangit secundus respectus lo-
ci, qui est ad centrū & polos mundi. Vbi notandum
est, particulā hāc (propter difficultatē quinti argu-
menti principalis) diuersimode a doctoribus esse

expositā. Cōmen. cōmen. 47. cū teneat, locum esse
superficiem, que est accidens de predicamēto quā-
titatis, & accidentia nō moueant per se, s. per acci-
dēs ad motū subiecti, dicit q. locus perse nō est mo-
bilis, sed per accidēs. Hec tñ expositio profecto nō
satisfacit: nā tunc locus non aliter diceretur immo-
bilis q. albedo, vel accidens quodcūq. aliud. Arist.
autem voluit replicare naturam propriā & peculia-
rem esse loci, vt sit immobilis: per contrarium ad
naturam vasis, que est deferre illa que continet.
¶ Alii iuniores dicunt locū esse immobilē, intelligi
negatiue. i. q. locus non est necessarium, vt mouea-
tur ad motū locati: stat enim aere me circumstante
manēte immoto, me inde moueri, licet nihil repug-
net, ipsū etiam me cū simul moueri: sicut vter, qui
est locus vini, deferret cū illo. Sed neq. hoc plane sa-
tisfacit, q. Arist. non solū negatiue, sed positue as-
seruit, locum esse simpliciter immobilē, ita vt non
solū non moueatur ad motū locati, sed q. nullo mo-
do nec de per se mouetur, nec de per accidēs ra-
tione locati, aut locantis, aut cuiuscūq. alterius.
¶ Alii distinguunt, q. locus vno modo accipitur ma-
terialiter pro superficie seu corpore locatē, & locus
istō modo est mobilis, sicut locatū ipsū, vt probat
quintū argumentū: sed alio modo accipitur p. quo-
dam respectu distantiē huiusmodi loci ad centrū ter-
re, & illa est immobilis. ¶ At vero supra satis credo
hoc reprobauimus: nēpe q. locus supponat pro re-
latione: nam Arist. nihil vocat locū, nisi terminū
continētis, & illum aut esse immobilē. Item quā-
s authores huius opinionis (vt Scot. & nonnulli L. ho-
misse) dicunt huiusmodi relationē esse accidens de
finētū a subiecto. Cōtra quos in p̄optu est argu-
mentum, qd relatio ipsa est mobilis ad motum su-
perficiē, in qua subiectatur, vel saltē si locus meus
mouet mecum, illa relatio distantiē corrūpitur: nam
corrupto subiecto, corrūpūtur ea que in ipso sunt.
Explicandum ergo est ad mentem Arist. ocel. quo
modo superficies ipsa, que est locus sit immobilis.
¶ Abiscendum est argutissime Arist. ore, hac parti-
cula explicuisse naturam loci. At enim tex. 3. & ex-
plicatius tex. 32. q. ex motu locali venamur natu-
ram loci. Qd est dicere, id dicitur moueri localiter
qd mutat locum. Si vero locus non esse simpliciter
immobilis tā per se quā per accidens, nō esset
idem moueri localiter, & mutare locū. Nā si locus
nihil aliud diceret quā superficiem me circumstan-
tem, staret, me moueri, non mutando locum, vt cū
lignum mouetur in fluuio ad fluxum aque: et rur-
sum staret, rem mutare locū, quando non moue-
retur, vt cum truncus arboris in fluuio manet im-
mobilis fluentibus aquis ipsū circumstantibus.
¶ At ergo idem sit, moueri localiter, & mutare locū,
necesse est, locum aliquiū fixum & immobile desig-
nare: ad differentiam vasis vt tex. decimosextimo
dictū est. Natura em̄ vasis est, rem de ferre, & ideo
stat, vinum moueri non mutando vas, non tamen
non mutando locum. Locus ergo supponit pro su-
perficie cōnotādo (preter continētiam) q. sit immo-
bilis. Immobilitas vero cōsistit in hoc, q. sit in co-
dem situ respectu totius vniuersi. Situs autem re-
spectu vniuersi attenditur penes altitudinem, que
est maior aut minor distantia a centro terre: & lon-
gitudinē, que est maior aut minor distantia a pun-
cto, qd imaginetur fixū in oriēte: & latitudinē, que
est maior vel minor distantia a polo. Est ergo Sal-
mantica in eodem loco, propterea q. superficies ac-
ris illam circumstans eandem habet distantiam a
centro & ab oriente & a polo. ¶ Unde ad quintum
principale argumentum, authores supra citate
opinionis

non est loc⁹ sed pot⁹
efficitur vbi

Brego.

m
i coroll
m
2

dubium

Solutio

Immobilis

Aurcoli, Bucerii
Iuanis de Jandun

egidij sup. tex. 4

a
1 prop

Locus p̄
supponit.
2^a prop.
Immobilis
tas.

Ad 5. p̄

opinionis respondent distinguendo consequens pri-
 me consequentis, scilicet q locus sit immobilis: ac-
 cipiendo enim materialiter locū pro superficie, con-
 cedunt: sed accipiendo pro relatione, negant. Sed
 tamen quia relatio (vt dictum est) nullo mō dicitur
 locus, melius est distinguere, q qd loci sit res mo-
 bilis non tamen est locus mobilis, id est in quantū
 locus non est mobilis. Solo dicere, q superficies
 aeris modo circumstantis Salmanticam, licet sit a-
 lia res in genere quantitatis, id est, alia superficies
 alterius aeris, est tamen idem locus, propterea q
 est in eadem distantia ad centrum, et ad orientem et
 polum vniuersi. Et ideo licet mutauit aerem et su-
 perficiem aeris, non tamen mutauit locum. Et idē
 dicatur de stipite arboris fixe in aqua. Ex quo seq-
 tur, q si nunc ego, qui sum in aere, me immoto coo-
 perirer aquis, essem in eodem loco, licet non essem
 in eadem superficie: quia superficies aque me cir-
 cumscribens, propter eandem distantiam ad dictas
 partes vniuersi, reputaretur idem locus, qui erat
 superficies aeris. ¶ E conuerso cum lignum mo-
 uetur ad motum fluminis, licet semper manet in
 eadem superficie concava aque, non tamen manet
 in eodem loco: nam eadem superficies, propter di-
 uersas distantias ad orientem et ad polum, est alius
 locus, licet sit velut idem vas deferens locum. Et
 per hoc respondetur ad confirmationem. Hoc acu-
 tissime adnotauit Phil. text. 41. dicens, q id quod
 mouetur in flumine est illic sicut in vase, vt in na-
 ui, aut vndis. In toto vero flumine, puta alueo que
 est immobilis est sicut in loco cōmuni. Et text. 42.
 subdit q cētrum terre quia est immobile est locus
 grauium: concavum vero lune, quatenus semper
 est in eadem distantia a centro, est locus leuium.
 ¶ Hinc palam constat, quomodo dicantur ad cōuer-
 tentiam, moueri localiter, et mutare locum. Quod
 non contingeret, nisi locus esset quid immobile.
 Itaque sicut moueri motu alterationis est in se re-
 cipere nouam qualitatem, ita moueri localiter, est
 recipi in nouum locum, et quiescere, est manere
 in eodem loco. ¶ Quod si arguas, mirabile esse,
 quod alia superficies sit idem locus, et eadem su-
 perficies sit alius locus. Respondetur id expresse
 Aristot. concedere. 5. meta. text. 7. nempe q res,
 que in vno genere est vna, in alio est plures. Quod
 merito sepe citare solemus. Et profecto mirabili-
 us est, quod ipsi concedunt, vt saluent locum es-
 se immobilem: nempe q locus supponit pro illa re-
 latione distantie: cum tamen Aristot. non relatio-
 nem, sed terminum continentis asserat esse immo-
 bilem. ¶ Contra hoc nihilo minus sunt minima et
 importuna argumenta. Videtur, q Salmantica, si
 cur non est modo in eadem superficie continen-
 tis, ita nec sit in eadem distantia ad centrum, et
 per consequens nec in eodem loco: nem distantia
 est relatio que est accidens fundatum in ipsa super-
 ficie: corrupta autem superficie, corrumpitur acci-
 dens, quod est in illa. Eadem ratione sine immo-
 to, qui nunc sum in aere, cooperirer aquis, ea-
 dem numero relatio distantie, que erat in aere non
 potest manere in aqua: quia idem accidens non
 transferitur de subiecto in subiectum. ¶ Realissimi
 isti ponentes relationes esse accidentia distincta,
 torquentur his nemis: aquibus vix se extricare
 possunt, non potentes explicare, quomodo ma-
 neat eadem distantia in diuersis subiectis. At ve-
 no neque existimo relationes istas esse accidentia
 distincta: licet sint reales relationes ad hunc sensum,
 q seclusa operatione intellectus res distant
 ab illis punctis. Nec si distinguerentur, intelli-

go per eadem, aut diuersam distantiam idem ma-
 terialiter, aut diuersum accidens: sed intelligo for-
 maliter eandem distantiam secundum consideratio-
 nem rationis, quamquam enim deus destruat om-
 nes relationes, immo omnem aerem circumstantē
 Salmanticam, esset in eadem distantia a centro ter-
 re: quia per tot adequate passus, aut pedes dista-
 ret. Immo vero si deus destrueret celum, et cētrum
 terre, esset in eadem distantia imaginaria: quod suf-
 ficeret, vt maneret immota. ¶ Sed cōtra. Si deus
 moueret vniuersum orbem per vacuum versus o-
 rientem, me sedente in sede in qua moueret, sicut
 in nauī, tunc ego mouerer, et Salmantica et omnes
 vbres mouerentur ad motum orbis: et tamen om-
 nia manerent in eadem distantia a centro et o-
 riente et polo: ergo inuariatis huiusmodi distan-
 tijs ego immoto locum. Respondetur, me moue-
 ri tunc et Salmanticam et omnes vbres ad motum
 orbis, quia licet maneat eadem distantia ad cen-
 trum verum et orientem verum que mouentur: va-
 riat tamen distantia a similibus punctis imagi-
 narie fixis. Itaque licet nihil sit in mundo, nisi ego
 imaginanda sunt tria puncta fixa in profunditate
 longitudine et latitudine, per quorum respectum
 ego cognoscar esse in eodē loco, aut mutare diuersa
 loca. ¶ Sequitur hinc tandem (quod mente ob-
 seruandum est pro libro sequenti) q ad relationem
 (vt putat Scot.) non est per se motus: per motum
 enim localem ego non acquisiui relationem hanc
 distantie ab oriente vel polo, sed locum de genere
 quantitatis, scilicet, hanc superficiem, licet hec su-
 perficies sit hic locus ratione huius distantie. Et
 propterea Aristote. non dicit, q est motus per se
 ad relationem, sed ad locum, qui est terminus con-
 tinentis, vt libro sequenti numerosius examina-
 uimus. Sequitur secundo, q alia relatio est a qua
 locus est immobilis, et alia est relatio importata per
 predicamentum, vbi, prima enim subiectatur in
 loco, et secunda in locato, vt paulo superius expli-
 cauimus.

¶ Nona & postrema cōclusio

huius questionis est apud Aristotel. text. 30. r. 33.
 quam preter ordinem Aristote. vltimam constitui-
 mus, eo q est tanq̄ victorum omnium appēdit. Est
 enim duplex locus (vt tex. 4. dictum est) alius com-
 munit, et alius proprius et p̄tinus: et locus quidem
 communis non est equalis, sed maior locato: locus
 vero proprius est equalis. Hanc verū tamen equali-
 tatem Rominales negantes superficies distinctas
 a corporibus, non ita possunt ad mentem Aristote.
 explicare, licet tripliciter dicāt. Primo q locus est
 equalis locato quantum ad cōtinentiam, videlicet
 q locus continet adequate quantū est locatum, nec
 plus nec minus. Sed contra hoc est argumentum,
 q tūc tota amphora secūdu totam eius grossitiē di-
 gitalem esset equalis vino, quo est ad summum ple-
 nam: nam continet illud, et nihil amplius: et tota spha-
 ra aeris esset equalis aque et terre, et oībus mixtis,
 que adequate intra se continet: consequens tū ex-
 presse est contra Phil. tex. 33. vbi ait, q si locus ter-
 re et aque esset totus aer, locus non esset equalis
 locato: vbi expresse docet, q corpus continens non
 est equale contento, sed terminus concavus conti-
 nentis, termino conuexo contenti. Secundo mo-
 do locus est equalis locato: quia si trahatur linea
 a concavitate loci per centrum locati vsque ad
 aliud punctum oppositum concavitate, illa eadē
 dem linea metitur adequate conuexum locati,
 et concavitate loci. Et tertio modo: quia si filiu

3 obiectio

Solutio

X

cor. 6. m. 1. q. nulli motu
dit ad hoc ut ad q
relationem.

2. m. cor. 6. m.

9. Conclu.

Locus scilicet
equalis locato.

in Gidij

col. 2

4. 2. cor. 6. m.

confirmacione

cor. 6. m.

obiectio

Solutio

obiectio

Super quartum physicorum.

¶ unum circunducas ad conuexi locati, et aliud in tra concauitatem loci, illa duo fila erunt equalia.

¶ Atqui isti quidem duo modi veri sunt, et ita dicen dum est in via Rominatum: sed tamen non satis ex plicant mentem Aristoteli, quia non dant unam rem, que sit locus, et secundum se totam sit quodam mo do equa. is locato. ¶ Quod Aristoteli, ergo sensit, fuit, q locus id est superficies concaua continentis est equalis locato, id est, superficiei conuexe locati. Si enim superficies concaua loci, que distinguitur a corpore, extenderetur, et similiter superficies con uera locati, ille due superficies essent omnino equa les secundum longitudinem et latitudinem: nam profunditatem non haberent.

¶ Hinc palam sequitur, q si terminus continentis non supponat pro superficie, sed (vt aiunt Rominat ones) pro parte interiori continentis, nulla dabi tur res, que sit terminus continentis, eademque sit equalis locato.

¶ Sequitur preterea, locum esse mensuram extrinsecam locati. Quod manifestum est apud Aristoteli, licet nonnulli hoc in dubium reuocet. Et enim quod admodum tempus (vt infra videbimus) est mensu ra successiua motus, ita et locus est mensura per manens locati: vt quantum est locus, tantum sit locatum: non quidem secundum partes intrinsecas locati, sed secundum externam superficiem. Et enim vt superficies conuexa cuiuscunque corporis est eius mensura intrinseca, ita superficies conca ua sui loci est eius mensura extrinseca. Et hac ratio ne (vt cap. de quantitate adhorauimus) tam locus quam tempus statuta est illis species quantitates extrinseca. ¶ Sed arguunt nonnulli, q locus non sit mensura, eo q ratio mensure importat relatio nem mensurantis ad mensuratum. Quibus ta men respondetur, q licet mensurare dicat relatio nem equalitatis, tamen mensura non est relatio sed quantitas illa, per cuius longitudinem aut latitu dinem aut profunditatem certificatur de quantitate alterius. ¶ Quocirca Aristoteli. 10. meta. text. 2. unitati, que est principium numeri, attribuit esse primam mensuram: numero enim pedu, aut vlna rum, aut vnciarum, aut aliter certe quantitates, qua vltimur tanquam indiuisibili, metimur rerum quantitates. ¶ Ad sextum igitur principale argu mentum respondetur, q proprie loquendo superfi cies, que secundum Aristoteli, est locus, non continet locatum, sed vnum corpus continet aliud corpus: vnde locus non (inquit) est superficies contineas, sed est terminus continentis. Quare simpliciter con cederet Aristoteli, q omne continens est maius conten to. Qui vero noluerit in tanto rigore respondere, concedere potest, superficiem concauam, que est lo cus quodam modo continere conuexam locati: sed tunc negandum est: eandem esse rationem in cor poribus et superficibus: corpus enim continere non potest aliud, quin sit eo maius: superficies vero quae est indiuisibilis secundum profunditatem, et indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, potest circumscribi super aliam superficiem: et nihilomi nus exterior non erit maior interiori. ¶ Et similiter respondetur ad contrarietatem, q mathematico rum illa regula intelligitur, q in eadem area fixo altero pede circim si describantur duo circuli, ne cesse est, extrinsecum maiorem esse intrinsecum: quia illi circuli lineantur in eodem corpore: et in eodem corpore non possunt signari due linee immediate. Si tamen dup corpora contigua vnum circumscri batur circa alterum, superficies concaua continentis non erit maior, q conuexa contenti.

Locus equa lis est locato.

Locus est mensura lo cari.

Ad sextum

Text. xlvj. Terra quidem in aqua est &c.

¶ Quæstio secunda.

¶ VTRVM OMNE CORPVS locum sibi vendicet naturalem, atq; adeo, omne ens necessario sit in loco vno.



Parte negatiua primi

membri questionis arguitur primo. Terra in nullo est loco naturali, ergo pars negatiua est vera. Probatur antecedens. Si aliquis esset eius locus naturalis, maxime superficies concaua aque (vt habetur textu presenti) sed illa non regit totam terram, cum pars aliqua pateat aeri: ergo superficies aque non est totus locus terre. Quod si dicas, ambas superficies, scilicet aque et aeris esse locum terre, contra: ille non sunt vna res: ergo nec sunt vnus locus. ¶ Et confir. Huiusmodi superficies non solum intra se terram continet, sed et aerem, et aquam in cavernis terre latentis, atq; adeo mineralia et animalia: ergo signari nequit locus terre proprius. ¶ Et secundo confirmatur. Locus naturalis rei cuiuslibet est ille, ad quem res naturaliter mouetur: terra vero non mouetur ad superficiem concaua aque vel aeris, sed ad centrum suum: ergo potius centrum est locus terre (quod hic text. 4. insinuat Aristoteli) q concauum vel aque vel aeris. Quod si consideris, repugnat diffinitioni loci, qua habetur, locum esse terminum continentis. ¶ Secundo principaliter arguitur. Nullus est locus naturalis aeris: ergo pars negatiua vera. Probatur antecedens. Si aliquis esset, ille esset superficies concaua ignis, vt habetur textu presenti: sed hoc non, primo quia superficies concaua ignis non solum aere, sed et aqua, et terram et mixta omnia comprehendit sub se, et per consequens non est locus adequatus aeris. Tum secundo, quia locus naturalis debet esse conseruatiuus locati: ignis vero, qui calidus est et siccus, contrariatur aeri, qui calidus est et humidus, ipsiusque proinde corrumpit. Similia argumenta fieri possunt, q concauum lune non sit locus proprius ignis. Tum quia nec continet sub se solum ignem. Tum etiam quia cum luna sit planeta frigidus, videtur potius ignem corrumpere, quam conseruare. ¶ Tertio principaliter arguitur. Nulla sphaera celestis est in loco naturali: ergo. Probatur antecedens: quia locus naturalis est, qui requiritur ad conseruationem locati: sphaera autem celestes suapte natura sunt incorruptibiles non habentes contrarium: ergo non indigent loco naturali magis qua angelus. Quod si dicas, inferiorem sphaera esse in superiori, non propter indigentiam conseruationis, sed quia inferior ambitur superiori. Arguitur saltem de suprema sphaera, que cum non circumscribatur alia superiori, videtur non esse in loco. ¶ Quarto principaliter a parte negatiua secundi membri questionis arguitur. Angeli sunt entia, et quidem creaturarum perfectissime, que tamen non sunt in loco, dicente Boetio libro de hebdomadibus, communem animi conceptionem esse apud sapientes, spiritualia non esse in loco. Et Aristoteli. hic text. 4. 7. non omne (inquit) quod est, in loco est, sed mobile corpus. Et ratio etiam est manifesta, quia locus dicit rationem mensure, angelus autem non potest mensurari loco, ergo non potest esse in loco. ¶ Quinto principaliter

clicca

circa vltimum verbum questionis arguitur. Si corpus omne naturale ex natura sua vendicat sibi locum: sequitur, quod ex natura sua vendicat sibi locum vnum: vnitas enim sibi consequitur ad rei vnitatem, vt quot sunt res, tot sint loca: consequens tamen est fallum: ergo et antecedens. Probatur minor. Nam si natura rei est vt singularis sint in singularibus locis: sequitur, quod Deus non potest idem corpus ponere in duobus locis: quod tamen nullam videtur contradictionem implicare.

Tres articulos, titulus huius

questionis designat. In primo videbimus de naturalibus locis corporum: et in secundo circa secundum membrum questionis an substantie spirituales sint in loco: et postremo circa vltimum verbum, an supernaturaliter possit idem corpus esse in pluribus locis. Pro fundamento huius articuli considerandum est, quod vt Deus et natura omnia fecit numero, ponderet mensura, ita et ordine pulcherrimo cuncta disposuit. Quod Aristoteles hic text. 48. docet, dicens res vniuersas secundum ordinem graduum perfectionis naturalis sortiri etiam locorum ordinem, vt res superior locus sit conseruatiuus inferioris: atque adeo superior se habet vt forma, et inferior vt materia: sicuti in rebus particularibus materia recipit esse a forma. Et qui, vt ordinem huius text. 46. obseruamus incipiendo a terra, sit prima conclusio. Locus naturalis elementi terre est concauum aque, et conclusio expressa est Aristotele loco praesenti. Et probatur ratione eiusdem, text. 48. Quae ordinem res seruant in nobilitate, seruant in loco: sed terra est infimum elementorum plus habens de materia: grauitas enim ex abundantia materiae venit sicut leuitas ex paucitate materiae: sed post terram dignitate immediata est aqua: quia est sit grauior, est etiam materialior: quam reliqua duo superiora: ergo locus naturalis terre est aqua.

Secundo id confirmatur. Locus naturalis et locatus inter elementa symbolizant, id est conueniunt in vna qualitate, et altera differunt: debent enim esse congenera (vt ait Eodem) vt propterea conuexum vnus tangat concauum alterius, quia quodammodo natura vnus tangit naturam alterius: sed ita se habent terra et aqua: terra enim est sicca et frigida: aqua frigida et humida: aer vero humidus et calidus: sed ignis demum calidus et siccus: ergo quare ratione locus aque est aer, et locus aeris est ignis, sit vt locus etiam elementi terre sit aqua.

Et tertio id patet ratione Aristotele text. 49. Locatum et locus in elementis habent se sicuti materia et forma: sed ita se habent terra et aqua, terra enim si daretur purum elementum, non posset verti in aerem, quin prius verteretur in aquam: sicut aqua non verteretur in ignem, quin prius in aerem, ergo locus naturalis terre est aqua.

Unde ad primum argumentum nimirum si aliter respondeamus, quam communiter video iuniores (saltem) respondere. Simpliciter enim negant omnes, concauum aque esse locum naturalem terre: sed aiunt locum terre, esse aggregatum ex superficie aque et superficie aeris: non considerantes quod Aristoteles non dixit terram esse in aere sed in aqua: et aquam, in aere. Quocirca distinguendum est potius de terra nempe quod si accipiat pro puro elemento terre, profecto locus eius est sola superficies aque: et isto modo loquitur hic Aristoteles de terra. Sed si loquamur de terra, que non est simpliciter elementum, vt terra quam nos colimus, illam fatemur, naturaliter esse in aere. Discooperuit enim

aquis hanc partem naturam, non propter necessitatem elementi terre (que melius sane conseruaretur sub aqua) sed propter necessitatem mixtorum, puta arborum, et precipue animalium terrestrium, que respiratione viuunt. Accipiendo vero terram pro toto aggregato ex terra (sive sit purum elementum, sive non) et vt primam hinc confirmationem dilutam relinquamus) aggregatis etiam mixtis in cavernis terre et arboribus et animalibus que sunt in superficie: concedimus quod terre huiusmodi locus naturalis est aggregatum ex concauo terre et concauo aeris: que quidem superficies, licet sint due res in genere quantitatibus puta due superficies, censentur tamen vnus locus, quia conseruant vnicam massam terre et mixtorum.

Et sic solutum restat primum argumentum cum sua confirmatione. Hinc sequitur, quod cum dicimus, superficiem aque esse locum terre, non intelligimus de hac aut illa portione aque, aut gleba terre, sed loquimur de tota terra, et de superficie totius elementi aque. Nam et in cavernis terre, prouidentem naturam, ad perpetuitatem fontium, generantur aque ex ingrossato aere, quod potius sunt in terra, tanquam in loco, quam conuerso: sicut aqua effertur. Imo portio aeris generatur et concluditur sub terra, tanquam in vase: vnde non nunquam terremotus fiunt: sed de hoc alias.

Ad secundam confirmationem respondetur ex supra dictis, quod locus naturalis non dicit superficiem solum continentem, vt locus mathematicus, sed virtutem praeterea conseruatiuam: et quia illa virtus conseruatiua terre, licet sit in toto spatio, quia est intra concauitatem aque et aeris pro illa parte vbi terra est discooperata, tamen perfectissime est in centro grauitatis terre, propterea terra mouetur ad centrum. Eadem ratione licet locus naturalis aeris sit spatium contentum inter concauum ignis et concauum aque, tamen quia virtus conseruatiua est in medio illius spatii, propterea aer inouetur ad illud medium. Tamen hoc non sit adeo certum: imo forsitan conseruatiua ignis perfectissime est prope superficiem concauam lune: et virtus perfectissime conseruatiua aeris est in concauo ignis: nisi obstreret contrarietas ignis, nam perfectio vtrorumque elementorum que plus participant grauitate, vergit ad centrum: perfectio vero aeris et ignis vergit ad centrum.

Secunda conclusio. Locus naturalis aeris est superficies concaua ignis.

Hanc eandem conclusionem affirmat hic Aristoteles, esse de quibus rationibus confirmat quibus superiorem, nisi vt terra se habet ad aquam dignitate et symbolo, et aer se habet ad ignem. Unde ad primam impugnationem in secundo principali argumento respondetur, quod quando Aristoteles dicit, aerem esse in igne, tanquam in proprio loco, soluta intelligit quantum ad superficiem conuexam aeris, cuius mensura est concaua ignis: loca enim naturalia elementorum designat Aristoteles, solum quantum ad superficiem conuexam locati. Si tamen volueris locum circumscribitem totum aerem designare, erit spatium illud interceptum inter concauam superficiem ignis, et conuexam aque et terre. Enimvero (vt in libris de celo videndum est) aggregatum ex terra et aqua reputatur vnus globus et vna sphaera. Et pari modo licet locus ignis dicatur concauum lune, id tamen intelligitur quantum ad conuexam superficiem ignis: locus tamen eius adequatus est interitium inter conuexam aeris et concauum lune.

Mixta

Coro 1m

Aque

hac solutio tradita est cap. de quantitate, et cuius medicus est in aqua et altera circumscripta.

quomodo generatur in cavernis terre

Ad 2. contra firma

ad argm

et si...

et si...

Ad 1. p. n.

et si...

Secunda

Super quartum Physicorum.

Secunda pars secundi argumēti principalis habet plus difficultatis, nempe quomodo locus aeris sit ignis: cū sint contraria. Ad quod dicunt nonnulli, superficiem ignis habere in se quandam virtutē propriam (preter calorem et siccitatem) conseruantiam aeris. Hoc tamē nullum fundamentum habet apud Arist. neq; in natura rerū: elementis enī nulla quinta virtus ascribitur, preter quatuor primas qualitates. Neq; Arist. hic text. 4.8. r. 4.9. nec 4. de celo text. 23. vbi ordinem elementorum constituit, rationem aliam huius ordinis assignat, q̄ ordinem dignitatis et perfectionis naturalis, et q̄ vnum se habet vt materia alterius. Et ideo dicendum est (vt Comment. hic commento. 43. videtur docere) q̄ locus aque non est aer propter naturam aeris: nec locus aeris est ignis propter naturam ignis, sed propter distantiam, quam huiusmodi loca habent a centro terre, et propinquitatē quā habent ad concauum lune. Itaq; si imaginetur linea recta ducta a centro terre vsq; ad concauum lune, per aliquam portionem illius linee vsq; ad certum punctum, est partem elementum terre frigidum et siccum: alius vsq; ad aliud punctum et elementum aque: licet terra et aqua in aliquibus partibus commisceantur: alius vsque ad aliud punctum est elementum aeris: et inde vsque ad concauum lune est elementum ignis. Unde locus aeris non terminatur ad concauum ignis propterea q̄ illic sit ignis, sed propter talem distantiam a centro. Imo licet per impossibile nullus illic esset ignis, sed ignis poneretur in infima regione aeris, aer ascenderet supra ignem quousq; modo ascendit. Et ideo non obstat contrarietas ignis et aeris, quominus ignis sit locus aeris: quia aer non conseruatur ab igne, sed suapte natura ex ordine vniuersi conseruatur in tali distantia inter celum et centrum terre. Et ideo dicatur de locis aliorum elementorum.

Sed non est adhuc abinde dissolutum argumentum. Si ignis loco quo aer illi coniungitur corrumpit aerem, sequitur, aerem illic conseruari nō posse. Aliqui possent cogitare, q̄ in illo confinio elementorum impeditur actio a natura vniuersali. Et vero hoc nulla ratione fulcitur. Cū enim apud nos videamus, ignem inflammare aerem, nulla est ratio, cur illic negemus effectum similem. Concedimus ergo, ignem in sua sphaera ignire, proximum aerem, id tamen facit vsq; ad certā distantiam, semper remissius et remissius, sicut ignis apud nos nō ad quancūq; distantiam, sed prope agit. Et ideo pro aliquo spatii prope ignem est calidior, quam sua erigat natura: sicuti terra prope aquam humidior est: sed prope centrum est in sua naturali dispositione. Horū autē oīm constituti sunt termini q̄ preteriri non possunt. Eodem modo dicendū est, q̄ locus ignis est concauum lune: non propterea q̄ illic sit orbis lune, sed propter distantiam a centro. Non tamen puto esse aliquam contrarietatem inter lunam et ignē, sicut inter ignē et aerem: quia celum non habet aliquam particularem contrarietatem cum aliquo elemento, sed generali influxu agit concurrente cum singulis. Si autē propter humiditatem, aliquā alterationē agat in ignē, erit vsq; ad certā distantiam. Sed per contatū quis forte: cū inter elementa vniquodq; habet symbolum est sibi primo, quod est locus eius, videtur q̄ ignis deberet pariter symbolizare cū concauo lune qui locus est eius: tñ cum celum nullā habeat primarā qualitatem, non possunt elementum et celum esse symbola. Respondetur q̄ quis non symbolizent in illis qualitatibus, conueniunt tamen ignis et celū

in lucis perspicuitate diaphanitate et agilitate. Unde ignis ether, vt celum, appellatur.

At vero contra istum localem

ordinem elementorum sunt argumenta nonnulla. Primum, Si ea que dicta sunt, verum habent, sequeretur q̄ quodlibet elementum, seclusis quibuscumq; alijs circūstantibus, naturaliter maneret in suo loco in quo est. Itaq; corrupta per impossibile sphaera ignis et aque, aer maneret vbi est: nam dictum est, naturaliter elementa in suis sitibus manere, et conseruari, non propter naturam circūstantis, sed propter talem elongationem a centro, aut propinquitatem ad orbem lune: consequens tamē videtur falsum: nam aquam naturaliter videmus descendere per terrā, vt si defoderetur puteus vsq; ad centrū terre, videtur, q̄ aqua naturaliter illuc vsq; descenderet: et per consequēs corrupto per impossibile elemēto terre, aqua conseruet ad centrū.

Secundo arguitur. Terra, que est elemētū grauiissimum, determinat sibi infimū locum (puta centrum) quo inferior esse non potest: ergo et ignis est sit elemētorum leuissimum, determinat sibi locum supremum, quo superior esse non possit: et per consequens locus eius non est concauum lune: sed nisi celis impediretur, suapte natura ascenderet vsq; ad conuexum prime sphaere. Et confir. Locus naturalis elemēti est, in quo, cum elemētum sit, naturaliter quiescit: sed ignis in concauo lune non quiescit, quinimo circulariter mouetur ad motum primi mobilis, vt. 2. r. 4. de celo habet disputari: ergo ille non est locus eius naturalis. Tertio principaliter arguitur. Locus naturalis terre est vniuersi determinatus, in quocūq; enim puncto concaui lune poneretur gleba terre, siue in zenith nostro, siue in opposito, vbi viuunt antipodes, siue in oriente, siue in occidente, siue in nostro polo, siue in alio, gleba illa descenderet ad idem punctum centri: ergo et locus ignis deberet esse vnum punctum determinatum: consequens tamen est falsum, nam ignis noster ascendit ad zenith nostrum, et ignis antipodum ad zenith suum. Quod si dicas locū determinatum ignis non esse punctum, sed totam circumferentiam concaui lune, ascendere enim est obgari a terra directe versus celum. Tūc sequeretur, q̄ si portio ignis poneretur in centro terre, nullo corpore impediēte, non magis ascenderet versus zenith nostrum, q̄ antipodum: aut versus orientem, q̄ versus occidentem.

Primum argumentum non est quod in presentiarum ad vinguem examinemus, vsq; ad secundum et quartum de celo. Res profecto est dubia, quid nā sentiret Aristotele. De igne namq; et terra inter omnes Philosophos cōuenit, q̄ demptis omnibus alijs creaturis naturaliter manerent in locis, in quibus sunt: quia vnum est elementum grauiissimū, et alterum, leuissimum, sed tamen de aqua et aere nō omnes consentiunt: nam aqua non est simpliciter grauis, sed respectu aeris et ignis: nec simpliciter leuis, sed respectu terre: nec aer est simpliciter leuis, sed respectu terre et aque: nec simpliciter grauis, sed respectu ignis, vt est sententia Aristot. 4. de celo text. 27. et Comment. illic, r. 3. huius text. 49. Quem Paul. Venet. hic su per text. 49. imitatus ait, q̄ aer si poneretur in concauo lune, descenderet per ignem vsq; ad locum in quo modo est: et aqua si poneretur in centro terre, ascenderet vsq; ad locū in quo modo est. Quod certe verū est, quia terra necesse habet, esse sub aqua, vnde si profundissima

m
cx
corolm
ad argm
obiectio
solutio
in loco est quidam
is admittit
is q̄ sicut
vna continet
aliter ita d
cur.
subm

m
m
l. 4. r. 3.

z

conf

Ad primū

de igne et terra

num

Super quartum physicorum.

5. Corol.

ne in mundo, quia non repugnat nature sue, simul esse in alio loco, et in infinitis locis. ¶ Sequitur de-
nig quinto q corpus Christi in sacramento altaris
non est diffinitive (vt ait. S. Thom. 3. p. q. 76. art. 5.
ad primum) tamen si totum sit in tota hostia, et totum
in qualibet eius parte: quia modo existendi in sa-
cramento non repugnat simul esse in alio loco: con-
secrata enim vna hostia non est nouum miraculum,
q sit simul in alia: in celo autem est diffinitive, quia
repugnat naturaliter simul esse illo modo in alio lo-
co. Sed de hoc in. 3. sent. ¶ Et ergo ad propositum
reuertamur, forsan est disputatio de nomine, an
simpliciter et absolute concedendum sit, angelum
esse in loco: nam esse in loco, dicit esse tanquam in
mensura: quemadmodum enim non sufficeret, vt
quis esset vestitus, q haberet vestem in manu, sed
requiritur, q sit circumamictus veste, ita forsan non
sufficeret apud Aristot. vt Angelus esset in loco, q
esset presens loco etiam per operationem. Et hoc
foran insinuat. S. Tho. cum dicit, q angelus est in
loco equiuoce ad corpus. Nihilominus possumus
simpliciter concedere, q Angelus est in loco, et mo-
uetur localiter, siquidem in sacra scriptura dicun-
tur esse in celo: et descendere in terram. At vero quia
sunt incorporati, non dependent a loco, sed natura-
liter possent esse tam in vacuo, quam in pleno: qua-
re mundus non est propter eorum indigentiam co-
ditus, sed propter nostram.

Artic. 3.

¶ In tertio articulo ppter im-
portunatam philosophorum huius temporis du-
bita est, an supra naturaliter possit Deus idem cor-
pus, aut eundem angelum in diuersis locis simul
ponere: quia naturaliter non est possibile, nisi sicut
angelus et anima est in qualibet parte eiusdem lo-
ci. S. Tho. quolibet. 3. arti. 2. dicit implicare contra-
dictionem, idem posse esse in diuersis locis circun-
scriptiue. Et in. 4. d. 4. q. 2. articu. 2. dicit q illud
Deus non potest facere. Scot. in. 4. sent. d. 10. cui
nominales adherent, dicit contrarium. Ratio isto-
rum est, quia quicquid non implicat contradic-
tionem, Deus potest facere: sed illud non implicat: er-
go. Argumentum istud, vt est vniuersalissimum in
multis materijs, ita certe non est magis ponderis.
Nam si implicatio contradictionis accipitur (vt
lib. 3. q. vlt. exposuimus) pro eo cui intellectus sus-
pte natura repugnat assentiri, certe multa sequun-
tur corollaria posita eadem re in duobus locis, que
intellectui repugnare videtur: et multo certe plus,
q q manente parte et alio possit Deus relations
illas distinctas corrumpere. Quod tamen Scot.
negat esse possibile. ¶ Ratio. S. Tho. in contrarium,
fundatur in significatione huius, qd est esse in loco
circumscriptiue aut diffinitive: nam diffinitiu est li-
mitari et coarctari loco, repugnat ergo q ista res sit
limitata hoc loco, et simul sit in alio. Et re vera stan-
do in rigore nominum manifesta est repugnantia:
nam limitari hoc loco dicit negationem, scilicet, non
esse extra. ¶ At vero non disputando de nomine du-
bita est, an possit me Deus simul ponere hic et Ro-
me, siue dicat tunc esse circumscriptiue, siue no. Pre-
sertim quia tunc satis esset, vt essem hic circumscri-
ptiue, q ex modo existendi hic repugnaret natura-
liter esse alibi: cum quo stat supra naturaliter esse
alibi. Et q hoc Deus possit facere, non est mihi ta-
tum argumentum, illud quod fecimus modo, q id
quod ex fide sacramenti altaris elicere possumus.
Corpus Christi est in pluribus hostijs consecratis
(vt dictum est) posset ergo si vellet, in hostia osten-
dere corpus suum, aut aliquam eius particulam, et

tunc esset circumscriptiue in duobus locis, puta in
hostia et in celo: vel in diuersis hostijs si in diuersis
ostenderet digitum. Bene video, q neganti non po-
test demonstrari, Deum id posse facere sed nihilo-
minus possi q fides, ostendit, idem corpus esse in duo-
bus locis facile intelligi potest, quomodo id etiam
possit facere circumscriptiue. ¶ Item potest duo cor-
pora et infinita simul ponere in eodem loco: ergo per
oppositum idem corpus in diuersis locis et in infini-
tis, si esse possent infinita loca actu diuisa.

¶ Et tertio quia post q anima mea est in capite et in
pede, videtur, q ab eis pedes possit animam in cor-
pore et in pede conseruare, et angelum qui est in la-
pide pedali, et in qualibet eius parte, posset diuiso
lapide in duas medietates seruare in vtraq. Quod
si hoc potest, videtur etiam, q possit idem corpus
in diuersis locis ponere. Hec forsan voluit negare
S. Thom. nisi q stando in rigore circumscriptionis
non potest idem corpus esse in duobus locis circun-
scriptiue. Et preterea quia illud non dixit repeten-
do in summa, vbi propria opinione, atq vltimam
voluntatem testatus est. ¶ Unde ad quintum prin-
cipale argumentum respondetur, q quantum natu-
raliter vnaqueq res, eo q est vna, veditur sibi vna
locum, non tamen repugnat, quin supranaturali-
ter possit Deus eandem rem ponere in diuersis lo-
cis: sicut duo corpora ponit in eodem: et quantitate
que ex natura sua requirit locum visibilem, po-
nit Deus in puncto, vt patet de corpore Christi in
sanctissimo sacramento.

Ad ques.

¶ At vero admissa ista opinione videntur mirabilia
corollaria ex illa inferri. Puta q possit idem cor-
pus esse in vno loco calidum et in alio frigidum, est
tamen caliditas et frigiditas repugnans in eodem
subiecto: et posset in vno currere, et in alio sedere: et
in vno viuere, et in alio mori: et similia alia.

¶ Que vt omnia facile dissoluas, has ppositiones ac-
cipito. Prima. Si nullum aliud nouum miraculum
ponatur, preter q q res vna ponatur in duobus lo-
cis, vniuersa accidentia et predicata que conueniunt
illi in vno loco, conueniunt in alio, et conuersa, pre-
ter relationes ad locum. Quod addiderim, quia hic
esset prope Tomes. Parisijs vero prope Sequan-
nam, et Rome prope Liberim: at si hic est album,
vbiq erit album et non nigrum: et si hic est calidum,
pariter Rome est calidum et non frigidum: et si hic se-
det, illic non mouetur et c. Propositio manifesta est
quia res illa se habebit, vt fert natura rei, ac si esset
in vno loco. ¶ Hinc sequitur, q si hic Petrus appli-
cetur igni, et illic nisi, ita vt agentia hec essent e-
qualis actiuitatis, nec ignis calefaceret Petrum,
nec nix frige faceret, sed impedirent se: siquidem ni-
tuntur agere circa idem subiectum: quod tamen non
potest recipere qualitates contrarias, sed tamen si
ignis est maioris actiuitatis calefaciendo hic Pe-
trum, erit Rome Petrus calidus.

¶ Secunda propositio. Proposito nouo alio miraculo,
nempe vt suspenderet Deus actionem, ne calor cor-
rumpet frigiditatem, posset hic Petrus esse cali-
dus et illic frigidus: et a fortiori hic albus, et illic ni-
ger: hic vestitus, et illic nudus, et c. Probatur coclu-
sio: quia possi q calor et frigus sunt res distincte, et
vtrunq distinguitur a Petro, potest Deus Petrus
qui est hic, ponere simul Rome non ponendo illic
calorem, aut albedinem, aut vestem, que hic habet
et pariter non ponendo hic accidentia, que illic ha-
bet. Tamen si re vera est creditu difficile q calor sit
in Petro, et ego tangam Petrus Rome, et non tan-
gan illic calorem, nec me calefaciet.

¶ Tertia conclusio. Si sint predicata quorum vnus
includit

omnis problematica
sustineri, senten-
tia dicitur non esse
vera.

causa contradictionem

non est limitari
ali loco

non est

includit negatione alterius, Deus nullo modo potest facere, vt simul illi conueniant. Nempe esse nõ potest vt in tali casu Petrus sit calidus et non calidus, albus et non albus, sed erit tñc simul calidus et frigidus in diuersis locis. Nec simpliciter potest esse cecus et videns: nec quiescens et currens. Profecto credere non possem, q̄ Petrus hic moueat pedes, quos simul habet ligatos Rome: et q̄ aperiat hic oculos, et illic non moueantur palpebre. Quauis forsitan posset hic habere oculos, et illic non: sicut habere hic albedinem, et illic non, sed tunc non esset dicendum q̄ est simpliciter cecus, postq̄ est videns: sed cum addito, q̄ non est Rome videns. Nec posset hic esse infirmus, et Rome sanus: nã infirmitas dicit disproportionẽ humorum. Nec a fortiori hic mori, et illic, non. Sed ait Sophista, quid si inde veniret in Hispaniam, et hinc pergeret Romam per eandem lineam. An in puncto vbi sibi esset obuius, impediretur motus, sicut si duo homines inuicem occurrerent. Respondetur manifestũ esse q̄ nulle esset obuiatio, nec impedimentum motus, cum non sint due res: sed esset tunc Petrus in vno tantum loco. Nec autem ludicra sunt et nenie.

¶ Tex. lxxi. Similiter autẽ & vacuũ aut plenum &c.

¶ Quæstio tertia.

¶ VTRVM SI QUID MOVE- retur per vacuum, moueretur in instanti.

¶ Quæstio hæc quia conditio

nalis est videtur innuere nõ esse possibile vacuum. A parte ergo affirmatiua illius quod supponitur arguitur. Si vacuum non esset possibile, nihil ad physicum attineret, de vacuo disputare: contrarium autem affirmat Aristot. text. 50. ergo vacuũ est possibile. ¶ Secundo arguitur. Vacuũ est locus non repletus corpore, vt habetur in eius diffinitione text. 60. ergo vacuũ est, a positioẽ de, est, tertio adiacente, ad propositionẽ de, est, secundo. ¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Si vacuũ non esset aut motus localis non esset possibilis, aut esset penetratio dimensionum, aut re vna mota, cuncta mouerentur vsq; ad celũ, vt Antipus philosophus text. 79. dicebat. Hec autem absurda sunt: ergo vacuum est possibile. Quod si respondeas cum Aristot. text. 62. 84. motũ localem fieri per hoc, q̄ partes aeris vel aque per quas res mouetur, alie condensantur, et alie rare fiunt, est profecto magnũ argumentũ qm̄ maxima vëtorum copia commouetur, q̄ non possit esse tanta aeris cõdensatio, vt huiusmodi ventis locũ relinquat: idem est, qm̄ est maxima copia nubium et pluuiarum. ¶ Et confirmatur. Sine vacuo non est possibilis rarefactio aut condensatio: ergo. Probatur antecedens. In rarefactione, nulla est materie acquisitio est tñc acquisitio maioris dimensionis, p̄ hoc q̄ partes ab inuicẽ distantijs separant: et eadẽ ratione in condensatione nihil deperditur materie, sed partes eiusdem materie propinquiores sibi fiunt, vt ex Aristot. hic text. 84. manifestum est: q̄ autem partes eiusdem corporis magis minusve elongentur sine alicuius materie acquisitione vel amissionone, vix est intelligibile, nisi in rarefactione vel amissionone, alique resistent inter partes: que postea in condensationem replentur (vt leuitas in raro, et grauitas in dẽso testari vidẽtur) ergo vacuũ est ponẽdũ. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si vacuum, res nature repugnaret, sequeretur, q̄ nec per po-

tentiam Dei supernaturalem posset dari vacuum: consequens est falsum, quia nullam id implicat contradictionem, ergo et antecedens. ¶ Quinto principalius directe a parte affirmatiua quæstionis arguitur. Dato vacuo, mobile per ipsum moueretur sine aliqua resistentia: ergo moueretur in instanti: consequens est nota, quia p̄pterea Deus potest, quicquid vellet in instanti agere, quia agit sine resistentia: et antecedens videtur esse de intentione Aristot. text. 71. et infra: imo et conclusionem huius argumenti videtur illic ipse ex professo probare, vt in cõmentis late id exposuimus. ¶ In contrarium autẽ est q̄ Aristot. textu presenti. 71. negat vacuum: et illo admissio videtur repugnare nature rei quante vt in instanti mouatur.

¶ Duos facimus quæstionis hu-

ius articulos. In primo iuxta ordinem textus sex cõclusionibus explicamus, quidnam sit vacuum, et an sit impossibile. In secundo respondetur ad titulu quæstionis. ¶ Circa primũ articulum prima conclusio est in text. 50. Ad physicum pertinet de vacuo differere. Probatur: quia cũ vacuũ a loco sola rone differat, eadẽ opinionẽ que versantur de loco, versantur de vacuo: et eisdem rationibus quibus antiqui persuadebant sibi dimensiones separatas esse locum, scilicet, ratione motus persuadebant illas quandoque esse vacuum: nempe vt mobile sine penetratiõne cum alio corpore se in illas reciperet: et eisdem rationibus quibus reprobatũ vnum, reprobatũ et aliud: vt in processu Aristot. presertim text. 65. apparet. ¶ Unde ad primũ principale negatur consequentia: non enim physicus disputat de vacuo, tanq̄ de re possibile: sed quia contrariorum eadem est disciplina, et vacuum opponitur quodammodo loco priuatiue, eiusdẽ philosophie est tractare de loco et vacuo, an sit possibile: et quid illo dato cõtingeret. ¶ Secunda cõclusio est in text. 57. Vacuũ neutrorum modorũ bene diffinitur antiqui. Vacuũ est locus, vbi nihil est. Aut vacuũ est locus vbi non est corpus graue aut leue. Antiqui enim nihil de spiritualibus substantijs cognoscentes, p̄ eodẽm ducebant, alicubi nullum esse corpus, et esse nihil: et cum vacuum est locus vbi non est corpus, inferebant esse etiam locum vbi nihil est. Et rursus nullum cognoscentes corpus, nisi tangibile, quod est graue aut leue, dicebant vacuum esse, vbi quicquid nõ est corpus graue aut leue. Ambe autem diffinitiones per extremum peccat. Si enim spatium hoc totũ infra concauũ lune nihil aliud haberet q̄ angelos, esset profecto vacuum, quia angelus non occupat locũ, et tamen diffinitio prima non conueniret, quia vacuũ tunc esset locus, intra quẽ est aliquid. Rursus si esset locus (vt elicitur ex Phil. text. 58.) repletus corpore celesti, aut alio corpore physico, quod non esset graue aut leue, conueniret illi secunda diffinitio, et tamen non esset vacuum: celum enim neq; est graue, neq; leue, nec tangibile, cum nõ habeat qualitates primas, nec secundas: neq; em̄ est calidum, neq; coloratum: sed solum lucidũ. Et quãuis sit quodammodo densum et rarum, nam astrum densius est suo modo, q̄ reliqua pars orbis, tamen quia illa densitas non confurgit ex quatuor primis qualitatibus, non est tangibile: licet impediret ne aliud corpus per se trãsiret sed de hoc alias.

¶ Tertia conclusio que sequitur ex secunda in text. 64. Est diffinitio vacui. Vacuum (si sit) est locus non repletus corpore. Theotrici adiciunt, aptus nature repleri. Sed superuacanea est huiusmodi particula: in hoc enim qd dicitur locus, includit, q̄ sit aptus

1. Conclu.

Ad primũ

2. Conclu.

3. Conclu. Diffinitio vacui.

Handwritten signature

N.

Super quartum physicorum.

aptus repleri corpore, alias non esset locus: et propterea statim subdit Philosophus punctum non esse vacuum ex eo enim punctum non potest repleri corpore, quia non est locus, scilicet terminus continentis, sed est indivisibile continuatum partium eius. Unde ad secundum argumentum negatur consequentia: ubi enim diffinitio predicatur de diffinito, consequentia non valet a propositione de, est, tertio, ad propositionem de, est, secundo adiacente: non enim sequitur, homo est animal rationale: ergo homo est: chimera est compositum ex impossibilibus: ergo chimera est: licet non sit utrobique ratio eadem: nam ubi diffinitio dicit veram quidditatem, facit suppositionem naturalem: ut non dicat existentiam subiecti, sed connexionem tantum predicati cum subiecto, ut lib. 2. Similium opinabamur: et ideo tales propositiones sunt perpetue veritatis. Ubi autem diffinitio non dicit veram quidditatem, ly, est, accipitur loco de ly, significat, ut tamen valet, vacuum est locus, etc. ac si dicas, natura vacui exprimitur et circumscribitur, ut loc. 2. Est enim diffinitio quid nominis: ob idque Aristoteles conditio naturaliter dixit vacuum (si sit) etc. Quarta conclusio text. 51. est huius tertie corollarium. Non erat ad rem impugnatio Anaxagore, qua reprobatat vacuum, probando, quod aer est aliquid: atque adeo ubi est aer non esse vacuum: hec enim ratio solum militat aduersus eos qui aerem propter suam subtilitatem nihil esse existimabant. Idcirco qui impugnaturus est vacuum debet vniuersaliter probare, nullum esse locum, ubi non sit aliquod corpus physicum. Hec omnia in commentis satis habentur exposita.

3. Concl. Quinta conclusio est in tex.

36. (non enim necesse est ordinem ad vnguem textus observare.) Hec est possibile vacuum aut separatam aut simpliciter aut in raro. Ad cuius intelligentiam considerandum est, quod ut de loco, ita et de vacuo sunt varie opiniones: ob id quod tripliciter potest imaginari vacuum. Uno modo simpliciter, tenendo locum esse vel terminum continentis: videlicet, quod intra eadem capacitatem alicuius loci nihil sit prorsus corporale: neque corpus physicum (qualia in rei veritate sunt omnia corpora) neque dimensiones quantitatis separate a subiecto: sed esset quodammodo erat ante creationem mundi: vel nunc est extra celum. Et isto modo nunc doctores disputant de vacuo. Coniunctio tamen ex Aristotele nullum antiquorum ita posuisse vacuum intra vniuersum. Tamen aliqui eius rationes militent aduersus hoc quod genus vacui. Secundo modo potest intelligi esse vacuum, ut sint dimensiones quedam de genere quantitatis separate a subiecto: ut fides catholica ponit quantitatem in sanctissimo sacramento: preterquam quod non essent capaces alicuius coloris, aut cuiuscumque physici accidentis: neque haberent aliquam prorsus resistantiam. Sed dicebant illi, corpora physica penetratiue moueri per illas: sicut corpora glorioza mouebantur per celum. Et has dicebant esse locum, ut supra iam explicuimus, que cum haberent in se penetratiue corpus physicum, erant locus plenus, cum autem omni corpore carerent, erant vacuum. Quod proinde appellabant vacuum separatam, id est abstractam a corpore et extra corpora: Sumentes ad hoc argumentum ex motu locali: ut in commento. 53. explicuimus. Hinc fit in quacumque opinione locum et vacuum sola ratione differre. Tertio modo Democritus et eius sequaces ponebant vacuum in poris intrinsecis corporum: puta dimensiones illas separatas abscis corpore physico: ut quanto plus illarum esset vacuitatem, corpus esset rarius: et quanto minus esset densitas: ut in commento. 30. et 36.

dictum est. Contra quos tres modos ponit Aristoteles vniuersalem conclusionem negatiuam. Et quidem quod non sit vacuum separatam, probauit per totum caput octauum rationibus undecim: nempe octo sumptis ex motu locali absolute: et tribus sumptis ex velocitate motus, que in vacuo debet esse infinita. Primum enim eo omnes tendunt, quod si entia naturalia non mouerentur ad locum certum et destinatum, qui esset terminus continentis, quo suapte natura res conseruaretur, sed mouerentur per vacuum et ad vacuum (siue vacuum acciperetur simpliciter siue pro illis separatis dimensionibus) non potius leuia mouerentur sursum, et grauia deorsum, quam e converso: imo nec esset aliquis necessitas motuum naturalium: sed essent quidem omnia immobilia: et per consequens neque essent motus violenti, quia non esset aer pellens, aut deserens rem proiectam. Per molestum esset huc rursus rationes accerere, que in commentis sunt copiose tractate. Alias vero tangentes velocitatem motus in vacuo articulo sequenti examinabimus. His adiecit tres alias rationes cap. 9. Prima sumitur ab experientia, qua videmus, quando corpus immergitur aque tantidem aque effunditur: quod non contingeret, si lapis in vacuum se conferret. Secunda probat dimensiones illas separate esse impossibiles. Cuncta plana sunt in commentis. Tercio modo ille potendi vacuum separatam manifestissime est falsus. Primum quia ponit naturaliter accidentia, puta quantitatem et dimensiones illas esse a subiecto separate: quod Aristoteli in sacramento altaris pro miraculo preclarissimo habemus. Item quia esto essent separate, non aliter repugnaret simul cum illis se posse corpus physicum penetrare, quam si essent in subiecto: ut optime arguit Philosophus text. 76. Ideo enim naturaliter repugnat simul cum speciebus altaris esse aliud corpus, ac si illic esset panis. Quia propter de huiusmodi vacuo nullum amplius verbum. Quod autem non detur vacuum simpliciter preter argumenta Aristoteli sunt et a posteriori experientie plurime: et ratio optima. Est in primis experientia de clesydra aqua plena, que oppleto superiori orificio nihil aque deorsum demittit, ne detur vacuum: tamen quando est semiplena, non nihil emittit, propterea quod aer (cum sit facillime rarefactionis) rarefit in parte superiori. Est item experientia de follibus, quorum si obstructum fuerit foramen, ne aer ingrediatur, nulla vi, potest alterum latus ab altero dimoueri, ante quam rumpantur, nam si dimoueretur, daretur intus vacuum. Quod si eorum angustum os orificio paruo alicuius vasis vitrei aut luteci iustissime apponas, taliter, ut nouus aer intrare non possit, poteris latera follis non amplius separare quam fuerit rarefactio aeris illius vasis, deinde nanque rumpetur potius vasis quam amplius separentur. Sunt etiam manifeste experientie in fistulis: per quas sursum attracto aere aqua velocissime ascendit preter eius particulem appetitum, propter appetitum vniuersalem replendi vacuum ne vniuersa harmonia dissoluatur. Quo experimento artes inuente sunt et machine ad altius subleuandum aquam, quam sit eius locus naturalitatis. Et pari ratione si terra desideretur usque ad centrum, aer descenderet ad replendum vacuum. Sed a priori ratio sumitur ab Aristotele in principio Meteororum, ubi ait necesse esse mundum inferiorem contiguum esse latioribus superioribus, ut eius virtus inde gubernetur. Insinuans naturam rerum esse, ut agens corporeum non agat nisi per contractum, et quia Deus et natura nihil agunt frustra.

Undecim rationes.

Quod non det vacuum simpliciter

et experientia

Ad. 2. pn.

4. Concl.

3. Concl.

instituitur vacuum

Democritus

345.

frustra sed omnia propter aliquem finem, ordo naturalis rerū exposcit, vt nihil sit vacuum: sed quæ admodum membra vnus corporis omnia inclinatur ad conseruationem totius, ita singulis partibus vniuersi, que sunt sub celo, datus est vniuersalis appetitus, vt statim succurrat, ne detur vacuū. **¶** Tandem ad tertium principale bene responsum est. Ad replicam vero respondetur, q̄ quantacūq; sit ventozum copia, nubiumve vel aliarum exhalationum aut vaporum, est nihilominus tanto maior regio aeris: vt sine sui corruptione possit adeo condensari, vt locum huiusmodi corporibus relinquat. Quibus cessantibus rursum rarefit. **¶** Ad confirmationem non intendimus hic exacte respondere. Nam licet Aristot. text. hic. 84. latius quam alibi vniquam naturam rarefactionis & cōdensationis attingerit, tamen ad omnes motus, s. generationis, alterationis, augmētationis, & rarefactionis lucidi? simul primo de generatione tractemus, illuc vsq; ab his supercedendum duximus. Interim tñ negatur q̄ nō possit fieri rarefactio, aut cōdensatio sine acquisitione materie & sine vacuo. Potest enim cera calefactione, aut coriū extensione rareferi per hoc solum q̄ quantitas amplius extendatur, vt loco citato expositum facimus.

¶ At vero cōtra cōclusionem

hāc restāt argumēta parua. **¶** Primum. Extra celū est vacuū: ergo nihil repugnat esse intra. **¶** Secūdo si vas plēnū ad summū aqua calida rarissima, bitumine optime cōcluso ore, ponatur in media hyeme sub dio, aqua illa, manifestū est, cōgelabitur ad minorem locum: & per consequēs relinquet de superuacuū, cum non sit via, qua possit se aer colare. **¶** Tertio datis duabus latis tabulis adeo ad iustū planis, vt altera alteri superposita sese secundū totam superficiem tangerent, & per ansam que superiori esset in medio fixa quis eleuaret illam equaliter, tunc daretur vacuū: nam non posset tant⁹ aer in instanti succurrere ad supplendū totum illud spatium: ergo.

¶ Ad primū negatur cōsequētia, vt patet ratione superposita: nam extra celum nulla est res naturalis: nec potest esse actio: quare nihil repugnat nihil illic esse. Imo si verū est, q̄ Deus nō pōt pducere infinitū, necessario sequitur, vt detur locus imaginariū, in quo nihil sit. Nihil inquam, quia vt scite ait. S. Tho. 3. p. q. 87. art. 4. illud nihil extra celum nō dicitur proprie vacuū, quia conuexa illa superficies nō est apta aliqd supra se cōtinere: & ideo nec proprie est locus, atq; adeo nec illic proprie est vacuū. **¶** Ad secūdū respōdetur, q̄ illo casu posito necesse est dicere, q̄ illa aqua quātūcūq; frigeat, nō poterit condensari, nisi forte vapores aliqui exhalentur ab illa, qui replent reliquum locum: tantū tñ potest gelu frigere, vt vas frangatur ad condensationē aque. **¶** Quod si pressius vgeas. Detur. v. g. vas ferreū perfecte sphericū vniiformissimū vndiq; grossiūle & robore: siue naturaliter id posset fieri, siue supernaturaliter: nullum habens orificiū, plēnū tamen aqua quam circūflans frigus possit congelare. Queritur enim tūc qua parte rūpetur, ne detur vacuū. Respondetur quantū ego existimo q̄ eūcū aqua sit grauis congelabitur in parte inferiori versus terrā: ob idq; rūpetur in pūcto superiori: ne detur illic vacuū. **¶** Sed quid si Deus supranaturaliter annihilat illā aquā: qua parte rūpetur. Respondet in primis q̄ in quālibet suā partē nec Deus pōt diuidere. Neq; recurrēdū est ad cōstellationem celestē. Tū quia nulla est in illo casu, q̄ antea nō fuerat: tum q̄a celū nō agit se solo, nisi per causas secū-

das: nisi forte dixeris q̄ rūpetur in pūctu propiti quiori soli qui vehemētē agit in ista inferiora, aut q̄ diuidetur in minimas partes secundū illā dimensionem que est a cōuexa ad cōcauā superficiem, vt intret aer. **¶** Quod si adhuc Sophista pergit molestus esse cur potius diuiditur per has lineas q̄ per alias vt diuisio esset in hec numero minima potius q̄ in alia. Respondetur recurrendum esse ad principium indiuiduationis: nempe q̄ in hoc numero tempore & loco & ad introitū huius numeri aeris, necesse est vt fieret hec numero diuisio.

¶ Simili enim modo forte respondendum est, si daretur vitrū planissimū & vniiforme supra quod caderet ferrum itidem planissimū & vniiforme, quod tangeret ferrum secundum omnē superficiem. Extremo nāq; q̄ diuideretur in minimas partes: has quidem numero propter hanc applicacionem. Et forsā non esset necesse q̄ fieret diuisio in minimas simpliciter q̄ per se possunt esse. Tametsi nequid esset in conueniens cōcedere: nam casus iste non est naturalis, quia naturaliter non possunt dari res tam vniiformes nec tam equaliter applicate. **¶** Ad tertiu quispian forsā responderet nō admittēdo casum, videlicet q̄ tabule ille due essent adeo contigue vt nullus interesset medius aer: propter ea q̄ Aristot. 2. de anima text. 113. dicit q̄ duo corpora mixta in aqua vel aere, nō possunt esse immediata & contigua, quin mediet aqua vel aer. Cuius testimonium est q̄ si digitos quatuor cōpressos in aquam merferis, experieris aquam colari inter illos. Ad vero existimo Aristot. solum illic intelligere q̄ naturaliter nō potest fieri tanta copulatio corporū quin aqua mediet: nihilominus nulla est repugnantia quin Deus id possit facere.

¶ Ad eūcō admissio casu respōdet. **¶** Hau. Gene. q̄ si tabula illa incipit eleuari per vltimū non esse immediate post illud, aer subito motus replebit totū spatium. Ad tamē salua auctoritate grauissimi doctoris credere neutiq; possum, alias naturaliter daretur motus subitus aeris per magnum spatium: quod repugnat nature rerum vt articulo secundo videmus. Et ideo crediderim q̄ naturaliter non posset tabula superior dimoueri ab inferiori, si equaliter vndiq; eleuaretur: sed superior traheret sibi asfixam inferiorem, quemadmodū aerē attractum a fistula seq̄tur sursum aqua. Et hui⁹ testimoniuū est, qd si quadratū corp⁹ planissimū superponas aque, nō poteris vniiformissime eleuare sine aliquali violentia: & adhuc tunc parumper eleuatur aqua vsq; dū intret aer. Si vero ex vna parte incipias eleuare, nulla est difficultas: quia tunc celerrime penetrat velocissimus aer. **¶** nec p̄ diuina potentiam efficit possibile dicitur vsq; ad falsū. **¶** 8. 10. 11.

¶ Conclusionibus his Aristot.

aggregatur sexta. Nihil repugnat per potentia supnaturalē Dei esse vacuū, siue simpliciter, siue accipiēdo vacuum pro illis dimensionibus separatis. **¶** Primum enim manifestum est: nam sicut pro sua voluntate & altissimo iudicio creauit mundū in hac parte, que ante erat vacua, potuit creare celos tantum, ita vt nihil crearet intus: et eadem ratione potest aquam volū annihilare impediendo motum aeris ad replendum vacuum. Res, credo est manifesta magis, q̄ vt testimoniuū indigeat. Et q̄ possit creare dimensiones separatas sine subiecto, manifestū est: vt in sacramento altaris: quas si modo seruariet siue aliquo calore, aut accidente physico, ille essent vacuum ad modum antiquorum. **¶** Tandem ad quartum principale argumentum negatur consequentia: non enim ita repugnat vacuum rerum nature

Ad. 3.

Extra ce:
lum nō est
vacuum.

4 principat
si vacuū repugn
nature respōdet
est possibile dicitur vsq;
ad falsū. **¶** 8. 10. 11.
6. Conclū.
argū sit. 6. 10. 11.
nōm potentia est d.
vacuū siue vacuū
sint simpliat, si
di mensuris nō resp
siue p̄ poris et vacuū
q̄ m̄ p̄ris v̄ p̄poris
vñ. Ad arg. 12.
vacuū esse nō ita
gnat naturis rep
Ad quartū
nat q̄ hō sit am
v̄ ratiō nōle sed
vacuū esse tāta
pugnāt ordinē rer

3 2

guitur sic. Pedalitas suprema nō potest venire ad locum, in quo est infima, quin prius sit in loco, in quo est media: illud autem prius & posterius non potest fieri ita subito ergo. Maior est manifestatio: nā corpus quod commensuratur loco, in intelligibile est, ut per motum veniat de extremo ad extremum, nisi per medium: imo oppositum implicat contradictionē. Poterit enim Deus, id quod est in celo, ponere in terra, sine hoc, quod ponat in medio et ponere simul in omnibus locis medijs: sed quod hoc faciat per motum est implicatio: quia motus corporis dicitur transitum per medium. Ob idque angelus qui cum sit incorporealis, nō dependet a loco, potest quidem forte moveri de celo ad terram, non per medium. At vero corpus ratione situs partium in intelligibile est, ut possit mutare situm partium, aut mutare locum, nisi per medium. Minor autem, scilicet, quod id non possit fieri subito, patet: nam si quis in illo instanti, quod est ultimum esse in celo, arguitur sic. Immediate post hoc lapis hic erit in terra, & erit in medio, imo in infinitis punctis medijs: ergo non prius erit in medio quam in terra, imo simul erit in omnibus locis. Scio istos negare consequentiam, nam dicunt, quod quoadmodum immediate post hoc erit instans, sed nihilominus ante quodlibet instans erit aliud instans: ita dicunt, quod immediate post hoc erit in terra, & nihilominus ante illud fuit in medio: & quocumque puncto ad imaginationem signato in medio, immediate post hoc erit in illo, & nihilominus ante illud erit in propinquo. Et vera solutionem hanc nunquam mihi potui persuadere ex lib. 3. quaest. ultima dicebamus: nam de instantibus aliud est, cum tempus veris instans praesens non habeat ultimam partem proportionalem, sed quacumque data alia est minor propinquior: illic autem sunt equalia spatia, quae pertranseuntur, ut tres pedalitates equales, imo quam plurime usque ad terram: quare in intelligibile est, quod immediate post hoc erit, in postremo puncto & medijs, quominus simul sit in omnibus, nec prius in uno quam in alio. Caustillari contendunt aliqui argumentum, per hoc quod nullum in rei veritate est medium, cum sit vacuum. Hoc tamen ridiculum est: nam quavis non sit medium resistens, est tamen distantia: fingatur enim columna erecta in vacuo, clarum est, quod altitudo eius distat a profunditate: descendat ergo lapis contiguae per illam: & quaeritur tunc, utrum prius tanget punctum prime quartae, quam punctum medium: & prius medium, quam extremum & persistat integrum argumentum. Secundo manifestissime arguitur de motu celi. Caelum movetur absque aliqua resistantia, & tamen movetur successiviter ergo. Nec satisfacit responsio, quod movetur secundum voluntatem intelligentie motricis: nam intelligentia monet caelum summa velocitate: qua suapte natura est mobile, nec velocius posset aut tardius movere. Nihil ergo est in causa successivis motus, nisi situs diversarum partium in diversis locis veris, vel imaginarijs: & per consequens eadem erit ratio successivis in descensu grauis.

Et tertio arguitur. Si mobile per vacuum subito descenderet, sequeretur quod eodem modo posset descendere & iterum ascendere. Datur ergo, v. g. spatium vacuum decem pedum inter tectum & pavimento alicuius aule, & dimittatur pila taliter, ut re percussa a pavimento iterum ascendat aut per violentiam, aut Deo id faciente, ut illi admittunt. Tunc arguitur sic. Nunc pila est in tecto, & immediate post hoc erit in tecto (nam quocumque instanti dato post hoc ante illud tetigit pavementum, & reper-

cussa est) ergo quiescit: nā quiescere nihil aliud est, quam esse nunc in loco, in quo erit immediate post hoc, & fuit immediate ante: & per consequens non movetur. Imo isti debent concedere, quod immediate post hoc poterit Deus facere, quod lapis ille faciat infinitos ascensus & descensus, quod est in intelligibile. Et postremo arguitur. Si Deus daret modo inclinationem uniuerso orbi, ut moueretur motu recto (vel impelleret ipsum) immediate post hoc transiret infinitum spatium imaginarium, imo infinities infinitum: quod non est intellectu possibile. Re vera fateor, quod quantum Arist. & omnes Philosophi mihi iurassent, quod aliquod corpus posset transire subito aliquod spatium, capere mente non possem. Nam militat etiam hic argumentum, illud quod fecimus de infinito. Posset enim tunc eadem rota molendini, quod implicat contradictionem: nam tunc sequitur quod quilibet pars erit immediate post hoc in eodem situ & loco in quo est modo, quia quilibet erit reuersa ad suum locum: & per consequens rota quiescit: nam quiescere est quod partes immediate ante hac & immediate posterunt in loco, ubi modo sunt. Item sequitur quod immediate post hoc faceret infinitas circulationes quod certe intelligibile est a Deo posse fieri.

igitur ad argumenta contrarie opinionis que omnia nituntur auctoritati Aristote. uno eodem verbo respondetur: nempe quod Aristote. non arguit ostensum ut ex professo probet mobile in vacuo moveri in instanti: sed ex positione si nulla esset repugnantia ex parte mobilis. Et ne hec solutio que vulgaris est censetur voluntaria, nota quod antiqui ponebant vacuum ne plenum resisteret motui naturali, & ideo videbantur insinuare quod ex parte mobilis nulla erat prorsus resistantia in motu: & ita arguit ad hominem Aristote. quod tunc motus fieret in non tempore. Et quod Aristote. id non concessisset, patet, quia videbat eelum absque vlla prorsus resistantia moveri successivē. Et preterea, quia alias deberet concedere successivem motuum grauium & leuium esse violentam: nam esset tota a principio extrinseco passio non conferente inclinationem ad illam. Fateor tamen hanc non tam significanter appellari resistantiam, quam repugnantiam ex parte extensionis quantitatis ne possit corpus moveri de extremo ad extremum, nisi prius fuerit in medio.

Eodem modo soluitur secundum argumentum quod isti faciunt: videlicet, quod tunc sequeretur mobile in pleno eodem tempore posse moveri quo per tantundem spatium vacuum moueretur, ut Aristote. infert textu 72. Accedimus enim conclusionem. Nam si aliquod remisse graue ut lana descēdat per decupedale vacuum in hora, & datur, v. g. quod eadem lana per tantundem spatium plenum aere descēdat in decem horis: poterit dari plumbum in decuplo maioris velocitatis ad descēdendum, potestque medium esse multo subtilius aere: ita ut tam ex parte virtutis motricis quam ex parte subtilitatis medium in decuplo velocius, quam lana descēdat per aere: atque adeo in tanto aequato tempore in quanto lana descēdit per vacuum. Nec Aristot. hoc habuit pro inuenientissimo: nisi admissa eadem suppositione, videlicet quod ab intrinseco nulla esset resistantia aut repugnantia motus instantanei.

Tertium argumentum Szego. & aliorum est. Si mobile per vacuum moueretur in tempore, sequitur quod in eodem penitus tempore descēdet ferrum

Super quartum Physicorum.

grauissimū & leuis spongia. Probatur: nam vtrūq; descēdet summa velocitate possibili. Etenim postquam nulla est resistentia in medio, non potest designari causa penes quam attendatur velocitas motus in vacuo. Respondetur, q̄ licet extensio quantitatis est in genere ratio successione motus, necesse est tamen dicere, q̄ ratio tante aut tante velocitatis debeat attendi penes virtutē motiua: nā vt ait Phil. text. 71. & ex parte resistentie & ex parte virtutis attenditur velocitas. Unde hec elicienda est regula, q̄ vnicuiq; virtuti motiue naturali correspondet certa velocitas & tarditas: que potest crescere ex resistentia mediū: qua seclusa mouebitur in vacuo ea velocitate, que correspondet sue virtuti.

Regula velocitatis motus.

Idēq; velocius descēdet id q̄ grauius est. Quid si arguas solutionem hanc aperte pugnare contra Aristot. text. 74. vbi eam expresse reprobat dicens, q̄ si maior virtus motiua velocius mouet q̄ minor, hoc est, quia facilius vincit resistentiam mediū, & ideo vbi nulla fuerit resistentia mediū, nihil cause restat, cur maior virtus velocius moueat. Respondetur. cum. S. Thom. ibidem lectione. 12. q̄ hoc intelligit Aristot. admissa eadem suppositione, q̄ nulla sit resistentia aut repugnātia ex parte mobilis: quam ipse non admitteret. Postremum argumentum quod alicuius sit momenti est. Alteratio incipit in instanti per vltimum non esse, itaque nunc non est calor in passo, & immediate post hoc erit: vt lib. 1. q. 3. disputabamus: ergo eadem ratione potest esse motus localis instantaneus hoc modo, vt in hoc instanti mobile sit in hoc loco, & immediate post hoc sit in alio distanti. S. Tho. in. 4. d. 4. q. 2. art. 3. respondet negando consequentia: ait est q̄ q̄ motus est inter terminū primariū & positiuū, nihil repugnat vt in instanti fiat. Quod est dicere, nihil repugnat q̄ id q̄ modo non est calidum: immediate post hoc sit calidū: sicuti eōuerso in generatione subest q̄ sit in instanti per primū esse, id q̄ immediate ante hoc non fuit, modo est. Vbi autem est motus rei corporalis inter duo positiua extrema, id non potest contingere: non enim subiectū potest moueri a calido vt vni ad calidū vt tria: aut augeri a pedaliatē ad bipedalitatē illo mō subito: & eadem ratione nec moueri localiter ab vno in altum locum. Idine sequitur, quod nec corpus gloriosum, vt illic ait. S. Tho. poterit in instanti moueri: quāuis ei medium non resistat: sed mouebitur in tempore breuissimo: atq; adeo fere imperceptibili secundum virtutem dotis agilitatis. Hoc tamen theologicis relinquatur.

30 Tex. c. Est tempus numerus motus. &c.

Quæstio quarta.

VTRVM DIFFINITIO
temporis rectē fuerit à Philosopho cōstituta.



Parte negatiua argui

tur. Tempus nihil est: ergo diffinitio supponit falsum. Probatur antecedens. Aut tempus est res altera distincta a motu, aut eadē res q̄ est motus, solatione distincta: non primū: quia vt elicitur ex diffinitioe, tempus non est nisi prius & posterius ipsius motus: hec autem nihil aliud sunt q̄ partes durationis motus: duratio vero non ita distinguitur a re, vt sint due res: ergo. Si vero non distinguntur vt due res, cum, vt lib. 3. q. 2. arbitra-

banur, neq; motus distinguatur a mobili tanq̄ res a re, sequitur primo q̄ mobile, motus, & tempus, vna prius res sunt, vt significatur per hos tres terminos diuersis connotationibus: & sic solum esset differentia in connotationibus terminorum: quod est absurdum: nam tempus, vt ait. S. Thom. 2. sent. d. 2. q. 1. art. 2. est ens naturale, imo est quodam modo causa corruptionis rerum, vt ait hic Philosophus text. 117. & text. 128. Sequitur. 2. q̄ ista predictio esset concedenda, celum est tempus: quod solum ait esse Aristot. text. 94. & per consequens idem esset annus & dies & hora. Item motus esset tempus quod Aristot. expresse negat text. 98. Secundo principaliter arguitur. Tempus (si quid est) est quāritas continua, vt ait Aristot. in 1. Medicamentis. c. de quantitate: numerus vero est quantitas discreta: ergo tempus non est numerus. Quod si respondēas tempus esse numerum ex opere intellectus distinguētis inter prius & posterius tanquam inter duo, vt videtur Aristot. sentire text. 131. tunc sequitur q̄ tempus sit ens rationis: consequens tamen est falsum. Nam secluso quocunq; intellectu numerante si celum moueretur, esset tempus, quod durarent, & per consequens mensurarentur res omnes corruptibiles. Tertio principaliter arguitur. Si tempus est numerus motus secundum prius & posterius: aut intelligitur de numero solum motus celestis: aut de numero prioris & posterioris istorū inferiorum. Secunda pars videtur esse contra Aristot. text. 135. vbi ait omnes motus mensurari vni eo tempore quod est in celo. Sed q̄ prima pars sit etiam falsa, arguitur sic. Illud est tempus per quod metimur durationē aliquam aut actionem nostrā: sed quocunq; motu locali vni formi metimur actiones nostras quantum durauerint, vt patet in horologio & in motibus harenē vel aque, quibus horarū cognoscimus: ergo quicunq; talis motus, aut saltem prius & posterius illius, est tempus.

Quarto deniq; & postremo principaliter arguitur. Tempus est, nunc, vnum & idem finēs per totam successione motus (que expressa est sententia Philosophi text. 104.) hunc autem idem est quod indistinctibile instans, numerus vero cōstat ex pluribus partibus: ergo cōtradictio est dicere q̄ tempus sit numerus. Et confirmatur argumentum. Temporis nihil est, nisi solum indistinctibile nunc: quod quidem non est pars temporis, vt Philosophus ipse docet text. 89. ergo nunquam tempus est: & per consequens non est distinctibile. In contrarium ad partem affirmatiuam quæstionis est authoritas Aristotelis textu presenti. 101. vbi ponit diffinitionem temporis.

Tempus (ait Agust. xj. confess. capit. 14.)

quis facile breuiterq; explicauerit. Unde si nemo ex me (inquit) querat, scio: si querenti explicare velim, nescio. Bene id profecto ac sapienter dictum est. Fibil enim familiarius ac notius, quam q̄ tempus est: nihil tamen, quam quid sit, explicatu difficilior. Aristot. nanq; 2. meta. text. 1. duplici de causa difficultatē ait rerum cognoscendarum contingere. In tempore aut ex defectu potentie nostre vt solem maxime perse visibile egre nos cernimus: aut ex parte rerum ipsarū: que cum sint minime entitatis, cognitu sunt difficile: qua: ratione seclūdas intentiones, atq; adeo res istas successiuas, vt motum & tempus, cum manifestum sit eas esse, vt quo ad quidditatem intelligere possumus. Hinc non solum inter antiquos, quos Aristotelis commemorat, sed inter iuniores varie de tempore versantur

*Chazar vltimo
Bandum q̄ mo
dicit fieri in mō
q̄ alteratio fit
in instanti, &
ratio est motus q̄
fit in instanti.
noty Alteratio mō
at pot considerari
molo quod fit pr
899 alexmino pri
tuo ad positiuū
q. de mō Albo ad
bum, et sic pot
mō mō q̄ mō
et mō dicitur
e mediū, alio
do quod fit p̄gre
Ab vno termino
sicut ad alium
i cōtra. v. q.
albo ad nigrum
hic motus mō pot
ri in instanti sed
sepe q̄ mō
m et nigrū sunt
ista media*

Tempus.

tantur opiniones. Inter omnes tamen primum o:
 mnium hoc conuenit, q tempus sit mensura certifi:
 sima durationis, motuq atq operationum corpo:
 raliu reru: atq adeo omnes fere semper consen:
 ferunt tempus esse in celo: eo q in motu regularissi:
 mo ac certissimo solis tempora distinguntur: nepe
 dies 7 noctes, mensesq 7 anni. Unde inter alios vsus
 ad quos luminaria 7 sydera celi creata sunt, is vn:
 est, vt sint nobis veluti horologium iac mensura vi:
 te nostre, omniumq corporaliu mutationum que
 sunt in orbe. Et ideo Gene. 1. (vt. 12. de ciuita. Dei.
 cap. 15. adnotauit Augusti.) sicut (inquit) lumina:
 ria in firmamento celi, 7 diuidant diem ac noctem,
 7 sint in signa 7 tempora 7 dies 7 annos. Tres er:
 go Aristo. recitat antiquorum opiniones de tempo:
 re, vt super text. 93. adnotauimus. Alij enim puta:
 bant tempus esse motum celi: alij sphaera ipsam ce:
 lestem: alij motum quocunq particularem. Quar:
 ta vero opinio Arist. fuit q tempus non est motus,
 sed aliquod accidens motus: vt text. 94. affirmat:
 videlicet numerus 7 mensura prioris 7 posterioris
 in motu, vt text. 101. concludit. Ex qua diffinitione
 due alie pullulat opiniones inter Nominales atq
 Reales: Nominales enim dicunt q tempus non est
 res distincta a motu celi: imo cum nec motu distin:
 guant a re mobili, tepus inquit esse ipsum primu
 mobile. Reales vero, contra, censent tempus esse ac:
 cidens quoddam realiter distinctum a motu celi,
 veluti albedo distinguitur ab albo. Inter has nos
 opiniones, vt in predicamentis, deser vltimis, 7 lib.
 3. huius de motu diximus, intendimus medium po:
 nere. Distinguiamus autem articulos duos. In pri:
 mo quinq conclusionibus exponimus diffinitione
 temporis: 7 in altero dissoluimus dubia tria inde
 emergentia.

Tres opi:
 niones.

Prima o:
 pinio.

Primaigitur opinio est qua

sentire videtur Eccl. 2. sent. 9. 12. q tempus est
 corpus ipsum primi mobilis. Non ait q sit nisi mo:
 tus eius: at, cum motus secundum eum non distin:
 guatur a re mobili, colligitur vt sit ipsum primum
 mobile. Et hanc opinionem plures Nominalium
 sequuntur. Gregorius vero Ariminensis. 2. sent. d.
 2. q. 1. expressus ait q non solum primu mobile, sed
 corpus quocunq continue 7 regulariter motum,
 est tempus. Aduersus hanc opinionem sit prima
 conclusio. Nullatenus (formaliter loquendo) aut
 primum aut quoduis aliud corpus mobile est tem:
 pus. Conclusio hec expresse est Arist. hic text. 94.
 vbi ait q dicere sphaeram esset tempus, stultius est,
 quam vt de eo impossibilia consideremus.

1. Conclu.
 celum non
 est tempus.

Primu autem argumentum quod illic insinuat
 est, q res aliter sunt in sphaera 7 aliter in tempore.
 In sphaera enim sunt tanq in loco, sed in tempore
 sunt tanq in mensura durationis. Locus autem no
 est durationis mensura. Quis enim dicat locum
 meum qui est mensura quantitatis mee, esse tem:
 pus quo mesuratur vita mea? Itaq sic colligimus
 argumentum. Locus 7 tempus sunt mensura reru
 diuersaru: nam locus est mensura quantitatis per:
 manentis, 7 tempus est mensura quantitatis du:
 rationis, vt exp. esse ait Philo. text. 119. ergo locus 7
 tempus distinguntur: sicut amphora, que est men:
 sura liquidorum: 7 vna que est mensura continui.
 Sphaera autem habet se vt locus 7 vas continens
 corpora permanentia: ergo non est tempus quo eo:
 rum duratio mesuratur. Secundo, Corpus quod
 est subiectum motus est de predicamento substan:
 tie, tempus vero de predicamento quantitatis: res
 autem diuersorum predicamentorum, licet quau:

doq sint eadem res, tamen formaliter nunq de se
 affirmantur, vt in. c. de quantitate copiose monstra:
 uimus. In tertio, isti concedunt non solum q ea:
 dem res sint dies, mensis 7 annus, sed formaliter q
 hora est dies, 7 dies est mensis, 7 mensis est annus,
 propter diuersas connotationes, sicut sedens est
 dormiens. Hec autem nec Philosophus profes:
 eto, nec de vulgo quisquam audire ferret. Mani:
 sequitur tunc q tanta est hora quantus est dies, 7
 dies quantus mensis: 7 quod dies haberet. 12. men:
 ses, dies esset annus: 7 sic qui ieiunaret vnam diem
 ieiunaret vnum annum. Item concedunt q in istis
 presens fuit preteritum: imo q tempus quod fuit
 preteritum erit futurum, 7 quod erit futurum fuit
 preteritum. Item eodem tempore pertransirent
 idem spatium mobile tardu 7 mobile veloci: nam in
 hoc tempore (demonstrato celo) velocissimus equus
 percurrat stadium, 7 in eodem tardissima formica
 reptat idem. Cum tamē equus in quarta parte ho:
 re percurrat stadium, quod formica transit in men:
 se. Item sequitur q qui est in peccato tempore vni:
 hore 7 postea penitens saluatur, maneret in pecca:
 to tempore totius vite, 7 tamē postea migraret ad
 celum. Alias id genus ridicula sequuntur pluri:
 ma. Quod autem addit Gregorius, no solum celi,
 sed quodlibet corpus esse tempus, inferius peculia:
 riter impugnabitur. Sed miror interim istos qui
 velint hanc opinionem Arist. applicare: qui no so:
 lum contendit tepus non esse sphaeram, veru nec
 motu eius, sed aliquid ipsius motus. Et Grego. ma:
 gis miror q citat August. in hanc sententiam. 12.
 de ciuit. Dei. c. 15. vbi certe no modo non reuocauit
 in dubium tempus esse celum, sed nec voluit appro:
 bare quod motus celi sit tempus: vt ibidem, 7. 11.
 confess. est aperte conspiciere.

Secunda opinio est quod te

pus est motus ipsius primi mobilis. Hanc opinionem
 preter Arist. text. 95. recitat August. xi. confess. c. 13.
 Et isti magis propie loquuntur, q precedetes. Nam
 tempus est per quod iudicamus quantitatem mo:
 tu: vt per motum solis iudicamus quot annis vi:
 uimus, quot horis operamur, &c. Unde 7 qui dice:
 bant sphaeram esse tempus, id asserbant ratione
 motus: vt refert Philo. text. 133.

Opinio. 2.

Contra hanc opinionem statuitur secunda conclusio.
 Siue motus eade res sit que tempus, siue alia, for:
 maliter tu loquendo motus non est tempus. Hanc
 conclusionem ex professo probat Philo. text. 95. 7
 96. duabus rationibus. Prima. Motus non est nisi
 in suo subiecto quod mouetur (vnde tot sunt mo:
 tus quot sunt res que mouentur) tempus vero non
 solu est in celo vt accidens in suo subiecto, veru est
 in omnibus mobilibus tanq eorum mensura, ex quo
 concludit Philo. text. 133. q cum sint diuerse spe:
 cies motus diuersiq motus numero, est tamen vni:
 cū oim tepus. Secunda ratio est. Motus est velox vel
 tardus, tepus vero minime: ergo sunt diuersa.
 Item text. 89. expresse concludit q tempus necq mo:
 tus est necq reperitur sine motu. Et text. 101. ait q
 tempus est numerus 7 mensura motus: nunq tamē
 dixisset q tempus est numerus temporis. Item, vt
 Pau. Gene. super text. 96. refert ex Anicenna, alie
 sunt differentie teporis: puta annus, mensis 7 dies:
 alie vera species motus, puta alteratio, augmenta:
 tio &c. Item quia vt Philosophus hic text. 152. 7
 infra ostendit, possent esse plures diuersiq motus
 simul tempore, neutiquam tamen esse possunt plu:
 ra tempora simul. At de Arist. dubium esse nequit
 postqua tam multis verbis loquitur de tempore 7

1. Conclu.
 Motus no
 est tempus.

Super quartum physicorum.

motu, tanquam de rebus ratione diuersis: cum ait
 r motum nos cognoscere tempore r tempus motu,
 r alia similia multa. ¶ Est preterea egregia ratio
 Augustini qua loco proxime citato probat motum
 non esse tempus. Sequeretur enim tunc q circula-
 ris motus diurnus solis, esset dies: quod falsum
 esse probatur. Nam si (per impossibile) circulus ille
 integer vnica hora perageretur, esset quidem idem
 motus (quippe quo idem spatii pertransitur) qua-
 uis esset velocior: r tamen non esset idem tempus:
 nisi quis diceret q dies fieret hora. Ideoq con-
 cludit. Nemo mihi dicat celestium corporum motus
 esse tempora. Quomodo ergo: ait Gregorius Tri-
 strolem r August. dixisse celum esse tempus? In
 summa. Motus solū dicit actionem r ordinem mo-
 bilis ad terminum (est enim acquisitio quantita-
 tis, aut qualitatis aut vbi) tempus autem est mo-
 ra illa qua motus fit: vt conclusionē quarta euiden-
 tius patebit.

Opinio. 3. ¶ Tertia opinio est Pau. Vene.

ac ferme Realium: quam veluti opinionem. S. Th.
 defendit Lapzeol. 2. sent. d. 2. q. 2. videlicet, q tem-
 pus est quoddam accidens realiter distinctū a mo-
 tu primi mobilis tanq res a re. quod subiectiue in-
 est motui ipsi. seu potius primo mobili mediāte mo-
 tu: nam accidentia omnia sunt in substantia: quod
 quidem est quedam quantitas successiua, id est, cu-
 ius partes non possunt esse simul, continuantur ve-
 ro per instantia indiuisibilia: atq adeo nihil potest
 esse presens temporis: nisi solum instans indiuisibi-
 le: r per cōsequens per hoc dicitur hora esse nunc,
 aut dies, aut mensis, aut annus: quia est vnum in-
 stans quo pars preterita huiusmodi temporum cō-
 tinuatur cum futura. ¶ Contra quam opinionē sta-
 tuerim ego tertiam cōclusionem. Tempus non est
 aliquod accidens realiter distinctum a motu. Hęc
 cōclusionem multis argumentis nituntur persua-
 dere Scchā r Gregorius: que tamen mihi fidem fa-
 ciūt hec sunt, que lib. 3. q. 2. de motu asserabamus,
 r in predicamentis cap. de ad aliquid.

¶ Primo. Si tempus est res distincta a celo eiusq
 motu, sequitur quod Deus potest celum r motū ei-
 us conseruare, illo accidente destructo (nullam en-
 im videtur repugnantiam inuoluerē q Deus mo-
 ueat celum vt nunc mouetur suspendendo concur-
 sum ne producat illud accidens) tunc autem in
 celo erit tempus vt modo: ergo illud accidens est
 superfluum. Minorem illi non negant. Nam bene
 vident q tūc esset mensura nostrarum operationū,
 sicuti est modo. Sed maiorem dicunt inuoluerē cō-
 traditionem. Sicut enim Deus non potest face-
 re album sine albedine, ita nec potest facere vt
 aliquid moueatur sine accidente distincto quod
 est motus: r per consequens sine alio quod sit tem-
 pus. Solutio tamen hec, principium petit: nec pro-
 fus satisfacit. Nam esse album in sua ratione forma-
 li includit albedinem: moueri autem solum inclu-
 dit motum: non tamen includit q talis motus sit
 res distincta a mobili, sed solum q mobile sit in con-
 tinua acquisitione alterius r alterius quantitatis
 aut qualitatis aut vbi. Et ideo hoc pretendit argu-
 mentum q non repugnat celum aut me moueri lo-
 caliter per hoc q acquirā alium r alium locum se-
 clusa quacūq alia re: r sic certe nec motus nec tē-
 p^{us} sunt res distincte a mobili. Sicuti ad hoc q pte-
 trus sit pater, satis est q habeat filiū, seclusa qua-
 cūq alia entitate: quia esse patrem nihil aliud est
 quam habere filiū: sicuti esse album habere in se
 albedinem. Concedimus ergo contradictionem

esse rem moueri sine motu: sed sine motu distincto,
 hoc tu habes probare. ¶ Preterea est peculiare ar-
 gumentum aduersus res has successiuas. Si enim
 tempus aut motus esset accidens distinctum, esset
 quidem successiuum, cuius nulla vnquam pars est
 presens nec fuit presens: sed solum instans indiuis-
 bile: quod Aristot. text. 89. fatetur non esse partem
 temporis. Hoc tamen profecto, quicquid dicant,
 est intellectu pene impossibile. In linea enim intel-
 ligimus partes continuatas per punctum quia ve-
 re sunt presentes. In tempore autē aut motu quo-
 modo intelligitur habuisse partes, si nunquam fuit
 presens aliqua pars se cūdam se totam, aut aliquid
 sui. Ratio hec. 11. confess. sere per totum adeo veta-
 uit Augustinum, vt semper se fateretur ignorare
 quid sit tempus: nempe quia, vt capit. 15. ait, tem-
 poris nihil vnquam est: nisi indiuisibile: r ideo intel-
 ligere nequibat, quomodo habuisset aut habiturū
 esset partes. Et ideo intelligere nō potuit vbi esset
 pars preterita aut figura. Etque adeo profecto so-
 la ratione (credo) intellexit distingui ab existentia
 illius quod mouetur. ¶ Addit Gregorius q seque-
 retur rem aliquam nunquam esse, nisi quando si-
 mul e sit r corrumpitur (quod Aristot. 5. hulus tex.
 14. videtur habere pro inconuenienti) nam in quo-
 cūq instanti est tempus vel motus, est in fieri r in
 corrumpi. Sed qui superiora argumenta deuorau-
 erit, hoc corollarium facile iudicabit.

¶ Arguitur preterea. Si tempus esset res disti-
 ncta, posset Deus idem tempus numero reproducere:
 nam quacūq entitatem preterita potest Deus
 iterato producere. Quod tamen idem tempus nu-
 mero quod preteritum fuit modo redeat, contradi-
 ctionē implicat, eo q natura eius est fluere: fluxus
 autem vt repugnat non fluere, repugnat reuerti.
 Non enim est intelligibile q Deus hesternum diē
 hodie reproducat: sicut nec reproducere potest pre-
 teritam actionem. ¶ Potest enim Deus reproducere
 panem quem ego heri comedi: comestione tamen
 illam numero certe non potest. ¶ Et confir. Si eun-
 dem hesternum diem Deus posset hodie producere,
 eadem ratione posset conseruare hodiernum vt
 nunq preteriret, esto celum semper moueretur: r
 sic viuerem quantum Mathusale, r tamē nunq ha-
 berem plures annos q modo habeo. Et eadem ra-
 tione posset eādem numero horam qua equus per-
 currit tria miliaria, retinere per mensē, quo for-
 mica mouetur per tantumdem spatium: r sic formi-
 ca moueretur tam velociter q equus: postquam
 eodem tempore idem spatium pertransit. ¶ Quod
 si respondeant q Deus potest reproducere r reti-
 nere idem accidens quod est tempus, non tamen
 idem tempus formaliter. i. eādem durationem aut
 moram preteritam, tunc sequitur q non sufficit ad
 rationem temporis q sit res distincta, nisi conside-
 retur sub ratione preteriti, aut futuri. Hoc ergo
 quod ipsi attribunt illi entitati, nos attribuimus
 mobili: videlicet q mobile est eadē res q est motus
 scdm illā rationē qua aliter r aliter se habet in ordi-
 ne ad partes priores r posteriores spatii. Et idem,
 secundum aliam rationem qua aliter r aliter se ha-
 bet in preterito r futuro, est tempus.

¶ Preterea eiusdem rationis sunt in ratione mo-
 tus (quantum ad hoc) circularis ille celestis r qui-
 cūq alius in istis inferioribus: ergo nullum acci-
 dens nouum producit in celo per suū motū, cuius
 simile nō producat motibus horū inferiorū. Mo-
 bilia autē hec inferiora non producit aliquod acci-
 dens quod est tempus: nam (vt statim probatur) in
 mus ex Arist. tempus nō est subiectiue: nisi in celis
 ergo

Conclu.
 Tempus nō
 distinguit
 numero a
 motu.

222

190

futu.

X

10

conf

10

10

10

ergo neq; in celo tempus est aliquod accidens distinctum, sed illud prius & posterius quod ratione distinguitur & a motu & a mobili. ¶ In summa. Postquam intelligere possumus & motu & tempus sine rebus distinctis, non debemus res illas multiplicare, nisi vel ad evitandum predicationes illas. q̄s aduersus primam & secundam opinionem inferebamus: vel propter auctoritates Aristotelis: sed et verba Arist. sane intelliguntur, et predicationes ille optime excusantur per solam distinctionem rationis & definitionis inter tempus & motum: ergo non opus est vt distinguantur tanquam res a re.

¶ Est ergo quarta. cōclusio. Tē

pus distinguitur a motu, ratione formali & definitione. Conclusio hec manifeste sequitur ex secunda & tertia. Si enim distinguitur a parte rei, & non tanquam res a re, sit vt distinguatur ratione formali. At ne commentum nostrum esse censatur: vide mihi profecto sententia esse expresse Arist. text. 99. vbi ait q̄ tempus id quidē quod est, motus est: esse autem. i. ratio et quidditas alterum est & nō est motus: & text. 131. ait q̄ si non est possibilis intellectus qui numeret prius & posterius, non est completa ratio formalis temporis a parte rei. Sequitur (licet esset hoc, quod aliquando est existens tempus: vt si contingit motum esse). i. esse motus qui est idē realiter quod tempus. Non ergo distinguitur tēpus a motu tanquā res a re, sed quidditatiua ratione. ¶ Quārum autē ad. S. Th. pertinet, nullus est locus quem ego viderim, nec hic, neq; .i. p. q. 10 nec alibi vnuquā, vbi contrariū dixerit, quia nullibi addit verbum ad verba Arist. Vide omnes locos apud Capreo. 2. sentent. d. 2. q. 2. Quinimolē. hic. 17. super textum citatū. 99. ait q̄ prius et posterius sunt idem subiecto cū motu, sed differunt ratione. Et lec. vltima super text. 131. idem sentit. Quod si aliquando dicat tempus esse accidens ipsius motus: & esse successiuum esseque subiectiue in primo mobili & similia, cuncta nos concedimus: nam accidens, etiam reale, non dicit semper rem distinctā, sed id quod accidit rei preter eius essentiam. Non enī negatur quin esse patrē sit accidēs Petri, quāuis paternitas non sit res distincta. Et Scotus quantum & relationes & motum distinguit a subiecto, nihilominus in. 4. dist. 48. q. 2. expresse ait qd tempus non est quantitas distincta a motu: sed solum differt ab illo in ratione mensuræ. Et Duran. lib. 2. d. 2. q. 4. idem dicit tanquā de mente Philosophi. ¶ Annuaduertenda est ergo differentia inter tempus & motum. Que in motu locali recto super planum exempli gratia oculatius patebit. Demus super planum tripidale vniiformiter moueri lapidem. Illud aliter se habere mobilis respectu spatij. q̄ prius est in parte priorī quam in media, & in media q̄ in posteriori, est motus: quia est actus entis in potentia, quod nondum peruenit ad terminū. Ex hoc prius & posterius, cōsequitur aliud prius et posterius mora & duratione: & hoc est tēpus. Et sic plane intelligitur verbum Philosophi text. 99. q̄ ex cōtinitate magnitudinis sequitur cōtinitas motus: & ex cōtinitate motus, cōtinitas tēporis. Et hoc enim q̄ spatij habet partes cōtinnas situ & positione, motus quo mobile pertransit illas, est cōtinuus: & ex hoc q̄ motus est cōtinuus, moule quas mobile facit in illis partibus, sunt cōtinue. ¶ Est tamen hic preterea adnotandum quod hoc prius & posterius non habet rationem temporis, nisi quatenus mensura est motuum ac durationum omnium rerum (hoc enim proprie sonat no-

men tempus) res autem (vt habetur. 10. meta. text. 2.) mensurare non possumus, nisi per aliquam quantitatem: qua vtimur tanquā indiuisibili, multiplicādo illā (alias si mensura esset diuisibilis, haberet aliam mensuram sui) vt vinum metimur amphora, triticum modio, stadium pede pārium vlna. Et hac ratione illud prius et posterius quod vocamus tēpus, partimur per annos, & annum per menses, mensemque per dies, diem autem per horas: & hac hora vtimur tanquā indiuisibili: que est sicut minima pars numeri: nā minima pars simpliciter magnitudine non est dabilis, vt ait hic Philosophus textus. 108. Et cum tempus in rei veritate sit cōtinuum, habet vt sit numerus per operationem intellectus diuidentis illud in partes: sicut pannus cōtinuus non est numerus, nisi quatenus per intellectum diuidimus in decem verbi gratia vlnas. Et quia inter motus, ille qui natura sua est regularissimus, est subinde simplicissimus, & per consequens inter alios irregulares habetur sicut vntas ad iudicandum de illis, et talis est motus primi mobilis: propterea illud prius & posterius in motu primi mobilis est tempus omnium temporalium: vt docet Philosophus text. 133. Est enim considerandū quod quemadmodū si vlna, aut amphora esset variabilis, nunc maior, nūc minor, non esset mensura: ita motus si nunc esset tardior, nunc velocior non esset mensura. Et ideo quia solus motus celsuapte natura est inuariabilis, ille est aliorum mensura. Quod si arguas, de ratione mensuræ esse vt sit notissima (vt eodem text. 108. asserit Aristotel.) quia per mensuram debemus iudicare de re mensurata motus autem primi mobilis est nobis absconditus: sicut ipsum primum mobile respondetur q̄ ille est motus notissimus per motum solis, qui mouetur quotidie motu primi mobilis: et ideo sol est signum temporis.

¶ Per hęc lucida habetur expo

sitio diffinitionis temporis: qua dicitur text. 101. q̄ tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Est enim numerus ille dierū authorariū in quem diuidimus moram illam & durationem q̄ facit mobile continuo motu. Non ergo dicitur qd sit numerus partium mobilis aut spatij, sed numerus motus. Nec rursum dicitur numerus partium motus diuisi ad diuisionem mobilis, sed diuisi secundum prius & posterius: non quidem positione vt est in spatio (ad quod prius et posterius sequitur proprie ratio motus) sed secundum prius & posterius mora et duratione in ratione preteriti & futuri. ¶ Sed contra. Jam ponitur diffinitum in diffinitione: quia hoc prius et posterius non potest explicari, nisi per preteritum & futurum, quod est prius & posterius in tempore. ¶ Negatur q̄ sit petitio principij. Nam illud prius et posterius est ipse motus, et tempus diffinitur tanquam passio ipsius motus. Sed quia prius et posterius est equiuocum (nam potest intelligi, aut situ et positione, sicut in magnitudine, aut duratione et mora) non possumus distinguere vnum prius et posterius ab alio, nisi vtamur terminis temporalibus: vt si dicas, v. g. heri & hodie, preteritum & futurum etc. Hac ergo de causa subinfert Arist. eodem text. 108. q̄ tempus quatenus est numerus qui intellectu diuiditur in plura dicitur multum et paucum: quatenus vero est quantitas continua, dicitur longum aut breue. Nam illa sunt predicata quantitatis discrete, hęc vero continue. ¶ Ac deinde text. 109. subinfert quod tempus non

69
3. cōclusio
¶

4. Conclu.
Tēpus rō
ne distinct.
a motu.

¶

¶

¶

Dfia inter
motum et
pus.

Cōtinnitas
temporis.

Ratio men
sure.

Tēporis dī
finitio.

duplex pug et post

corolm m

m
2 corolm

Super quartum Physicorum.

Numerus
& quod.

est numerus formalis quo numeramus, sed numerus materialis numeratus. Abi aliquid distinguunt duplicem numerum, numerantem, qui est anima numerans: et numeratum, qui est res numerata. Sic vero distinctio hec non elicitur ex Aristotele, nec intellectum numerantem aut conceptum, quo numerat appellasset unquam numerum. Est enim terminorum abusus, quia numerus, cum sit species quantitatatis discrete, non est nisi aut res ipse, aut aliquid quod de illis formaliter predicatur. Numerum ergo formalem, quo appellatur numerum de genere quantitatis, ut abstractum operatione intellectus ab his & illis rebus numeratis: qui obiective est in anima: et numerus numeratus appellantur res ipse. Sic ergo quod tempus non est numerus quo numeramus ut dicitur quantitatem discretam in communi, ut explicuimus in predicamentis super cuncta textum, sed est numerus numeratus, puta prius ipsum et posterius motus, ut expositum est: ut si dicas decem vlnas panni nihil aliud esse quam sit ipsemet pannus.

Quinta conclusio. Quod dictum est de tempore, sentiendum est proportionabiliter de instante: nempe quod sola ratione distinguitur a mobili.

Ad primam principia.

igitur ad primum principale argumentum concedimus illam partem scilicet quod tempus non est alia res numero distincta a motu: negamus tamen inde sequi quod solum differant penes connotationes terminorum. Medio enim modo incedimus inter Reales & Nominales: a quibus forsitan non tam re quam modo loquendi discernimus. Ille enim quas illi vocant connotationes terminorum nos dicimus esse rationes et quidditates distinctas in re ipsa: ut expositum est. Et propterea simpliciter non conceditur quod nomen tempus, formaliter supponat pro motu: sed (identice) pro re que est motus: nec, motus, pro tempore, sed pro re que est tempus. Et ibidem negantur ille predicationes, mobile est motus, aut tempus: motus est tempus, in sensu formali: licet res que est motus sit res que est tempus. Et eadem ratione negatur quod annus sit dies, aut dies hora: sed dies est mora illa & duratio quam fecit celum ab oriente in orientem circulo diurno: et hora est vigesima quarta pars illius, & mensis triginta circulationes. Atque adeo pari ratione negantur omnes ille predicationes quas contra primam & secundam opiniones obiecebamus. Quod si dubitaueris nos concedere in creaturis quod in diuinis credimus, quod eadem res que est motus est tempus: & tamen motus non est tempus sicuti eadem essentia que est pater est filius, tamen pater non est filius: hec et alia vide in predicamentis cepit de quantitate, quest. 2. & lib. 3. huius. q. 1. ubi hunc modum loquendi copiosissime explicamus. Qui si semel in scholis admitteretur, multe profecto realitates ex vna parte excusarentur, et ex altera loquutiones que inepte sane sunt in philosophia corrigerentur.

072
01093
01111

Articul. 2.
prima dubitatio.

In articulo secundo restant tria precipua dubia: que sunt apud Aristotelem, primum est circa materiam secundi argumenti principalis. Utrum tempus sit ens reale, aut rationis: quod est apud Aristotelem, text. 131. ubi inquit quod si non esset possibilis intellectus, non esset possibile tempus. Et inde infert quod si de facto non sit intellectus: nec est tempus: & per consequens videtur sentire quod sit ens rationis. Ex alia parte videtur quod sit ens vere reale. Nam tempus est vere accidens reale, cum

sit vera causa rerum: & prius & posterius in motu est tempus. Imo circumfertur articulus Parisiensis: ubi habetur quod dicere tempus non esse a parte rei, est error. Hanc dubitationem scite sane diluit Sant. Tho. hic lect. 23. Abi considerandum est quod cum numerus non distinguatur realiter a rebus numeratis: vel saltem ab unitatibus, que sunt quantitates ipsarum rerum numeratarum (ut cap. de quantitate q. 2. censebamus) sit ut numerus quantum ad suum esse materiale quod habet in rebus non dependeat ab intellectu: (saltem creato) nam ab intellectu diuino omnia dependent in fieri & conseruari. Ratio vero ipsa numeri dicit respectum ad numerantem. Sicut, sensibile, dato quod de formali significet qualitates reales, ut colorem aut calorem, &c. nihilominus dicit respectum ad sensum: quia ille qualitates non dicerentur sensibiles, nisi respectu sensus. Et ideo illa consequentia Aristotelis de possibili, si non esset possibilis intellectus, non esset possibilis numerus, bona est: quia si non esset possibilis intellectus numerans, nulle res denominarentur numerus: eo quod, numerare, dicit actum rationis (saltem in potentia) multiplicantis & colligentis unitates. Sicut si non esset possibilis sensus nulla qualitas diceretur sensibilis. Cum autem inferuntur propositiones de in esse, consequentia non valet in rebus permanentibus. Nam dato quod nulla nunc esset potentia de facto sensitiva, nihilominus res essent sensibiles: quia, sensibile, solum dicit potentiam. Et pariter numerus decem equorum aut hominum, vere & formaliter esset numerus: seclusa operatione intellectus: quia satis est quod sit numerabilis. Sed tamen quia tempus nullas habet partes simul (temporis enim nihil aliud est quam indiuisibile nunc, ut dubio tertio, explicabimus) nullo modo partes ille sunt presentes nisi per operationem anime actu conseruantis prius & posterius. Dicitur enim modo nunc dies sabbati esse: quia est vnum nunc quod anima considerat tanquam continuatum preterite durationis & future. Et quod sequitur quod tempus seclusa operatione intellectus numerantis habet fundamentum in re: puta motum: actu tamen, quantum ad formalem rationem temporis que est esse numerum, non est actu nisi per operationem intellectus. Et hec est expressa sententia Aristotelis, loco citato, eodem text. 131. quod sine intellectu non est tempus, sed tamen est illa res que est existens tempus, quo ad materiale: puta motus. Simile est in secundis intentionibus. Natura animalis vere est materialiter in quocunque & indiuiduo animali seclusa operatione intellectus: quia non distinguitur realiter ab illis: sed tamen quod sit genus, hoc habet per operationem intellectus abstractantis illam a singularibus, ut habeat rationem vniuersalis. Ita ergo res que est tempus est preter operationem intellectus: sed quod sit numerus habet per operationem intellectus. Et ex hoc patet solutio ad secundum principale. Quod si rursus quis perconterer an simpliciter concedendum sit, tempus esse in rebus etiam quocunque intellectu secluso. Responderetur quod forte ita est concedendum: sicut in predicabili, q. 2. de vniuersalibus diximus quod non obstantem genera et species actu abstractantur per operationem intellectus, nihilominus, propter fundamentum quod habent in re, concedimus seclusa operatione intellectus esse multa genera et species herbarum atque animalium &c. Labamado Logico

ab ex
alino
et
2010

20

2010

Ad. 2. primis

In ipse re...

2010

Secundum dubium circa tertium

Super quartum physicorum.

In alio autem non nisi tanquam mensura in mensura... Sed est intelligendum quod est mensura, illius intrinseca aliorum aut extrinseca. Exempligratia. In vna lignea signantur tres pedes, que sunt tres tercie. Illa pars tercia est intrinseca mensura illius lignee vnde extrinseca autem panni et aliorum que illa tercia mesurantur. Ita vna hora est intrinseca mensura illius motus celi (na vices quater multiplicata metitur totum circulum diurnum) sed est extrinseca mensura nostrarum actionum. Unde ad argumentum in contrarium respondetur quod quantumvis motus sit tam vniformis quam tepus, nihil obstat quominus intrinsece mensuratur ipso tempore. Quam ob rem Thommen. com. 102. ait quod cum dicitur: tempus est numerus motus secundum prius et posterius: huius motus accipitur pro quocumque motu: sed, prius et posterius, pro solo prior et posteriori in celo. Et sit sensus quod tempus est numerus cuiuscumque motus: celestis quidem, intrinsecus, et aliorum extrinsecus: sed est numerus et mensura secundum prius et posterius, que regularissime sunt in celo. Tametsi forte melius est dicere quod motus solum accipitur pro motu celi, vt sit numerus solius motus celi: quia est numerus numeratus ipsius prioris et posterioris: licet per ipsum extrinsece metiamur alios motus. Imo tempus non solum cuiuscumque motus est mensura, sed etiam per accidens est mensura quietis vt ait Philo. text. 118.

Tertium principale dubium

Circa quartum argumentum est de instantibus temporis: vt vnum et idem sit nunc fluens per totum tempus. Quod certe apud nonnullos Realium implemum arque intricatum est valde. Tenentes namque tempus distinguunt a motu tanquam alteram rem numero, dicunt in primis partes temporis contineri per instantia indivisibilia: que madmodum partes linee continuatur per puncta. Quod sentire videtur pp. tex. 104. comparans instans punctum linee: et ideo sicut in qualibet parte linee sunt infinita puncta, ita in qualibet parte temporis sunt infinita instantia. Et hoc quidem satis est intelligibile illi qui credit tempus esse rem distinctam a motu. Sed tamen adducunt quod preter ista plura instantia indivisibilia est vnicum nunc fluens, idem manens per totum tempus. Quod quidem asserunt solum propter verbum Aristotele. loco modo citato text. 104. vbi ait. Ipsum autem nunc est quidem vt idem est vero vt non idem. Et putant esse opinionem S. Thome: quam tamen profecto nec ex Aristotele. nec ex Sant. Thom. (vel ego fallor) elicere possunt: sed est merum figmentum preter vtriusque intentionem. Nam primum omnium verba Aristotelis manifeste huic opinioni aduersantur. Non enim inquit quod aliud sit nunc, quod est idem, et alia sint nunc numero diuersa: sed quod vnum et idem numero nunc est quodam modo vnum, et quodammodo plura. Quatenus enim (inquit) in alio et alio est, diuersum est: quatenus vero est id quod est, ipsum nunc id est est. Et subdit exemplum: sicut lapis qui per idem spatium mouet, vnum est et idere, perseverans in toto motu: sed est alius et alius ratione, quatenus consideratur in alia et alia parte spatii. Idem etiam confirmat exemplo Coriscii: qui idem est re dum est in foro et dum est in Lyceo, sola ratione diuersus. Et ite ista, vt Lapreo. 2. sent. dist. 2. quest. 2. et alij Thomiste: non possunt fingere quid sit nunc permans, nisi vnitas mobilis quod manet in toto fluxu temporis. Unitas autem mobilis non dicit respectum

proximum ad tempus: tametsi sit causa vnitatis et continuitatis motus: vt ait Aristotele. text. 105. et illi a nobis expositum est. Igitur planissimus sensus Aristotelis est quod que madmodum punctum, motum per aliquam planiciem, a mathematicis factis fingitur facere lineam, ita existens mobilis continuo fluens per omnes morulas quas mobile facit in spatio, intelligitur facere tempus: itaque ipsamet existens mobilis, que in se considerata realiter est vna et eadem numero, considerata vt in diuersis morulis, est et dicitur plura instantia, sola ratione diuersa. Igitur si teneatur tempus esse accidens numero distinctum a mobili et motu, solum sunt ponenda infinita instantia numero distincta, que continent partes temporis: et instantia permanens solum appellanda est existens mobilis: non quod continet partes temporis, sed quod suo fluxu ad imaginationem intelligitur facere tempus. Sicuti in linea non ponimus, preter infinita puncta indivisibilia, aliud punctum in rei veritate fluens: sed punctum ipsum, quod est continuatum, suo fluxu, si per impossibile moueretur, ad imaginationem fingitur facere lineam. Si vero (quod nos opinamur) tempus non distinguitur numero a motu et mobili: sed solum adhuc sensum realiter quod est res alterius predicamenti a mobili (quam ego voco distinctionem formalem et quiddam tantum) tunc non opus est ponere infinita instantia numero distincta: sed ipsamet existens mobilis, sub illa ratione qua nunc est in aliqua morula et momento, in qua immediate ante hoc fuit, nec immediate post hoc erit, est nunc indivisibile presens. Et qui illa ratio primi mobilis quam vnquam perseverat in eodem loco et morula, sed semper succedit ac fuit a preterito in presens et a presente in futurum, est tempus.

Et hic est planus sensus illorum verborum Aristotelis eodem textu. 104. quod ipsum nunc sequitur id quod fertur, vt tempus motum. Id est: quem admodum tempus se habet ad motum, ita nunc ad mobile. Quod est videri. Quod admodum mobile vnum et idem ille ratione qua est successive et continue in alia et alia parte spatii (que sunt positione et situ priores et posteriores) habet rationem motus: ita existens ipse mobilis vna et eadem, in alio et alio momento et morula (que sunt priores et posteriores duratione et ordine preteriti et futuri) est nunc et cuius fluxu sit tempus. Et eadem est expressa sententia Sant. Thomae prima. part. questio. 10. arti. 4. ad secundum argumentum. vbi ait quod nunc temporis est idem subiecto in toto tempore, sed differens ratione: eo quod sicuti tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet mobili. Mobile autem est idem realiter toto decursu temporis, sed differens ratione in quantum est hic et ibi. Et ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc, secundum quod alteratur ratione, est tempus. Nec ille. Et eandem sententiam pretendit in illo opusculo. quadagesimo quarto de tempore: si suum est. Re vera nisi ista interpretes. Sant. Thome tam essent cupidi realitatum multiplicandarum: non querebant in Sant. Thomae illas realitates, sicut nodum in scyrpo.

Hinc patens est differentia inter tempus, eum et eternitatem: vt loco proxime citato docet Sant. Thomas. Eternitas enim per extremum opponitur tempori. Non enim solum consistit eternitas in hoc quod nec principium habeat nec finem: sed essentialiter in hoc consistit quod sit duratio quedam prolixius inuariabilis, et vnum

Sensus Aristotele de instantibus.

s. bo.

Tempus eum et eternitas. et. eum

vnde dicitur in eadem

hic

solu. q. arg. c. ubi dicitur dicitur... principale... vtrum sit vnum nunc... circa quartum argumentum est de instantibus temporis... quod nunc temporis est idem subiecto in toto tempore... hinc patens est differentia inter tempus, eum et eternitatem...

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Se-
gouienſis, Theologi, ordinis Predicatorum, ſuper
quintum Phyſicorum Ariſtotelis
Queſtiones.

¶ Tzxt. x. Neceſſe eſt tres motus, &c.

¶ Queſtio prima.

¶ VTRVM TRES SINT
tantum ſpecies motus.



Oſt cōſideratio

nem motus rei naturalis e-
iusq; principiorū, cauſarūq;
ac mēſurarū. ſ. loci & tēpo-
ris, in hoc quito, vt in exor-
dio commentorum diceba-
mus, partitur ꝑh. motum
in ſuas ſpecies. Eſtq; diſpu-
tatio hec tripartita: nempe de ſpeciebus motus, d
vinitate et diuerſitate motus: et de eius contrarie-
tate. Ob idq; prima queſtio de ſpeciebus motus
circa text. 10. mouetur hec. ¶ A parte negatiua ar-
guitur. Et primo aduerſus diſtinctionem quā ꝑh.
ſtatim text. 1. preponit, videlicet, motum contingere,
aut per accidens, aut ratione partis, aut ſimpli-
citer ratione totius. Ad quod ratione partis, mo-
uetur: ſimpliciter mouetur quando enim quis ſo-
lum laborat pectore, cū illa pars ſanatur, ſimplici-
ter dicitur ſanari apud omnes: nam ſimpliciter e-
uadit ſanus. Item qui eſt criſpus ſecundum capil-
los, ſimpliciter eſt criſpus: & qui eſt aquilinus aut
ſimus: ſe cū dū naſu in ſimpliciter eſt aquilinus, aut
ſimus quia predicatione iſte nō poſſunt compete-
re toti, niſi ratione iſtarum partium: ergo quod mo-
uetur ſecūdum partem, ſimpliciter mouetur. ¶ Et
confirmatur, qui lingua loquitur, totus ſimpliciter
loquitur, et qui pedibus ambulat et oculis videt,
totus ſimpliciter ambulat et videt: ergo moueri ſe-
cundum partem eſt ſimpliciter moueri.
¶ Et confirmatur ſecundo, ex parte terminū: res
que mouetur ad ſpeciem, ſimpliciter mouetur ad
genus: vt qui diſcit Mathematicas, ſimpliciter diſ-
cit ſcientiam, que eſt genus ad Mathematicam: et
qui diſcit artem ſtrucendarum edium, ſimpliciter
diſcit artem, tamen ſpecies eſt pars ſubiectiuam,
cuius totum eſt genus: ergo. Et de parte integra-
li idem arguitur: ignis enim dum aſcendit ſurſum
verſus Zenith noſtrum, ſimpliciter aſcendit ad
concauum lune, et tamen non aſcendit, niſi ad v-
nam particulam illius. Male ergo diſtinctum eſt
moueri aut mouere ſecundum partem, cōtra moueri
ſimpliciter, & moueri ad partē contra moueri ad
totum. De alijs duobus membris ſcilicet de cauſa
& effectu per ſe & per accidens, ſuperuacanea eſſet
hic diſputatio: quando quidem. 2. huius. queſt. 3. ſatis
dictum eſt. ¶ Secundo principaliter arguitur
contra id quod habetur text. 3. videlicet ſolum ſub-
iectum proprie moueri. Motus eſt fluxus quidā,
& mouerimihil aliud videtur eſſe quam rem ſucces-
ſiue & continuo aliter ſe habere: ſed qualitas que
acquiritur aut intenditur, in alteratione ſemper
fuit, quatenus habet nouum & nouum gradum in-

tenſionis: & pariter quantitas in augmentatione
quatenus ſemper creſcit forma ſubſtantialis in ge-
neratione dum ſucceſſiue extenditur per ſubiectū
videtur moueri poſtquam procedit ſemper a mi-
nori ad maiorem extensionem: ergo non ſolum ſub-
iectum, ſed terminus ad quem proprie mouetur.
¶ Tertio arguitur aduerſus illud quod ſtatim ſub-
ditur text. 4. motum ſcilicet et mutationem quan-
cunque denominari a termino ad quem. Motus lo-
calis non potius denominatur a termino ad quem
quam a termino a quo nam termini ſunt omnino
eiuſdem rationis: vt patet cum quis deambulat: et
potiſſimum id patet in motu circulari celi: cuius i-
dem eſt terminus a quo ad quem: primum enim mo-
bile mouetur ab oriente in idem oriens.

¶ Et confir. creatio denominatur a termino a quo
deſinitur enim qđ ſit productio alicui⁹ ex nihilo: er-
go nō omnis motus ſortitur ſpeciem a termino ad
quem. ¶ Quarto arguitur aduerſus aliud text. 6. q
ca que mouentur & mouēt per accidens ſunt a ſciē-
tia pretereunda. Fortuna eſt cauſa per accidens: &
tamen de illa inter alias cauſas eſt ſciētia, vt. 2. lib.
huius viſum eſt: ergo mouentia & motu per acci-
dens nō ſunt aſciētia phyſica relinquēda. ¶ Quin-
to principaliter arguitur aduerſus illud aſertum
text. 7. q generatio non eſt mot⁹. In poſt ꝑdicamē-
tis diſtinguit ꝑh. ſex ſpecies motus: inter quas
ponit generationem & corruptionem: & lib. 3. hui-
us text. 6. inter mobilia commemorauit generabi-
le. Sed ratione arguitur ſic. Si generatio non eſ-
ſet motus, id eſſet, aut quia generatio non eſt ſuc-
ceſſiua (cum ſucceſſio ſit d ratione motus) aut quia
omnis motus eſt inter contraria, & ſubſtantie ni-
hil eſt contrarium, vt habetur hic text. 10. neutrū
iſtorum eſt verum, ergo generatio eſt motus. Pro-
batur pars prima minoris. Generatio ignis ex li-
gno (vt ad ſenſum apparet) ſit ſucceſſiue: imo et in
generatione animalium (vt eſt in doctrina medico-
rum) ſucceſſiue forma inducitur in materiā: prius
enim cor viuit quam pedes. Quod ſi dicas mini-
mum naturale ſubſtantie in inſtanti produci, vt lib.
primo. queſtione quarta dictum eſt, eadem ratione
ſubſequitur quod neque alteratio ſit proprie mo-
tus: nam minimum etiam caloris producitur in in-
ſtanti, aut ſi non datur minimum (vt ibidē arbitra-
ti ſumus) ſaltem incipit eſſe calor in ſubiecto in in-
ſtanti per vltimum nō eſſe. Secunda pars eiuſdem
minoris probatur. In genere ſubſtantie eſt oppo-
ſitio priuatiua: que vt habetur. 10. metaphyſi. text.
15. eſt prima contrarietas: omne enim genus diui-
ditur per duas differentias quodam modo contra-
rietas: vt animal per rationale et irrationale: ergo
ſubſtantie aliquid eſt contrarium. Et confirma. pri-
mo. huius text. 67. docuit Ariſtotel. principiā ge-
nerationis eſſe contrariā propterea quod priuatio
quodāmodo cōtrariatur forme & per cōſequeſ ter-
min⁹ a quo termino ad quem. (ſ. nō aer, aeri) ergo ge-
neratio q̄ ex nō aere generatur aer nō deſicit a rōne
motus ex defectu cōtrarietatis. ¶ Sexto cōtra id
q̄ inſinuatur text. 9. & explicatur text. 10. Videlicet
nullum

Nullum esse motum nisi a contrario in contrarium arguitur sic. Sequeretur augmentationem non esse motum: nam quantitati nihil est contrarium. Et habet in predicamento quantitatis. Et ratio est quod (ut lib. 1. q. 5. ostensum est) inter illas duntaxat formas est contrarietas, que recipiunt magis et minus: quantitas vero non recipit magis et minus cum non sit intensibilis. Et eadem ratione neque motus localis proprie est motus: quia cum locus sit de genere quantitatis, nihil est ei proprie contrarium. Et confirmatur, sequeretur quod motus circularis celi non esset proprie motus, quod non est inter terminos contrarios: imo est ab eodem in idem punctum. Neque motus progressivus animalis est inter contraria. Et secundo confirmatur, sequeretur quod illuminatio aeris non esset motus, tum quod non est a contrario in contrarium, tum quod fit in instanti. Septimo et postremo directe ad questionem arguitur. Hæc factio est motus et tamen nec est motus localis, nec alterationis, neque augmenti (siquidem nihil illo motu aut materie accrescit, aut forme) ergo non sunt tres tantum motus species. In contrarium est auctoritas Aristotelis in hoc text. 10.

Responsio huius questionis

tribus distinctionibus et septem conclusionibus, que ex priori capitulo Aristotelis colliguntur, concluditur. Prima distinctio est in fronte statim text. 1. Tripliciter aliquid dicitur moveri. scilicet secundum accidens aut secundum partem, aut simpliciter per se primo. Similis distinctio ascribitur text. 2. moventi: atque adeo similis text. 5. termino motus. Et licet in commetis distinctio hæc utcumque fuerit exposita, ad maiorem nihilominus evidentiam notandum est quod motus provenire alicui per se simpliciter, est quod conveniat illi ratione forme que exprimitur in subiecto, aut agente, aut termino, cui attribuitur motus. Et si dicas, mobile movetur, alterabile alteratur, augmentabile augetur. Hoc est enim quod ait eodem textu philosophus, mobilia per se differre et denominari secundum motus. Item ex parte agentis: ut si dicas, calidum calefacit, edificator edificat, medicus sanat. Et ex parte termini, ut si dicas alteratione fit qualitas, calefactione calor, augmentatione quantitas, etc. Per accidens autem motus convenit forme que accidit subiecto, causeve, aut termino motus. Et minus ambulat, alterabile augetur, medicus sanatur. Et ex parte agentis: ut, album calefacit, medicus edificat. Et ex parte termini: ut calefactione augetur quantitas, homo ambulando fit sapiens, etc. De huiusmodi causis et effectibus per se et per accidens lib. 2. quest. 3. abunde (ut reor) dictum est. Argitur circa aliud membrum divisionis de motu secundum partem, secundo notandum est quod rem movere, aut moveri, aut motum terminare secundum partem, contingit dupliciter. scilicet aut secundum partem subiectivam (puta speciem) aut secundum partem quantitativam. Primo modo, ut si dicas, artifex edificat, mobile alteratur, nam artifex est genus ad edificatorem, et mobile ad alterabile. Et de his predicationibus non loquitur hic Aristoteles, quippe quas lib. 2. text. 32. decreverat non esse per se primo: sed esse causas aut effectus universales. Non enim convenit artifici: ut sic, edificare, sed in quantum est talis artifex. scilicet edificator: quia pictor est artifex et non edificat. Nec mobilis in quantum mobili convenit alterari (ut patet de celo) sed in quantum est alterabile. Et pariter ex parte termini, quod fit album non fit per se primo coloratum. Imo nec simpliciter fit coloratum: siquidem iam erat nigrum, at si non erat coloratum, tunc fit mediate coloratum tanquam effectus remota et uni-

versalis. Alio modo aliquid dicitur moveri, aut movere aut motum terminare ratione partis quantitativæ. Ubi pro solutione primi argumenti tertio notandum est, quod dispositio aut forma, alia est que convenit rei ratione certe et determinate partis, ut hominem esse crispum aut aquilinum, aut claudum, aut macum. Et huiusmodi dispositiones per hoc solum conveniunt parti simpliciter conveniunt toti. Unde si capillum habenti coprum atque candentem, capillus ipse mutaretur in crispum, totus homo simpliciter mutaretur in crispum. Et pariter si aquilinus nasus mutaretur in simum, totus homo simpliciter fieri simus. Alia est dispositio, vel forma que in determinate cuicumque parti convenit: ut albedo, calor, etc. Et de his aiunt dialectici ad hoc quod secutum sit album, requiri ut maior eius pars secundum quodlibet sui sit alba. Et de istis inquit Aristoteles, quod id quod movetur secundum partem non movetur simpliciter, alias idem moveret simpliciter simul motibus contrariis, ut si secundum unam partem calefieret et secundum aliam frigeret: aut si homo unam manum elevaret sursum aliamque moveret deorsum. Moveretur ergo solum secundum quid sursum, et secundum quid deorsum. Quod autem ambulat secundum pedes simpliciter ambulat: quia non potest secundum aliam partem ambulare. Attamen iste distinctio positiones que possunt indifferenter cuilibet parti convenire: alie sunt que si integre non insint toti non denominant totum, ut sanitas: licet enim homo reliquum corpus habeat sanum, si caput habeat infirmum, totus homo est infirmus: quia sanitas dicitur integram dispositionem corporis. Obidque si totum residuum corporis est sanum et unica pars infirma, quoniam illa pars sanatur totus homo categorice simpliciter sanatur, sicut simpliciter totus erat infirmus. Et vero quoniam homo habet multas partes infirmas ut pectus et oculum et manum, licet sanetur secundum unam, non simpliciter sanatur. Et sic intelligitur ex philosopho Aristoteles, quod qui sanatur secundum pectus, aut secundum oculum non simpliciter sanatur. Atque adeo solum restat primum argumentum cum prima confirmatione. Et pariter ex 2. notabili dissolvitur secunda. Si enim qui discit artem edificatoriam sciebat aliam artem non fit simpliciter artifex: si autem nullam sciebat, fit artifex mediate tanquam effectus remotus et universalis. Et pariter qui fit per se theologus, fit sciens, si ante nullam habebat scientiam. Ignis autem simpliciter accendit ad concauum lune, versus quancumque partem illuc moveatur: sicut qui ab Italia venit Salmanticam simpliciter venit in Hispaniam tanquam ad locum communem. Sed si quis veniret Segobia Salmanticam, non simpliciter moveretur ab Hispania in Hispaniam.

Post hæc distinctionem sequuntur tres conclusiones.

Prima est in text. 3. Ex quinque que in motu considerantur, scilicet agens, subiectum, terminus, et terminus a quo, terminus ad quem. Subiectum tantum est quod movetur. Cuius ratio est, quod moveri est dispositionem aut formam aut locum mutare, ut successive sit sub utroque termino, cum enim si genus mutatur de albo in nigrum, album sub illa ratione non manet nigrum, et nigrum non erit sub albedine, sed solum lignum est quod est sub utraque forma. Agens vero in quantum agens, non movetur per se, ut 3. huius, text. 17. dictum est, licet per accidens contingat quandoque reparti. Hæc locutio in quo fit motus movetur ea ratione que est locus, ut lib. 4. text. 4. dictum est. Nec tempus movetur: quod est mensura motus et motus ipse non movetur, ut text. 11. sententia est Aristotelis. Hæc ergo conclusio quod solum subiectum proprie movetur. Unde ad secundam argumentum conclusio

Prima distinctio.

Secundam partem.

o m
3 not est
Ad. 1. p. 10.

2. propositio

Prima conclusio.

Ad. 2. p. 10.

cessio

Super quantum Physicorum.

cesso q̄ motus sit fluxus, negatur, quod qualitas quādo acquiritur moueatur. Nec moueri idem est profus q̄ rem aliquam habere: sed est aliquid pati, aut recipere aut habere se per modum patiens. aut recipientis, & forma, vel substantialis vel accidentalis quando acquiritur non patitur, nec aliquid recipit: sed est illud quo substantiā patitur. Secus est de anima recipiente qualitates spirituales: que saltem dum est separata, quodam modo mouetur, licet cum est coniuncta, homo est qui intelligit & amat. Et quantitas in sacramento altaris, q̄ per se subsistit, mouetur ad modum subiecti. ¶ **Secunda conclusio est in text. 4.** Motus fortitur specie a termino ad quem, vt calefactio dicitur, nō q̄ est a calore, sed quia est ad calorem. Etenim vt substantie fortuntur speciem a forma aqua habent esse, ita & potentie & habitus & actus fortuntur speciem ex obiecto: quod se habet vt forma eorū. **Diffinitio enim propria visus est q̄ est sensus percipiendi sonum &c.** Et ita in habitibus: temperantia est virtus circa delectabilia tactus: fortitudo est virtus circa pericula belli: geometria est scientia de quantitate continua. Arithmetica de discreta &c. Et hec est doctrina Philo. 2. de anima. text. 33. vbi ait qd̄ obiecta sunt priora quam actus: actus vero priores quam habitus: & habitus quam potentie. Priores scilicet natura, & sine, sunt enim potentie & habitus propter actus: & actus propter obiecta. Hac ergo ratione motus denominantur a termino ad quem. ¶ **¶** Ande ad tertium argumentum negatur q̄ motus localis non comprehendatur sub hac conclusione, ascensus enim in motibus naturalibus elementorum est motus sursum & descensus motus deorsum. In celo vero q̄ non sunt species diuerse motus non ita distinguuntur: licet motus planetarū dicatur contrarius motui primi mobilis: quia est ad orientem: & motus primi mobilis ad occidentem. ¶ **¶** Ad confirmatio. veronegatur quod creatio veniunt a termino aquo: imo sicut generatio est mutatio qua acquiritur substantia, ita creatio hominis, aut creatio equi, si haberet propriū nomē, illud quidē haberet a termino p̄ducto. Et ideo creatio celi & creatio terre differunt specie, quia termini, ad quos, differunt specie. At q̄ non possumus explicare differentiam inter generationem & creationem, nisi ex parte subiecti aut termini a quo, propterea diffinitur creatio q̄ sit productio ex nihilo. ¶ **¶** Hinc sequitur q̄ descriptio panis dum consecratur, licet desinat esse quo ad materiam & formam, non est annihilatio: non ex eo q̄ resistent illie accidentia sed ex eo quod illa descriptio non per se terminatur ad nihil: siquidē ex institutione diuina virtute verborum desinit panis vt succedat substantia corporis Christi: que se habet tanquam terminus ad quem. ¶ **¶** Ideo q̄ proprio nomine dicitur trāsubstantiatio. Et vero res est iam theologi. ¶ **¶** Tertia conclusio est in text. 6. De motu per accidens (siue sit ex parte mobilis, siue ex parte mouentis, siue ex parte termini non pertinet ad physicum considerare. Nam scientia vt habetur. 1. post. tex. 19. p̄cedit ex principijs que sunt necessarie & per se cause conclusionis: cū ergo physica tractet de motu, et hic proprie intentio sit diuidere motum in suas species, solus diuidendus est motus per se: quoniam species, motus per accidens sunt indefinite. ¶ **¶** Ande ad quartum argumentum, respondetur q̄ quantum in tracta. de causis non fuisse disputandum de omnibus causis per accidens (quia sunt infinite, & ideo non cadunt sub arte) nihilominus, quia erat sollemnis sen-

tentia philosophorum, fortunam esse causam perse necessarium fuit tractare de illa, vt demonstraret esse causam per accidens. Nulla est nunc tamen similis necessitas dicēdi de motibus, aut mobilibus per accidens.

¶ Secūda distinctio est in text.

7. Quatuor modis mutari quid contingit. scilicet aut de subiecto in subiectū, aut ex nō subiecto in nō subiectū, aut ex nō subiecto in subiectū aut ex subiecto in nō subiectū. Cui annexit hanc quartam conclusionem. Tres tantum istarum sunt proprie mutationes. Nam secunda illa mutatio, que est ex non subiecto in non subiectum, nō est per se proprie mutatio: eo q̄ eiusmodi termini nō pprie opponuntur: mutatio vero nō est nisi inter terminos oppositos aliquo genere oppositionis. Distinctio hec: atque conclusio satis in cōmentis exposte sunt. Nec quicquam habent noue difficultatis. ¶ **¶** Tertia distinctio est ibidem. Mutatio secundum contradictorium que est ex nō subiecto in subiectum, atq̄ adeo dicitur generatio, alia est generatio simplex (vt cū ex nouare fit aer) & alia secundū quid: vt cum ex nō albo fit album. Distinctio hec sumitur ex diuersa ratione entis: etenim vt ens simpliciter solum dicitur de substantia, accidens vero non est ens: sed entis ens (vt habetur. 7. meta. text. 2.) ita productio substantie simpliciter dicitur generatio: productio vero accidentis, generatio secundum quid. ¶ **¶** Quinta continuo subiungitur conclusio. Generatio simpliciter non est motus. Hanc conclusionem probat Phil. tribus rationibus. Prima est quā super text. 8. vberius exposuimus. Omne q̄ proprie mouetur est ens actu manens sub vtroq̄ termino (nam cum motus sit accidens, presupponit ens simpliciter in actu) cum autem ex non aqua, scilicet ex aere, fit aqua: neque aer mouetur motu generationis, quippe qui corrumpitur: neque aqua: qui illa non erat sub termino a quo: materia autem que manet sub vtroque termino non est ens actu. ¶ **¶** Hinc infert Phil. q̄ generatio secundum quid, scilicet accidentalis (vt cum ex non albo fit album) est quidem: motus, per accidens tamen, eo quod non album accidit ligno qd̄ per se mouetur. Pari ratione probatur q̄ corruptio simpliciter (vt cum ex aere fit non aer) non est motus: corruptio autem secundum quid vt cum ex albo fit non album, est motus per accidens ratione subiecti. ¶ **¶** Hinc ergo concludit text. 9. quod sola mutatio ex subiecto in subiectum, & ea quidem accidentalis, vbi ens simpliciter in actu subiicitur vtriq̄que termino, est motus. Generatio autem retinet nomē mutationis, eo quod res que generatur, est, quod non erat: & pariter corruptio est mutatio, eo quod id quod est, non erit. ¶ **¶** Ratio secunda eadem ferme est in eodē text. 8. Si aliquid moueretur motu generationis, maxime, materia que manet sub vtroque termino: sed illa non, quia nihil mouetur nisi quod est in loco (nihil enim mouetur, nisi vel localiter, vel presupposito motu locali quo agens applicatur passui) materia vero cum habeat per se quantitatem ratione totius, non est per se in loco nisi ratione totius. ¶ **¶** Tertia ratio est in text. 10. vbi probat non esse motum ad substantiam, propterea quod substantie nihil est contrarium. Ratio ergo est hec. Omnis motus est a contrario in contrarium (nam omnis motus est inter opposita, & inter opposita contradictorie iam ostensum est non esse proprie motum) generatio autem est productio substantie: & substantie nihil est contrarium, ergo generatio non est motus. ¶ **¶** Et hinc elicitur sexta conclusio.

se cūda dist.

4. Conclusio

mutaciones segun modo logico.

3. Distinctio

5. Conclusio

coro 1m

2 ratio

3 ratio

6. Conclusio

Omnia

2. Conclusio

temperantia .
fortitudo .
geometria .
Arithmetica .

Ad 3. prin.

Creatio.

Consecratio

5. Conclusio

Ad quartū

Super quintum Physicorum.

minor ad maiorem extensionem quantitatis. Subsequitur continuo, questio secunda.

¶ **Tex. xviii.** Relinquitur secundum qualitatem &c.

Questio secunda.

¶ **VTRVM AD TRIA TAN-**
tum predicamenta sit per se motus.



Parte negatiua argui

tur primo. Ad quantitatem non est per se motus: ergo pars negatiua questionis vera. Probatur antecedens. Si aliquis esset motus ad quantitatem, maxime augmentatio, per augmentatiorem vero non per se primo acquiritur quantitas: sed substantia: sit enim augmentatio proprie dicta (vt patet in viventibus) per additionem materie & forme ex alimento, ad quam additionem consequitur maior quantitas: ergo augmentatio non est motus ad quantitatem. ¶ Secundo principaliter arguitur. Ad qualitatem non est per se motus: ergo non ad tria predicamenta est per se motus. Probatur antecedens. Si ad genus qualitatis est per se motus, ad quilibet eius speciem esset per se motus, quod per se conuenit generi, cuiuslibet speciei conuenit: cōsequens tamen est falsum: quia ad figuram non est per se motus: motus enim omnis est a contrario in contrarium (vt. q. prima dicebamus) figure autem nihil est contrarium, sicut nec recipit magis & minus, triangulus. n. vnus nec est magis nec minus triangulus quam alius: neque est qualitas actiua, nec ex actiuis resultans, vt habeat contrarietatem cum alia figura. ¶ Tertio principaliter arguitur. Motus localis est per se ad locum, vt text. presenti dicit Aristote. locus autem est de predicamento quantitatis, vt lib. 4. dictum est: ergo duo tantum sunt predicamenta, ad que est per se motus, puta qualitas & quantitas. Quod si quis dixerit locum accipi in presentia, pro vbi, quod est vnum ex sex vltimis predicamentis, tunc aliter arguitur. Predicamentum, vbi, solum addit super locum relationem locati ad locum (vbi. n. nihil aliud est quam esse in loco) sed ad, vbi, est per se motus, ergo ad relationem est per se motus: quod est contra Aristote. tex. 10. ¶ Quarto principaliter arguitur qd non tantum ad tria predicamenta sit per se motus. Ad predicamentum actionis & passionis est per se motus: ergo ad plura quam ad tria. Probatur antecedens. Actio est relatio qua agens denominatur agere, & passio est relatio qua passum denominatur pati: sed ex motu. v. g. calefactionis per se primo resultat in agente relatio actionis, & in patiente relatio passionis (sive sint res numero distincte a fundamentis, sive non) ergo ad actionem & passionem est per se motus. ¶ Et quinto arguitur. Illius actionis qua quis se vestit per se prius terminus est vestitum esse, quod est de predicamento habitus: & illius motus quo stas sed & per se primus terminus est sedere (qd pertinet ad predicamentum situs) ergo ad predicamentum habitus & ad predicamentum situs est per se motus & per consequens non ad tria tantum predicamenta. ¶ In contrarium est auctoritas Arist. in hoc tex. 18. & in toto capit. secundo.

¶ **Questio hec apud Arist.** non

est distincta a priori: nam cum motus a termino sortiatur speciem (vt tex. 4. dictum est) idem est tres esse se tantum species motus. & ad tria genera rerum esse p

se motus. Fecimus tamen questiones duas propterea qd apud Scotum est peculiaris difficultas, an ad relationem sit per se motus. Et ideo questio duos habebit articulos. In primo enim respondebitur ad questionem ex sententia Arist. & in secundo disputabitur an ad relationem sit per se motus. ¶ Et primum omnium vanus est labor, quo nonnulli verantur, vt explicent quid sit ad aliquem terminum esse per se motum: sane cum verbum ipsum per se sit manifestum. Ad rem enim aliquam esse per se motum aut mutationem, nihil aliud est quam esse illud qd per se primo non ratione alterius acquiritur per motum, ad illud autem non est per se motus, qd non per se primo producit, sed consequitur ad productionem alterius. V. g. ad substantiam est per se primo generatio: nam qd per se primo sit generatione hōis est homo: intellectus: autē & voluntas & alie passiones (si realiter distinguantur a subiecto) non per se primo generantur, sed consequuntur ad generationem hōis, & tunc existente albo si ethiops albe fiat, motus ille per se est ad albedinem: modo tamen esse per se primo ad relationem qua fit mihi similis: quia illa consequitur ad productionem albedinis. Quo circa cum dicitur qd ad rem aliquam (puta qualitatem) est per se motus, ly per se non fertur super ly, motus, sed super, ly, quantitatem. ¶ Sit vero quidam ex his qui tenent quantitatem non distinguere a re quanta, sed rem quantum (sive substantia sit, sive accidens) esse suam quantitatem, non recipiunt hanc expositionem. Alii. n. qd augmentatio non dicitur motus ad quantitatem, id circo qd per eam acquiratur quantitas: nam tunc (inquunt) & generatio & alteratio essent motus ad quantitatem, eo qd tam substantia quam qualitas est quantitas. Et ideo augmentatio ex eo (aiunt) est motus ad quantitatem, qd virtute illius mutatur responsio ad interrogationem factam per quantum. ¶ Sit verum tamen gratis abiciunt & Arist. & modum loquendi philosophorum. Expresse. n. ait Arist. tres esse species motus, est qui est ad quantitatem, & cum qui est ad qualitatem, & cum qui est ad locum. Quia propter quous quis opinetur quantitatem non distinguere a re quanta tanquam rem a re, nihilominus: quia distinguitur ratione formalis tanquam diuersa predicamenta (vt in predicamentis ca. de quantitate dicebamus) augmentatio p per se primo est motus ad quantitatem: & alteratio ad qualitatem: nā quous albedo & calor essent quantitas, nihilominus res per hoc calefit, aut albefit non fit maior: quia per alterationem non acquiritur qualitas ea ratione qua est quantitas, sed ea ratione qua est qualitas. Et hoc ipsi inuicti concedunt, dicentes, qd per augmentationem mutatur responsio ad interrogationem factam per quantum. Ratio enim huius est qd augmentatio est motus a minori ad maius: generatio vero, aut alteratio, nequaquam.

¶ **Hoc prehabito respondetur**

ad questionem vnica cōclusionē affirmatiua. Ad tria tantum genera rerum est per se motus. scilicet ad quantitatem, qualitatem, & vbi. Cōclusio est in tex. 18. qd comprobatur per totum caput secundum, quatuor aliis propositionibus. Est enim conclusio exclusiua cuius negatiua exponitur. scilicet qd non ad plura quam tria predicamenta sit per se motus, probatur, qd nec ad substantiam, nec ad relationem, nec ad actionem & passionem est per se motus. Quod ad substantiam non sit per se motus, probatur, qd omnis motus est a contrario in contrarium, substantie vero nihil est contrarium. Quod superiori iam questione expositum dedimus. Vbi hoc ad notandum est qd non negat ad generationem per se esse

Ad rem aliquam esse per se motum.

Quo circa

Ad tria tantum pre. est per se motus

Ad tria tantum pre. est per se motus

esse mutatione: nam prius & per se terminus generatio-
 nis est substantia: tamen si generatio non sit motus.
 ut supra dictum est. Hinc sequitur quod ad aliquam rem esse
 per se motum non est, quod motus ordinatur ad illam rem.
 Alteratio namque quia ignis calefacit stuppam ad
 generationem quidem ignis suapte natura ordinatur: non
 tamen per se primo est motus ad substantiam, sed ad ea
 locum quem postea per generationem (que est muta-
 tio) consequitur forma substantialis. Quod autem ad re-
 lationem non est per se motus, probatur sic. Ad illam
 rem non est per se motus, que advenire potest sub-
 lecto, absque eius mutatione: relatio vero potest ad-
 venire sine mutatione subiecti cui accidit: ergo ad
 relationem non est per se motus. Exemplum est si cum
 ego sum albus, ethiops in India incipiat albe fieri
 ego enim tunc incipio esse similis illi sine aliqua in
 me mutatione facta. Quod pertissimum est locus ad
 reprobandum relationem esse rem aliquam distinctam a
 subiecto. Ita quod glossant Aristoteles, intelligere quod subie-
 ctum non mutat accidere absoluto, nihilominus mu-
 tatur accidere nouo respectivo, gratis dictum est.
 Aristoteles namque simpliciter ait subiectum non mutari per
 hoc quod fit simili alteri. At si similitudo esset res dis-
 tincta, expressisset quod non mutatur per acquisitionem
 accidentis absoluto: cum autem simpliciter dixit non
 mutari, manifeste intelligit relationem non esse acci-
 dens distinctum: ut albedo, vel calor distinguitur a su-
 biecto. Ita S. Thomae in hoc loco simpliciter ait quod
 cum aliquis acquirit quantitatem quam ego habeo, ego
 efficio illi equalis, sine eo quod res aliqua noua mihi
 accrescat. Sed de hoc satis diximus in predicamen-
 tis. c. de ad aliquid. At quoniam relatio non distinguitur
 a subiecto ut res a re, distinguitur tamen ratione for-
 mali tanquam accidens alterius predicamenti. Et ideo
 non est negandum quin mihi accidat esse similem vel
 dissimilem, equalem vel inaequalem etc. Quod dicitur ad
 actionem, vel passionem non sit per se motus (quod in hoc
 erat plus difficultatis) probatur philosophia septem rationi-
 bus. Prima est, quod cum durante motu simul debent
 esse terminus aquo, et rursus ad quem sub gradibus re-
 missis, si motus esset ab una mutatione ad aliam, ne-
 cesse esset duas mutationes esse simul, et in fine mo-
 tus manere mutationem que est terminus ad quem:
 consequens tamen est falsum, quia cum quis sanatur non
 est necesse tunc simul aliam mutationem esse, nec in
 fine manere mutationem aliquam: eo quod potest tunc quod
 mouebatur perfecte quiescere. Et confutatur. Si mo-
 tus esset ab una mutatione in aliam, ille deberent
 esse contrarii: quoniam omnis motus est a contrario in co-
 ntrarium: et cum termini motus debeant esse simul in
 gradibus remissis, sequeretur quod simul essent egrotatio
 et sanatio: quod est impossibile. Secunda ratio est
 quod si generationis huius ignis esset alia generatio, ea-
 dem ratione illius scilicet esset alia: et sic esset processus
 in infinitum: et per consequens nulla daretur prima ge-
 neratio: et cum omnes ille deberent esse essentialiter
 subordinate, si non daretur prima, non esset possibi-
 le venire ad istam. Tertia est. Si generationis es-
 set generatio, etiam generationis esset corruptio: quod
 quicquid generatur corrumpitur: si autem generatio corrumpere-
 tur, cum id quod corrumpitur partim sit, et generatio non sit
 nisi in fieri, sequeretur quod aliquid dum sit, simul corru-
 peretur. Quod videtur impossibile. Quarta si ge-
 nerationis huius ignis esset alia generatio, neces-
 se esset signare aliam materiam illi generatiois: a ma-
 teria ex qua generatur ignis: que tamen non est si-
 gnabilis. Quinta ratio est. Termini motus debent
 esse hoc aliquid, ut hec aqua et hic aer, hoc album
 et hoc nigrum, motus vero non est hoc aliquid sed
 via ad hoc aliquid: ergo ad motum non est motus.
 Sexta ratio est si mutationis in genere est muta-

tio, et in specie, disciplinatio est disciplinatio, et
 calefactiois calefactio: atram disciplinatio non est
 motus ad disciplinatioem: sed ad scientiam: et calefactio
 non est motus ad calefactionem: sed ad calorem: ergo.
 Postrema ratio est. Si motus est ad motum, ita ut mo-
 tus moueat: cum tres sint species motus, sequitur, quod quilibet
 mouebit, prout mouebit mouetur: ita ut alteratio alte-
 retur et augeatur et moueatur localiter: et augmentatio
 augeatur, moueatur localiter et alteretur: et motus
 localis localiter etiam moueatur et alteretur et augeatur
 quod est absurdum. Rationes iste numerosius in com-
 mentis extant expositae: quas satis proinde fuerit
 hic in summa colligere. At vero quod ad quod non sit per
 se motus, relinquitur tanquam notum: quod cum tempus
 sit mensura et duratio motus, sicut motus non est
 ad motum, ita neque ad tempus. Ad habitum autem et
 situm, quod includit relationem, ea ratio non est motus
 qua neque ad relationem. Et sic patet exponens nega-
 tiua. Si firmatiua vero exponere. Sed dicta tria
 predicamenta esse per se motus (que est quarta pro-
 positio) probatur textus 18. quia in his predicamentis
 reperitur contrarietas sufficiens ad rationem mo-
 tus. Quod, quod iam satis interpretati sumus.

Per hec facile argumeta duo
 principalia soluntur. Ad primum, non negetur quod per
 augmentatioem per se primo acquiratur substantia.
 Quinimo per se primo acquiritur quantitas vel
 extensio: et pariter per de crementum per se primo
 de perditur quantitas. Est, non duplex augmentatio:
 ut, de generatione videbimus, alia proprie dicta
 et augentur viuentia per alimentum, et alia improprie
 dicta, ut est rarefactio. Hac quidem secunda (ut
 cum cera rarefit, aut corium exteditur) nec substantia
 acquiritur, nec noua quantitas: sed prior quanti-
 tas extenditur: et sic solum acquiritur noua exten-
 sio, ut illic videbimus. Tamen si alii probabiliter
 dicant quod acquiritur noua quantitas. Sed verum
 libet dicatur nihil referat ad solutionem presentis
 argumenti. Augmentatioem vero proprie dicta con-
 ceditur quod sit adiectio noue partis substantie: atque,
 quia non producit nouum suppositum substantie,
 sed id quod erat minus fit maius, per se terminus
 illius motus est quantitas, scilicet eadem substantia sub
 maiori quantitate. In quo differat a generatione: cuius
 per se terminus est nouum suppositum substantie.
 Ad quod manifestum fit ex modo loquendi. Cum
 enim homo generatur, dicimus quod fit homo: cum vero
 puer adolescit, non dicimus quod fit homo, sed
 quod homo fit maior. Ad secundum principale
 respondetur quod non dicitur per se esse motum
 ad qualitatem, quia ad omnem eius speciem fit per
 se motus, sed quia particulariter ad aliquas eius
 species est per se motus: potissimum ad passiones
 et passibiles qualitates: deinde ad habitum et dis-
 positionem. Ad naturalem vero potentiam non
 est per se motus nec mutatio, sed ille consequuntur
 ad generationem substantie. Terminus enim
 per se generationis hominis est homo: intellectus
 vero et voluntas, et si que alie passiones realiter dis-
 tinguantur, congenerantur: quia fiunt ex natura
 hominis. Figura aliquando producit per mo-
 dum localem, ut cum recta virga vertitur in circu-
 lum. Et illius motus, per se primus terminus est
 locus partium: ad quem consequitur situs et figura.
 Et pariter cum statua sculpsit per se primus ter-
 minus illius motus localis est separatio partium
 quam consequitur figura. Et proportionabiliter
 in pictura et scriptura, aramentum mouetur lo-
 caliter: cuius motus per se primus terminus, est
 locus, et situs partium. figura vero consequitur
 tanquam

Relatio enim
 est per se motus

Relatio non
 distinguit a
 subiecto nouo.

ratione

2

3

4

5

6

Ad pri. ar-
 gum. pri.

augmentatio de

Ad secundum

Super quintum Physicorum.

tanquam quid comproductum. Ad tria reliqua argumenta articulo sequenti responderetur.

In articulo secundo circa materiam trium sequentium argumentorum disputare superest an ad relationem sit per se motus. Extat enim de hac re sententia Scoti. 3. sent. d. 1. q. 1. & lib. 4. d. 6. q. 10. & d. 13. q. 1. & quol. 11. art. vlti. que tribus propositionibus comprehenditur. Prima est hec. Duplex est relatio: alia intrinsecus adueniens, alia extrinsecus adueniens. Relatio intrinsecus adueniens (vt ait quol. citato) est illa que est statim necessario consequitur positis fundamento & termino, ita vt non stet hec ambo esse, quin sit relatio, vt patet in unitate & similitudo. Non enim stat. patrem & filium esse quin sit filiatio: nec stat vnum ouum esse simul cum altero quin sit vnus ad alterum similitudo. Relatio vero extrinsecus adueniens est illa que non statim positis fundamento & termino necessario consequitur, sed stat ambo simul esse qm illa relatio non consergit. Subsiciunt exemplum discipuli eius in propinquitate que est inter me modo & basilicam nostram conuenit: stat enim me esse & basilicam esse quando non sit talis propinquitas, vt pote si ego essem in Rome. Secunda propositio est hec. Sex vltima predicamenta omnia sunt rationes extrinsecus aduenientes. Probatio est hmoi. Predicamenta illa sunt relationes: & non sunt intrinsecus aduenientes ergo sunt extrinsecus. Maior probat, qz, vbi. v. g. neqz est locatus neqz locatus sed in loco esse, puta in gymna no vel in foro, vt ait Ph. esse autem in loco, preter locum & locatum, nihil addit, nisi relationem loci ad locatum: ergo, vbi, est relatio. Minor vero. s. qz non est intrinsecus adueniens, patet, qz alias pertinet ad quartum predicamentum. Ergo est extrinsecus adueniens. Ad confirmatur ex ipsa etiam diffinitione: nam stat me esse & hunc locum esse qm non sit talis relatio, vt si ego essem in alio loco. Eodem modo probat qz predicamentum habitus, puta, esse vestitum, (est relatio vestiti ad vestem: & predicamentum actionis est relatio agentis & passum: ad predicamentum passionis, relatio patientis ad agens.

Tertia propositio est. Ad relationem intrinsecus aduenientem non est per se motus: ad relationem vero extrinsecus aduenientem est per se motus. Primam partem relinquit tanquam notam ex sententia Arist. Secundam vero probat itidem auctoritate ipsius hoc modo. Ad vbi, est per se motus, vt habetur tex. 18. & vbi, est relatio extrinsecus adueniens: ergo ad relationem extrinsecus aduenientem est per se motus.

Est preterea in gratiam Scoti verisimilis ratio. Si ad relationem intrinsecus aduenientem non est per se motus, eius causa est, quia consequitur statim posito fundamento & termino. v. g. qz non stat me esse album & alterum hominem incipere albedinem, quin ambo simus similes, similitudo non per se producit: sed consequitur ad productionem albedinis: ergo per oppositum: cum stet me esse & hunc locum esse quando non est hec relatio, id quod primo acquiri per motum quo venio ad hunc locum: est hec relatio. Idem dicit lib. 3. loco citato de vnione humanitatis ad verbum: stat enim humanitatem Christi esse & verbum esse, quando non sit vnio: ergo qz primo acquiri per assumptionem humanitatis est vnio: que proinde est relatio extrinsecus adueniens. Idem dicit de vnionibus forme ad materiam, & accidentis ad subiectum.

Hanc opinionem tactauimus

in predicamento ad aliquid, & in predicamento actio nis: sed lubet hic paulo ea plius ex animare. Et enim, si modo cum grauissimo auctore disputare liceat, tres potius contrarie propositiones (salus eius egregia auctoritate) verisimiliores apparent. Prima est. Nulla est relatio extrinsecus adueniens. Primum omnium neqz Aristot. eiusve interpretes, neqz Auicenna, neqz philosophorum quispiam, qui tamen de relationibus copiose dixerunt, hmoi relationum extrinsecus aduenientium vsquam meminit. Quin imo Aristot. 5. meta. text. 20. ab unde se arbitratu est vnuerfas relationes sub tribus membris ambisse, vbi tamen non meminit huiusmodi relationum. Secundo aut relationis extrinsecus aduenientis totum esse ad aliud aut non: si non, certe non est relatio potius quam albedo: si sic, sequitur qz est spes relationis quarti predicamenti: nam illa diffinitione ceteras relationes (que vere essent relationes) expressit. Et confirmat. Relationem esse intrinsecus aut extrinsecus aduenientem, non variat rationem predicamenti: in predicamento. n. qualitates eque ponuntur qualitates omnes et que ab intrinsecis proveniunt naturales potentie & passiones, & que accidunt ab intrinsecis: & ideo esto essent relationes extrinsecus aduenientes, ad quartum nihilominus predicamentum pertinerent: & per consequens si sex vltima predicamenta essent relationes, non vti que distinguerentur a quarto predicamento. Tertio principaliter arguitur. Quando inquit relationem extrinsecus aduenientem non consequi necessario positis fundamento & termino, aut intelligit de fundamento & termino proximis, aut de remotis non de remotis: quia hoc etiam conuenit relationibus extrinsecus aduenientibus: fundamentum enim & terminus remota similitudinis sunt subiecta que denominantur similia (puta duo homines) fundamentum vero propinquum & terminus sunt rationes fundandi & terminandi relationem, vt albedo que est in me & albedo que est in alio: atqui (vt manifestum est) stat esse me & alium quando non sumus similes. Si vero intelligatur de fundamento & termino proximis, certe nulla esse potest relatio, que non statim necessario sequatur positis fundamentum & termino proximis: atqz adeo nulla est relatio que non sit intrinsecus adueniens. Et vero opinio Scoti in hoc consistit quod censet multas esse relationes, que preter subiectum quod denominant, nullum habent fundamentum proximum. Et ideo arguitur aduersus hoc. Primo auct. Aristot. 5. metha. text. 20. vbi tria ponit fundamenta omnium relationum, vt in capit. de, ad aliquid, exposuimus. Et preterea id probatur in inductione facta relationum quas ipse ponit extrinsecus aduenire. Vnionis forme substantialis ad materiam fundamentum & terminus remota sunt forma & materia: quas fateor esse posse quando non sit relatio vnionis: vt pote si sint separate. Et vero fundamentum proximum est vnitas suppositi quod constitunt: quam vnitatem necessario consequitur relatio vniones. Per generationem enim qua forma vnitur materie, non primo producit vnio que est relatio (vt Scotus existimat) sed certe suppositum substantie: alias non esset generatio. Et quicquid sit de alijs relationibus, miror sane quod huiusmodi vniones, relationes posuerit extrinsecus aduenientes, ad illas esse per se motus. Nam terminus idem est quod finis: & notissimum est finem generationis esse suppositum substantie. Hoc igitur hic animaduertendum est quod hoc nomen, vnio, est equiuocum. Accipitur enim promotu ipso, aut mu

Nulla est relatio extrinsecus adueniens.

denominantur

Mens Scoti.

Anto. ratio

Articul. 2. An ad relationem per se motus. Scotus.

Relatio intrinsecus adueniens.

Relatio extrinsecus adueniens.

1 prop

2 prop

3 prop

mutacione qua aliquid vnitur alteri: tunc terminus per se primus est totum illud resultans. Accipitur etiam pro relatione qua res dicitur vnita: et illa confertur ad vnitate quam faciunt partes tanquam ad fundamentum proximum. ¶ Et idem proximus est de vnione accidentis ad subiectum. Per motum enim alterationis qua qualitas producit in subiecto manifestum est quod non per se primo acquiritur relatio vnionis, sed certe albedo in subiecto seu albu: quod tanquam fundamentum proximum consequitur statim relatio vnionis: qua accidens dicitur vniri. Idemque plane constat de vnione humanitatis ad verbum: fundamentum enim terminus remota sunt humanitas et verbum, sed tamen per se primus terminus assumptio nis certe non est relatio vnionis (alias vnio esset accidentalis cum terminus esset accidens) sed terminus est vnitas suppositi diuini et humani. Deum esse hominem: ille enim est assumptio in intrinsecus finis: ad quem consequitur relatio, qua humanitas dicitur vniri. Et sic non stat fundamentum proximum esse quin sit illa relatio: et per consequens est intrinsecus adueniens. ¶ Hec omnia confirmatur: quia si huiusmodi vniones non essent relationis intrinsecus aduenientes, non poneretur in quarto predicamento: et per consequens in nullo ponerentur: quia in sex ultimis non ponuntur. Et idem apparet de vnione partis integralis ad totum. Cum enim aqua vnitur aque, relatio vnionis non potest esse extrinsecus adueniens: quia cum non ponatur in sex ultimis ponitur in quarto predicamento: ergo debet habere fundamentum proximum. Quod esse non potest nisi vnitas totius que per se est terminus coniunctionis partium. ¶ Idem etiam copertum est in relationibus illis que sex ultimis predicamentis imponentur. Relationes enim actionis et passionis intrinsecus aduenientes (quicquid Scotus locis citatis in quarto dixerit) namque relationes actiui et passiuui habent proximum fundamentum potentia actiui et potentiam passiuam (vt habetur. 5. meta. tex. 20.) quas non sicut esse quin sit relatio, ita relationes agentis et patientis proximum fundamentum est motus: eo enim quod motus calefactionis fit ab igne ignis denominatur agens, et eo quod motus recipitur in aqua, aqua denominatur patiens. Et sic non stat fundamentum illud proximum esse quin consequatur relationes. Hec motus per se est ad tales relationes sed ad calorem: unde ille resultat. Neque opus est fundamentum esse in eodem subiecto, vbi est relatio: sed satis est motum fluere ab agente, vt agens habeat relationem actionis. Et hec fuit doctrina Aristoteli. 3. huius vt illic super tex. 18. exposuimus. Unde idem motus numero est fundamentum ambarum relationum actionis et passionis. Et reuera, quicquid Scotus dicat in. 4. d. 6. q. 10. fundamentum proximum parternitatis non est potentia generandi, nam hec non sufficit ad rationem patris, sed actu genuisse: iuxta illud. 5. meta. text. 20. pater est, quia generat. Sicuti relationis domini ad seruum, fundamentum est eum emisse, aut cepisse in bello, quo fundamento posito, necessario sequitur relatio: alias esset extrinsecus adueniens: nam stat homines illos qui sunt dominus et seruus, esse, quando non sit illa relatio: et tunc in nullo predicamento poneretur: quia non in quarto: non videtur in quo sex ultimorum posset collocari.

¶ Secunda conclusio. Sex vltima predicamenta non sunt relatiua secundum esse, sed sicut dicitur. Non supponunt formaliter pro relationibus, sed pro absolutis, quorum naturam exprimere non possumus nisi per ordinem ad aliud

extrinsecum a quo sunt eiusmodi denominationes. In duobus ergo aliter sentimus quam Scotus. et in hoc quod huiusmodi relationes ait esse extrinsecus aduenientes et in hoc quod ait predicamenta. factio, vbi et c. suppone re pro talibus relationibus. Probatur conclusio. Predicamenta sunt primo diuersa, vt habetur. 20. meta. text. 12. quod est dicere, vnum immediate negatur de alio: ergo sicut hec est immediate vera: substantia aut quantitas non est relatio, ita et hec relatio non est vbi: aut actio, aut passio. ¶ Secundo. Actio et passio, vt sunt generalissima predicamentorum, nullo modo supponunt pro relatione: sed pro motu, vt lib. 3. late demonstrauimus. Calefactio namque non est relatio, sed productio caloris: que quidem denominatur actio in quantum est ab agente, et passio in quantum recipitur in patiente. Quia propter toto illic capit. 3. probat Philosophus quod idem motus est actio et passio. Unde relationes ille non sunt actio et passio, sed relationes actionis, et passionis, vt enim agens ab extrinsecus dicitur agens: quia mouet, ita motus dicitur actio: quia est ab agente. Sicuti et scientia non est relatio, sed qualitas absoluta: tamen si eius naturam exprimere nequimus: nisi in ordine ad aliud. Est enim cognitio rei. ¶ Et tertio, vbi, non est relatio. Est enim in loco et locato tres considerare relationes. In loco est vna relatio distantie a centro et polis mundi, ratione cuius locus est hic et immobilis: altera est relatio continentie qua continet locatum. Tertia est in locato quo continetur a loco. Siue sint tres distincte siue non, nihil refert. Et relatio per quam exprimitur predicamentum, vbi, neutra illarum est que sunt in loco, sed illa que est in locato. Est enim, vbi, esse in loco, puta in gymnasio, vel in foro vt ait Philosophus in predicamentis. In quo sermone exprimitur relatio, non loci ad locatum, sed locati ad locum. Sit vero quod, vbi, non supponat pro tali relatione, licet per illam exprimat, patet, quia esse in loco, certe non est relatio: nam suum esse, non est solum esse ad aliud: sicut esse simile, aut esse equale, aut esse duplum, sed esse habere circumstantem locum, vel potius haberi ab illo: sicut esse vestitum, non est relatio, sed habere circum amictam vestem. Itaque sicut rem esse albam esse habere in se formaliter albedinem: ita, vbi, et habitus, est habere res extrinsecas absolutas, puta locum aut vestem.

¶ Tertia igitur conclusio est. Ad nullam relationem est per se motus. In primis Aristoteles hic tex. 10. et 11. meta. c. 10. vniuersaliter ponit conclusionem: et ideo restrictio quod intelligat de intrinsecus aduenientibus, est mere voluntaria. ¶ Et pereterea conclusio hec exsuperibus necessario sequitur Ratio enim cur Scotus asserit ad relationem esse per se motus, est (vt diximus) quia existimat esse aliquas relationes, que, propter subiectum quod denominant, nullum habent proximum fundamentum quod acquiratur per motum ad quod consequatur relatio. Unde enim elicit quod per motum per se primo acquiratur relatio, et cum ostensum iam sit nullam esse talem relationem: que non habeat fundamentum proximum, consequens est ad nullam relationem esse per se motus: sed motum quemcumque esse ad fundamentum proximum ad quod consequitur relatio, vt in relationibus vnionem, actionis et passionis et dominij monstratum est. ¶ Sed ad illud de, vbi, in quo Scotus arbitrat de mente Aristoteli esse ad relationem per se motus, videtur quod motus localis per se primo non est, nisi ad locum, vt docet Aristoteles. text. 10. dicens quod motus localis

Ad. 3. prin.

Abt

R. 3. calis

Super quintum physicorum.

talis est motus secundū locum. Et ideo dicitur lo-
 calis, qz per ipsum primo acquiritur locus. Sicuti
 per motum alter rationis acquiritur qualitas. At
 quia acquirere locum, & acquirere esse in loco non
 sunt duo (sicut idem est acquirere albedinem, & ac-
 quirere habere etbedinem) & esse in loco est, vbi,
 pro eodem dicit Arist. qz motus localis sit ad locū
 & ad, vbi: esse tamen in loco (quod est, vbi iam pro-
 batum est non esse meram relationem. Sed est con-
 tineri loco. ¶ Et per hoc solum restat tertium
 argumentum principale. Conceditur namqz qz, vbi
 supra locum & locatum nihil addit, nisi relationem
 non tñ inde sequitur qz, vbi, supponat p relatione:
 verū solū sequitur, qz esse in loco qd est, vbi, nō ex-
 primitur, nisi per respectum ad locum. ¶ Sed ex-
 tat argumentum quod nihilominus illa relatio sit
 extrinsecus adueniens: quippe cum non possit sig-
 nari fundamentum proximum & terminus eius pre-
 ter locatum & locum: & stat hoc locatum esse & hūc
 locum esse, quando non sit hęc relatio huius loci
 ad hunc locatum: vt puta si hoc locatum esset ali-
 bi. Responderetur nihilominus, quod si intelligatur
 per relationem extrinsecus aduenientem, illam,
 cuius fundamentum non est subiectiue in subiecto,
 ipse relatio: sed est sibi extrinsecum, concedi-
 tur quod relatio impostata per, vbi, non conuenit
 locato ratione forme absolute: que sit in illo, sicut
 similitudo conuenit nisi ratione albedinis que est
 in me: sed, vbi, conuenit locato ratione loci quem
 acquirit: & ideo ad illam non est per se motus: sed
 ad locum. Nihilominus tamen potest dici intrinse-
 cus adueniens ad hunc sensum, qz non stat me ac-
 quisisse hunc locum quin consurgat in me illa rela-
 tio qua denominor esse in hoc loco: sicut non stat
 me acquirere albedinem quin consurgat similitu-
 do qua sum similis alteri albo. Itaqz me acquisisse
 hunc locum est fundamentum proximum ad quod
 necessario sequitur relatio. Et idem est fundamen-
 tum proximum propinquitatis: eo. n. quod ego ac-
 quisisti hunc locum non obstat me acquisisse hunc
 locū & Petrum scriptorē meum acquisisse eum in
 quo est, quin simus propinqui. ¶ Ad quartum argu-
 mentum, de actione iam satis responsum est vbi ne-
 gauimus actionē esse relationem, quin imo est mo-
 tus. Calefactio enim est motus: qui certe non est
 per se ad relationem, sed ad calorem, sed eo qz mo-
 tus est ab agente dicitur calefactio. Quare illa re-
 latio a quo motus dicitur calefactio, est in motu
 ipso & ab illa forsā agens denominatur calefaciēs
 denominatione extrinseca: nisi aliam velis fingere
 in agēte a qua dicatur calefaciens, de quo nihil cō-
 tendo. ¶ Ad quintum de predicamēto habitus per
 idem responderetur vt ad tertium. Conceditur nam
 que illius motus, quo quis se vestit aut armat, ter-
 minum esse, vestitum esse, & armatum esse, negatur
 tamen hoc esse immediate acquirere relationem, li-
 cet exprimat per relationem: sed est acquirere
 vestem, aut arma taliter ad aptata corpori. ¶ Et idē
 dicendum est de situ. Cū enim qui sedet surgit, aut
 qui stabat sedet, motus est per se primo ad nouum
 locum secundum partes. Dicit enim situs ordinē
 partis inter se respectu loci. ¶ Unde, S. Th. 3. me-
 ta. lect. 15. ponit differētiā inter quatuor postrema
 pdicamēta & reliqua. Alia enim (inquit) pcedūt re-
 lationē qz cōsequit ad illa: vt relatio actionis cōse-
 quit ad motū & relatio similitudinis & qlitatis cō-
 sequit ad qualitātē & ad quantitātē. Hęc tñ quatuor
 pdicamēta, nec sunt relationes, nec pcedūt, aut
 efficiunt relationes: sed consequuntur (inquit) ad
 relationes. Et, vbi, consistit in relatione ad locum,

& habitus, in relatione ad vestem. Eo enim qz ho-
 mo habet hunc ordinē ad hunc locum, est in hoc
 loco, & eo qz habet hunc ordinē ad vestem, est ve-
 stitus: & eo qz partes eius habent hunc ordinē in-
 ter se, est sedens, aut cubans. Ne deniqz ex eo qz e-
 go habeo hunc ordinē ad hunc diem, sum hodie:
 quod pertinet ad predicamentum, quando. At qui
 de hoc predicamento sustineri nequit importare
 relationem extrinsecus aduenientem: admissa etiā
 diffinitione Scotti. Quod est contra ipsum euidēs
 argumentum. Etenim non stat, me esse & hoc tem-
 pus esse, quin ego sim hodie. Hęc dixerim non cer-
 te contendendi studio. Sed vt cuiuscunqz authori-
 tate obseruata, meum de hac re iudicium expo-
 nerem.

30 Tex. xxxv. Simpliciter autē vnum esse &c.

Quaestio tertia.

30 VTRVM AD VNITATEM
 motus vnitas tantum mobilis, termini,
 & temporis sit necessaria.



Parte negatiua argui-

tur. Et primo aduersus id quod ha-
 betur text. 31. illos motus esse eius-
 dem generis, quicūqz sunt eiusdem
 predicamenti. Sequeretur enim qz idem motus,
 qui essent eiusdem generis, differrent genere: que
 contradictio apparet. Sequela patet in motu al-
 befactionis & motu egroratiōis. Illi namqz essent
 tunc eiusdem generis, quia sunt eiusdem predica-
 menti qualitatis: & quod differunt genere, patet
 quia albefactio cōtinetur sub genere colorationis
 (color enim est genus ad multas species) sub quo
 tamen non continetur egroratio. Secundo princ-
 paliter arguitur contra illud, quod statim illic in-
 sinuatur, motus videlicet quocunqz esse eiusdem
 speciei, qui sunt ad terminos eiusdem speciei: eos-
 qz specie differre, qui in terminos tendunt specie
 diferentes. Ascensus aeris vsqz ad suum locum na-
 turalem, s. concauum ignis, & ascensus ignis vsqz
 ad suum, s. ad concauum lune, sunt ad terminos dif-
 ferentes specie: & tamen esse videntur motus eius-
 dem speciei: qz ambo tendunt sursum. ¶ Quod si
 dixeris illos differre specie, tunc sequeretur qz as-
 census ignis vsqz ad mediam regionem aeris (vbi
 retineretur) & ascensus eiusdem vsqz ad concauum
 lune non essent eiusdem speciei: consequens tamē
 est falsum: quia cum ascensus ignis a centro terre
 vsqz ad concauum lune sit vnus motus continuus,
 singule portiones sunt eiusdem speciei cum toto:
 motus namqz differentes specie continui esse non
 possunt: vt habetur tex. 39. Idem argumentum fit
 de ascensu lapidis vsqz ad aerem & de ascensu vsqz
 ad ignem: & de motu ab albo vsqz ad fuscum, & de
 motu ab albo vsqz ad nigrum: qui videntur esse ad
 terminos diferentes speciei: & tamen sunt eiusdem
 speciei: eo qz vnus est pars alterius. ¶ Tertio prin-
 cipaliter arguitur. Descensus lapidis a cōcauo lu-
 ne, vsqz ad mediā regionem aeris, & ascensus alte-
 rius lapidis profecti vsqz ad idem punctum (in quo
 ambo retineantur) sunt motus differentes specie
 (imo sunt contrarij, vt questione sequenti videbi-
 mus) & tamen sunt ad eundē terminū: ergo vnitas
 specifica terminorū non sufficit ad vnitatem specifi-
 cam motuum. Idem est de motibus ab albo in fuscum,
 & a nigro in fuscum: & de augmentatione a pe-
 dali ad bipedale, & diminutione a tripedali ad idē
 bipedale.

Vbi est re-
 latio intrin-
 secus adue-
 niens.

Ad. 4. pnc.

Ad. 3. pnc.

S. Thom.

bipedale. Quarto principaliter arguitur. Motus rectus ab a. puncto, ad b. & motus circularis inter eadem puncta habent terminos eiusdem speciei: & tñ differunt specie. Qd si concedatur, propterea: qd sunt per diuersa media, tñ sequit qd de albatio que est anigro per fuscū, & illa que est a nigro per viride, differrent specie: qd est cōtra Ph. tex. 13. vbi ait omnes d' albationes esse eiusdem specie specialissime. Et confir. Generatio & corruptio sunt mutationes differētes specie: non tñ propter terminos ad quos: qd terminus ad quē corruptio nis nihil posituum est: sed differūt qd vna est ascēsus ad esse, & alia est recessus ab eodē esse. Quinto principaliter arguitur. Motus naturalis ignis sursum & motus violentus lapidis sursum proiecti differunt specie (quia sunt cōtrarij vt habetur tex. 56.) & tamen sunt ad eundem terminum specificum, puta sursum: ergo vnitas specifica motum nō attenditur penes terminos, sed potius penes principium motus: qd in motu naturali est intrinsicum, & in violento, extrinsecum. Et confir. Motus naturales animalium specie differentium (vt ambulatio natatio, volatus) differunt specie, auctore Aristot. 10. Ethic. 5. & non ratione terminorū ad quos vel a quibus, qz possunt oēs ad eodē & ab eisdē terminis esse: ergo vnitas specificamotū nō attenditur penes terminos. Sexto principaliter arguit d' vnitate nserali cōtra illa tria q' tex. p'senti. 35. ait Ph. esse necessaria ad h'mōi vnitate. Si canis ab alto cadēs in via moreretur, idem esset motus canis viui & cadaueris, qz vñ esse vnus cōtinu' descēsus: & tñ nō esset idē subitū. Pariter si gutte aque cadentis, vna pars in via resolueretur in aerem, & alia pars augeret per condensationem noui aeris et appositū. Descensus esset vnus: & tñ subiectū non esset vnū: ergo vnitas subiecti non est necessaria ad vnitate motus. Et confir. motus augmentationis (si dare tur vnus cōtinuus in animali, vel arbore) esset vnus: & tamē subiectū non esset vnū: qz semper esset maius & maius. Et idem esset de motu de cremen ti. Et secūdo confir. qñ lignū succēssive vetitur in ignē, nihil vetat quominus ignis continuo crescat per extensionem forme in maiorem materiam. Et n. lib. 1. q. 4. dicebamus, illa extensio nō fit per mīnima: sed pōt esse qd in quocunq; instāti post primū minimū, verū sit vicere immediate potest hoc forma erit in maiori materia. Tunc ergo motus est vnus, qz cōtinuus, & tñ ignis semper erit maior & maior: ergo ad vnitate motus non requiritur vnitas mobilis. Septimo principaliter arguitur. Vnus motus numero esse non pōt, nisi forma producta sit vna numero: nā sicut vnitas specifica termini facit vnitate specificā motus, ita & vnitas numeralis facit vnitate numeralem: ergo non sufficit vnitas specifica termini vt vult Aristot. Octa uo arguitur qd neq; illa requiratur. Si esset necessaria vnitas specifica inter partes termini ad quem, aut inter partes motus: vt motus esset vnus numero, id maxime esset: qz vt asserit Aristot. ea que differūt numero non possunt esse cōtinua: hoc tñ est falsum: ergo illud nō requiritur. Minor patet exēplis per quā plurimis. In primis patet, in virga cuius medietas est viridis, medietas vero sicca, q' licet differant specie, faciunt tamen vnū. Patet itē in animalī cuius partes differentes specie, vt ossa carnes & nerui, faciunt vnū. Et qñ arbor vna inseritur alteri differenti specie, ambe tandem cōtinuantur. Item linea circularis & recta differunt spē: & tamen possunt esse continue, vt patet de chorda & arcu. Et postremo specialiter confir. de motibus differenti

tibus spē qui possunt esse continui. Si enim laeaa impetu caderet vsq; ad centrū terre, ascēderet in alio hemispherio: & tunc descensus & ascēsus qui differunt spē, facerēt vnū motum continuum: ergo ratio Ph. nulla est. Nono principaliter arguitur cōtra vnitate tēporis. Qñ lapis sursum proiectus rursus cadit, idem est tempus ascēsus & descēsus: nā in illo puncto reflexionis, vbi lapis quiescit tēpus non interrūpitur: sed semper cōtinuatur: et tamē motus nō est vnus numero. Si rīdeas ascēsum & descēsum differre spē, & ideo non posse cōtinuari, arguitur aliter. Si aqua nūc incipiat calefieri & interrupto parūper motu p' remotionē ignis rursus ante remissionem caloris applicetur & procedat calefactio, tunc mobile est idem, & terminū eisdē spē, & tempus idē: qz nūquā fuit interruptū (tempus enim quia est mensura primi mobilis, interrūdi non potest, vt lib. 4. visum est) & tamen dē ille calefactiones nō faciunt vnū motum, cum h' tercesserit quies: ergo vnitas illorum terminorū, non sufficit ad vnitate numeralem motus. In contrarium est sententia Aristot. text. p'senti. 35.

¶ Secunda pars huius libri (vt

in commentis adnotauimus) est de vnitate & diuersitate motus. De qua re. q. hec. 3. mota est. Vbi hoc animaduertēdum est, ex tex. hic. 39. qd cum res duobus modis dicatur vna: aut qz indiuisibilis est, aut quia partes eius continue sunt: & motus non sit vnus primo nō, sit vt ea ratione sit vnus numero, qua est cōtinuus. Rursus in rebus permanentibus non est magnum negotium nosse rationem cōtinuitat quia partes motus non sunt simul, sed sunt in cōtinuo fluxu, opere precium fuit pluribus verbis explicare huiusmodi vnitate. Non enim in relectū facile est quomodo pars preterita et futura faciunt vnū motū. Ad cuius expositionē pre mittit toto cap. 3. interpretationes illorum sex aut septem terminorum. Et pote quidnā sit duas res esse simul aut seorsum, se tangere, medium habere, consequenter se habere, continguas deniq; aut cōtinuas esse. Habēt enim se huiusmodi termini hoc modo & ordine. Res vnuerse corporee (de his nam que habetur in p'sentia sermo) aut sunt simul loco aut loco separate. De his enim que sunt simul aut seorsum tēpore, nihil ad p'sēs. Simul loco sunt illa, que sunt in eodē simul loco ad equa to. Qualiter naturaliter duo supposita corporea esse nō possunt bene tamen duo angeli: aut super naturaliter duo corpora gloriosa: aut secundum antiquos oponeutes locum esse dimēssiones penetratiue se habentes cū locato. Et materia & forma ligni sunt simul loco. Eorū autem que non sunt simul loco secundum se tota, aut vltima sunt simul, aut non. Vltima esse simul est, quod extrema eorum correspondant eidem puncto loci vt in commen. expositum est. Si vero vltima non sunt simul, aut mediat inter illa aliquid eiusdem generis & tunc non sunt consequenter se habentia, vt primus & quartus homo in alia militū. Si vero nihil mediat eiusdem generis, illa sunt consequenter se habentia, vt primus & secundus & tertius miles. Preterea illorum quorum vltima sunt simul, aut vnū est commune extremum quo ambo vnuntur: & tunc sunt continua. Si vero duo sunt illorum extrema actu diuisa, illa contingua. Et grece dicuntur echomena, quod Boetius improp'issime vertit. habita, ver tisset tamen significantius, adhibita id est sibi adiecta. Quo fit vt cōtinuum non sit superius ad continuum: licet dicat Aristote. text. 26. qd cōtinuum est quoddam

9
13

vna quod res duobus modis dicitur vna

Interpretationes sex

Super quintum Physicorum.

Contiguū. i. aliquid addens supra contiguū. Hec omnia cum in commentis sint amplissime exposita non possent hic citra redum repeti.

¶ His præhabitis responsionē

1. Conclu.
Unitas triplex.

¶ Phi. ad questionem in duos articulos partitur. In primo respondebitur de unitate specificæ: et in altero de numerali. Primus quinq; conclusionib; constat. Prima est in text. 31. Motus, veluti quævis res alia, tripliciter esse potest vniū. genere, specie, & numero. Genere sunt idem (vt habetur. 5. meta. text. 12.) quecunq; sunt eiusdem predicamenti. Et ideo omnes alterationes sunt inter se eiusdem generis. sicut omnes inter se augmentationes, atq; omnes ab invicem motus localis, vniuersæq; inter se generationes. ¶ Unde ad primum principale negatur, motus illos albefactionis: & egrotationis differre genere: tum, quia verbum, differre includit negationem distribuentem: & ideo differre genere infert quod in nullo genere conueniant: tum secūdo, quia vt in predicabilibus cap. de genere adnotauimus, licet genus subalternum sit etiam species subalterna, tamē que differunt genere subalterno simpliciter differunt specie. Et enim differre specie (vt habetur loco citato. 5. meta.) est differre definitione: & genus subalternum non diffinitur quatenus genus: sed quatenus quedam species in qua contractum est generalissimum per differentiam. Quæ de causa motus eiusdem generis distinguunt hic Philosoph. text. 31. in motus eiusdem speciei specialissime, & motus eiusdem speciei subalterne.

Ad. 1. prin.

¶ Quid autē requiratur vt motus

Species motus.

sint eiusdem speciei, aut spē differant specialissima (nam de hac est sermo) nō conuenit inter neotericos Philosophos: Alij namq; sexcentas multiplicent negatiuas propositiones ostendentes quid non requiratur: ille vero quia sine arte ponuntur, sine numero possunt multiplicari. Alij asserunt requisitam esse unitatem specificam terminorum ad quos: alij vero id sine ratione negant. Gilbertus de nōq; innot addit exigi præterea unitatem terminorum a quibus. Quod Trallidam reprehendunt. Nam cum motus (inquit) sit recessus a termino a quo, nullam inde sortitur speciem: sed a solo termino ad quem: ob idque penes solos terminos ad quos, pensanda est unitas & differentia specifica motuum. Alij rursus putant necessariam esse unitatem principiorum: motum, alij dissentiunt. ¶ At autem rei veritas liquido constet, fundamentum ex definitione Aristote. sumendum est: qui. 5. met. text. 12. ea (inquit) differunt specie, que differunt definitione: atq; ea sunt eiusdem speciei, que eadem definitione conueniunt. Nam diffinitio explicat quid dicitur: quidditas autem & species idem sunt. Sit vero quauis motus in genere diffinitur, q; sit actus entis in potentia (vt lib. 3. super text. 6. exposuimus) tamen in particulari species quecunq; diffinitur per terminum ad quem, vt enim illic habetur text. 4. motus non est præter res ad quas est motus. i. calefactio nihil aliud est quam motus ad calorem: & ascensus, motus sursum: et augmentatio, motus ad maiorem quantitatem &c. Unde in hoc text. lib. 4. a termino ad quem docuit Philosoph. motū et nomen sortiri et speciem. Id quod S. Thomas repetit. 1. part. quest. 23. artic. 1. ad tertium: dicens quod nihil refert id quod sit album, nigrum fuerit an pallidum. Tametsi Commentator. 2. huius. text. 14. dicat quod aliquando in artificialibus motus

Fundamentum.

denominatur a principio a quo. Cuius rationem affert. S. Thom. 1. 2. questio. 1. artic. 3. nempe quod quando motus significatur vt actio, tunc sortitur nomē a principio a quo, vt medicatio dicitur a medicina a qua procedit: sed quando significatur vt passio (quemadmodum in proposito) tunc, q; vniū quodq; sortitur speciem ab eo per quod est in actu, et motus tendit in terminum ad quem tanquam in proprium actum, inde sortitur speciem.

m
mf.

¶ Ex hoc fundamēto elici mus

2. Conclu.

quatuor alias conclusiones præter principalem que posita est. Secunda ergo conclusio huius articuli est: species motus per se primo attenditur penes terminos ad quos vltimatos. Hec propositio (preter rationē factam) est expressa hic doctrina Phi. text. presenti. 31. ait enim quod omnes de albefactione sunt eiusdem speciei specialissime: quia omnes albedines sunt eiusdem speciei specialissime: omnes autem disciplinationes sunt eiusdem speciei subalterne: quia disciplina est species subalterna habes suble specialissimas. Item species motuum & contrarietas, penes idem attenditur (nam contrarietas quedam diuersitas motuum est contrarietas autem attenditur penes terminos ad quos, vt. q. sequenti ex cap. 4. monstrabimus: ergo. Certe conclusio euidentior est quam vt testibus indigeat. Cū enim motus sit via ad terminum & acquisitionem eius, quid aliud est motus esse eiusdem speciei: quam terminos esse eiusdem speciei? ¶ Unde ad secundum principale argumentum conceditur terminos naturales, ad quos, motus aeris & motus ignis differre specie, vt habetur. 1. de celo. text. 86. negatur tamen motus illos esse eiusdem speciei. 3mo differunt specie, quemadmodum & termini. Ex corporibus simplicibus differentibus spē motus naturales conueniunt differentes specie, vt habetur. 3. de celo text. 51. Tametsi cōparando motus aeris & ignis ad motus aque & terre, illi ambo dicantur sursum, isti vero deorsum. Et ideo tū sursum quā deorsum diuiditur in species naturales. ¶ Ad replicā vero negatur cōsequentiā. cū inferretur q; ascensus ignis vsq; ad aerē non sit eiusdem speciei cū ascensu vsque ad cōcauū lune. Cōsiderandus est enim terminus vltimus qui est per se primo ipse motus: q; autē ignis remouetur in aere, vel alibi hoc est de per accidens. ¶ Idem responderetur de descensu lapidis a celo vsq; ad aerē & de descensu a celo vsq; ad terram. Et idem prolius de motu ab albo vsq; ad fuscum, & a fusco vsq; ad nigrum: sunt enim partes continue motus ab albo vsq; ad nigrū: & per cōsequens sunt eiusdem spēi & inter se & cum totali motu. ¶ Hinc patet solutio argumenti cuiusdā cuius nostri quē facilis ratiōe negauit, necessariam esse unitatē specificam terminorū ad quos, ad unitatem speciei cā motū. Motus enim (inquit) lapidis proiecti vsque ad mediā regionem aeris, & motus eiusdem, si ascenderet ad lunam, sunt eiusdem speciei: tamē termini differunt specie. Negatur q; termini vltimati differant specie, motus enim naturalium terminū vltimati sunt loca ipsa naturalia, vbi elemēta conseruantur: ob idq; motus entis nō consideratur, vt pars motus ignis: nec motus aq; vt pars motus terre tū in motibus violentis secus est: de bet. n. considerari postrem; terminus latitudinis ascensus, puta cōcauū lune & postremus latitudinis descensus, vbi delictet centrū terre. Unde motus lapidis sursum, vbi cūq; esset, est eiusdem speciei cum quocunq; alio ascensu. Et hoc manifeste probat. Si lapis proiectus ascenderet vsq; ad lunā, esset vnus motus continuus &

Ad. 2. prin.

prote

continuus &

continuis. ergo oēs eius partes sunt eiusdē speciei: nam qui differūt specie. continui esse non possunt. vt habetur text. 39. Et inde probatur motum aeris et motū ignis naturales nō esse eiusdem speciei. q̄a non possunt facere vnum motum continuū.

Conclu. 3.

Tertia cōclusio. Quāuis idē-

titas aut differentie specifica terminorū a quibus. non requiratur per se primo ad vnitatē aut differētiā specificā motuū. cōsecutiuē tñ exigitur. Probatur. Motus omnis sit a cōtrario in cōtrariū. vt text. 10. et 18. asserit Arist. Si ergo termini ad quos sunt eiusdem speciei. termini etiā a quibus per se primi sunt eiusdē speciei contrariet: et si termini ad quos differunt specie. termini etiā a quibus differūt specie. Qui ergo respectū habēt per se ad terminos a quib⁹. et qui per oppositū extremū omnino eos excludunt. vtriusq; in cortice tantum rem considerant.

Ad. 3. p̄n.

¶ Si ad tertiu principale argū (q̄d est Alberti) conceditur q̄ descensus lapidis a cōcauo lune vsq; ad mediū punctum aeris. et ascensus a terra vsq; ad idē punctū. sunt diuersarum specierum: nō tñ vt sp̄s credit propter solam diuersitatē terminorū a quibus. sed propter differentiam specificam terminū ad quē. Expressa enim sententia est p̄d. text. 52. q̄ eadem est relatio de motu ab extremo ad mediū. aut de medio ad extremū. q̄ est de extremo ad extremū. Nam medio (inquit) vtimur vt duobus contrariis. Fuscu enim respectu albi est quodammodo nigrū: et respectu nigri. quodā mō album. Et idē ratio vt motus ab albo in nigrum differt in specie a motu qui est ex nigro in albū. ita motus ab albo in fuscum (quia est in quodammodo nigrū) differt specie ab illo qui est ex nigro in fuscum. quia est in quodā modo albū. Et eadem ratione mediū punctum aeris respectu centri terre est sursum. et respectu cōcaui lune est deorsum. Et ideo mot⁹ lapidis a terra vsq; ad illud punctū. et motus a cōcauo lune vsq; ad idē punctū sunt ad terminos quodammodo contrarios. Eo vel maxime (q̄ vt supra dicebamus) ascensus quicunq; lapidis vltimate tēdit in cōcauū lune: descensus vero. in centrū terre. ¶ Et per hec respondetur ad aliū doctorem qui simili ratione. qua negat vnitatem specificam motuum attendi penes terminos ad quos. negat etiā attendi penes terminos a quibus: eo q̄ si lapis (inquit) vnus caderet a cōcauo lune. alter vero a media regione aeris. motus illi essent eiusdem speciei: et tñ termini a quibus differunt specie. Negatur tñ q̄ termini per se primi differant specie: cōcauū enim lune est terminus a quo vtriusq; motus. Est etiā de per accidēs q̄ cadat a media regione aeris vel ab alio puncto quēadmodum motus ad album. siue incipiat a nigro siue a fusco siue a viridi est in virtualiter ab eodem termino a quo per se primo. puta a nigro.

¶ Similis ratio est de motu augmentationis a pedali ad bipedale: et de diminutione a tripedali ad bipedale: nam augmentario est motus ad maiorem quantitatem: diminutio vero ad minorem: bipedale autē est maior quantitas respectu pedalis. et minor respectu bipedalis. Et ideo motus illi sunt ad terminos quodammodo contrarios. ¶ Hec itidem analogia est de motu intensiois ad vno gradu caloris ad gradum vt quatuor et de motu remissionis ab octo vsq; ad quatuor. ¶ Contra hec tamen arguitur. Motus augmentationis per se est ad quantitatem maiorem. et motus diminutionis per se est ad quantitatem minorem: sed maior et minor quantitas sunt eiusdem penitus speciei: ergo illi motus non differunt specie: et per consequens non sunt cōtrarij: quod est cōtra p̄d.

vt. q. sequenti videbimus. Idem sit argū de motu intensiois. et de motu remissionis. eiusdem qualitatis. Quod si respondeatur q̄ motus augmentatiois non est simpliciter ad quantitatem: sed ad quantitatem maiorem. et diminutio ad maiorem: maior autem et minus. dicunt contrarietatem. tunc arguitur q̄ per se motus augmentationis et intensiois est ad relationem: quod supra negatum est: sequela tamen patet. quia maior et minus non opponuntur. nisi in genere relationis. Ad hoc tamē negatur sequela quod enim per se primo acquiritur augmentatione. non est relatio. sed quantitas. Simpliciter enim augmentatio est acquisitio quantitatis. et diminutio est perditio eiusdem: consequitur tamen et addita quantitate. totum resultans sit maius q̄ prius: et dempta. sit minus. Et idē est de intensioe. qua acquiritur gradus qualitatis. et de remissione. qua perditur.

Quarta cōclusio ad vnitatē

Cōclus. 4.

specificam motuū (saltem in motu locali) consequitue etiā requiritur vntas formalis sp̄s. Formalis (in q̄) quia descensus lapidis a cōcauo lune per ignem et aerem et aquam eiusdem speciei est: licet media sint res distincte speciei. Sed nomine formalis. intelligo formam et figuram vic. si quod si vnus motus sit per lineam rectam. alius non fiat per curuam. Conclusio est p̄d. text. 32. Et ne videatur contradicere secunde conclusioni. qua dixim⁹ respiciendum esse tantum ad terminum ad quem. ratio huius conclusionis est: quia qñ res mouetur ab a. in b. per circulū. terminus per se illius mot⁹ nō est b. quia q̄ primum declinat a linea recta iam declinat ab intentione illius. et de per accidēs est. q̄ illuc reuertatur. Et sic ista differentia quodammodo reducitur ad terminum ad quem: qui quodam modo nō est per se idem in motu circulari. et recto.

m formalis

Ratio conclusionis

¶ At disceptatio est hic. an idem sit de motu alterationis: an videlicet de albarationis motus a nigro in album per fuscum et motus a nigro in albū per viride sint eiusdem speciei. Burleus nanq; tenet differre specie. ea ratione. qua motus localis circularis et rectus. Paulus vero super text. 33. quem alij Itali sequuntur contra dicit Burleo: dicens. rationem non esse vnam de motu locali et motu alterationis. Nam in motu alterationis. per quodcumq; medium discedatur ab albo. fit participatio nigri. ideo terminus per se intentus in quocunq; tali motu est nigrum: sed in motu locali non quomodo: docunq; discedatur ab a. tenditur per se in b. sed solum quando discessio est per lineam rectam in b. quādo enim per lineam circularem vel obliquam. iam motus tendit in alium finem. sed per accidēs reuertitur ad illud punctū. Hec solutio videtur prius accedere ad mentem p̄d. Nam secundum Burleo. non omnes dealbationes a nigro in album sunt eiusdem speciei: et tamen p̄d. peculiariter de motu circulari et recto dixit non esse eiusdē speciei: dealbationes vero omnes sine exceptione appellavit eiusdem speciei specialissime. Et si esset in illis exceptio sicut in motu locali. non tacitus id prescriberet. ¶ Sequitur tamen tunc ex ista opinione q̄ quomodo motus ab albo in quocunq; mediū versus nigrum et omnis a quocunq; mediū versus nigrum sunt eiusdē speciei: quia omnes sunt ab albo in quodam modo nigrum: aut a quodammodo albo in nigrum: et omnes a nigro versus album sunt alterius speciei et contrarij prioribus. Imo vero omnes alterationes a quocunq; medio in aliud mediū. qñ terminus a quo plus participat. de albedine et ter-

Dubitatio

no 1

no 2

Super quintum Physicorum.

minus ad quem plus de nigredine, erunt eiusdem speciei: & e converso se habentes erunt illis contrarij. ¶ Per hec solutum restat quartum principale argumentum. Ad confirmationem vero respondetur qd hic loquimur proprie de motu: deq; eius speciei: generatio vero & corruptio sunt mutationes: que proinde vt probat argumentū differūt specie, eo qd se habent vt acquisitio & deperditio eiusdem termini.

5. Conclu. ¶ Quinta cōclusio. Ad unitatem specificam motus non requiritur unitas motoris specifica neq; aliud quidvis, quam ea que dicta sunt. Patet manifeste. Contra illos, qui absq; ulla ratione dicunt unitatem specificam attendi, nō penes terminos ad quos vel a quibus, sed penes motorem. Patet inquam primo inductione: quia descensus ferri & descensus lapidis est eiusdē speciei: & tamen motōres differunt specie: quia moventur a generantibus differentibus specie. Et lapis proiectus, siue proficiatur ab homine manu vel funda, vel catapulta, vel ab elephante, eiusdem speciei est. ¶ Probatur preterea ratione, quia motor non est de diffinitione motus: & per consequens nec est de eius quidditate, neq; ab illo sortitur speciem. Neq; Aristō. loquens de unitate motus meminit hic de motore. ¶ Et confir. quia calor productus a sole & productus ab igne sunt eiusdem speciei: imo & fortius productus per generationem & productus ex putrefactione: ergo motor non mutat speciem motus: nec semper principium morus.

Ad 5. pnc. ¶ Ad quintum igitur argumentū varia est responsio doctorum. Qui enim ex parte motoris nō censent speciem motum, dicunt motum naturalem atq; violentum esse eiusdem speciei: illi vero quos modo referebamus dicunt contra, motum omnem naturalem specie differre a motu violento. Atqui Philosophi attente legerit hanc litteram. Et enim text. 56. postquam tractauerat de contrarietate motus ex parte finis, subiicit aliam contrarietatem inter motum naturalem & violentū. Unde hanc elicitur distinctionem speciei & contrarietatis motus. Una enim est que convenit motui ea tantum ratione qua est motus: & hec solum attenditur ex parte terminorum ad quos, vt dictum est. Quia ratione motus naturalis & violentus si tēdant in eūdem terminū sunt eiusdem speciei, vt motus ignis sursum & motus lapidis sursum proiecti: quia vt ait S. Tho. de potentia. q. 6. art. 3. motus non sortitur speciem a principio: ab illo tamē sortitur vt sit naturalis, vel violentus. Sed alio modo motus accipitur secundum suas qualitates, vt qd sit naturalis, vel violentus, aut qd sit tristis vel suavis: que sunt accidentia motus. Et illo modo naturalis motus & violentus differunt specie: quia sunt cōtrarij vt habetur text. 56. Sicuti homo albus & homo niger. ¶ Pari modo respondetur ad confir. Morus namq; naturales vt ambulatio hominum, natatio pisciū, volatus autium differunt, non in ratione motus ppter terminos: sed quia illorum potentie sunt proprie passionis que fluunt ex essentijs specie differentibus.

Arti. 2. De unitate numeralia. 2. Conclu. ¶ Subsequitur in articulo secundo, vt de unitate motus numerali dicamus. Ad qd duab; cōclusionibus expedit. Phil. Prima est principalis in tex. presenti. 35. ¶ Et motus sit vnus numero necessariū est vt & mobile sit vnū & termini atq; vie sint eiusdem speciei, & preterea vt tempus motus sit vnū. ¶ Abi adnotandum est qd cum superius

tex. 3. quinq; dixisset consideranda esse in motu scilicet motorem, mobile, tempus & duos terminos: immo consideratur etiam & locus. Tria hic tantū considerat ad unitatem motus: nam motor nō per se semper pertinet (vt dictum est) ad speciem motus, terminus vero a quo nō pertinet per se primo vt articulo primo dictum est. Neq; locus, nisi quatenus in motu locali pertinet ad figuram vie. scilicet curuam, aut rectam. ¶ Secundo notandum est, qd motus dupliciter consideratur. Vno modo generaliter in quantum accidens: & ex hac parte requirit unitatem subiecti. Accidens enim nō est vnū numero a quocunq; alio distinctum, nisi ratione subiecti. Propterea enim albedo mea est vna numero: quia recipitur in me, qui sum vnus numero, & albedo mea, & albedo Petri differunt numero, quia est in duobus subiectis distinctis numero. Quocirca si formica vna veheret granum tritici vsq; ad certū punctum, & inde ulterius veheret ab alia sine media quiete, motus grani esset vnus & continuus, quia est vnū subiectum: motus tamen secunde forme alius esset numero a motu prime, nec possent esse continui, quia subiecta differunt numero: essent tamen contigui, quia eodem instanti, quo vna desinit moueri per primum non esse, altera incipit per vltimum non esse. ¶ Secundo consideratur motus specialiter sub ratione motus, & illo modo vt motus, sit cōtinuū, requiritur vt partes sint eiusdē speciei: & quia species motus attenditur penes terminos ad quos, requiritur vt terminus partium motus qd debet continuari, sint eiusdē speciei. Et preterea si sit motus localis, qd sit per idē spatium formale, qd circularis motus, & rectus nō sunt eiusdē speciei. Vn vt sup; cōprehendit, cū ait, qd requiritur, vnum esse id, in quo est motus. Ad autē requiratur talis unitas specifica ad continuitatem, probat secunda cōclusio. qd est in tex. 39 ea enim (inquit) qd specie differunt, cōtinua esse non possunt. Ratio est, quia cōtinua sunt, quorum vltima sunt vnū: rerū autē differentiu speciei nō potest esse vnus cōis terminus, quo vniantur, vt ambulatio, & linea cōtinua esse nō possunt: eo qd terminus linee est punctus, terminus vero ambulationis est instans. ¶ Tertio requirit unitas tēporis. Ratio est, quia (vt in principio qstionis dicebam) idē est, motus esse vnū numero, & esse vnū continuū, motus autem non intersecatur, nisi per mediā quietē. Requiritur ergo unitas temporis, qd sit mensura totius motus: ad hōc sensum, qd a principio vsq; ad finem motus nullū detur instans temporis quo non sit verum dicere immediate ante hoc erat pars motus, & immediate post hoc erit pars motus: nam tūc si mobile est idem, & partes motus sunt eiusdem speciei, motus erit continuus, & per consequens vnus numero. Si vero aut mobile nō est idem (vt in exemplo posito de duabus formicis) aut motus non sunt eiusdem speciei, erunt quidem motus contigui, non autem continui. ¶ Itaq; hoc est adnotādū, qd tam in motu cōtinuo, qd in cōtinuis requirit unitas tēporis (vt docet Phil. text. 40.) videlicet qd in eodē instanti tēporis immediate ante fuerit vnus motus, & immediate post sit alius, nisi qd si motus sint eiusdem speciei, & subiectum sit idem, motus erunt continui, si minus, erunt contigui. At si eodem instanti, quo quis desinit ambulare, incipiat sebricitari. ¶ Hinc sequitur, qd idem est motum quiete interrupti, & qd non sit vnū tēpus, vt expresse ait Philosoph. text. 41. Hic cū motus cessat, dabitur instans temporis, quo nō erit verū dicere, immediate ante hac fuit motus, & immediate post hac erit. ¶ Quod si quis interroga-

quinq; Lopezius in motu

motu dupli considerat atq;

Coro 2m

Unitas tēporis.

2m Coro 2m

Non requiritur vnus spatium.

nerit, vtrum vt motus sit continuus & vnus numero necessaria sit vnitas spatij materialis. *Phi.* respondet text. 23. negatiue. Si enim (inquit) citbare dus post primam chordâ sonet vltimâ sine medijs, erit vnus sonus, licet spatia non sint continuo. Et vni nos exemplum adiecimus, qd si quis transt torrentem per lapides parum distantes, continuum facit motum licet lapides nō sint cōtinui, neq; terra, vel aer, qui interest, cōtinuetur illis. Et cū quis de ambulat per parimentū quadrato lapide stratum cōtinuū motum facit, licet lapides non sint continui. Ad quod manifeste constat in descensu lapides a celo vsq; ad terrā, qui certe est vnus motus, quauis elementa, per que transit, nō sint continua. At qui ratio huius est, qd continua sunt illa quorū vltima sunt vnium: partes vero motus nō continuantur per puncta, vel lineas, quibus cōtinuantur partes magnitudinis spatij, sed per mutata esse, que sunt alterius generis: scilicet per hoc, quod mobile aliter, & aliter se habet in diuersis partibus spatij.

Ad. 6. ¶ Igitur ad sextum principale

argumentum idem est labor respondendi, tenentibus motū esse accidēs distinctum a mobili tanquā res are, & tenentibus qd solū distinguatur realiter id est qd dicitur vt & p̄dicamētaliter, vt lib. 3. q. 2. disputauimus: & tenētibus accidēs subiectari in toto cōposito, & tenētibus subiectari in materia prima: de quodisputauimus. 1. de generatione. Nam in opinione. *S. Tho.* accidentia omnia corporalia subiectantur in toto cōposito: & ideo si motus distinguat tanq̄ alia res, manifestū est, qd in cane, & eius cadauere non est idem motus: siquidē, nec est idem subiectum. Alias idem accidēs migraret de subiecto in subiectum: quod est impossibile. Et idem est licet motus non distinguatur tanq̄ alia res, quia negari nihilominus nō potest quin sit accidēs: imo tunc cū motus sit eadē res, que est mobile, cū mobili non sit idem, euidētias est, qd nō sit idē motus, qd secundū alia opinione. Illi autem, qui tenent accidentia subiectari in materia prima, forsā dicerent manere eundem motum, quia manet eadē materia. At tamen tueri hoc non possunt: nā licet accidentia, q̄ ordinantur, & disponunt ad introductionē forme substantialis, vt calor, possent quodammodo defendere, qd subiectantur in materia prima, & forsā qualitates secunde, vt albedo, tñ alia accidentia, vt moueri localiter, sedere, & similia, nulla est apparentia vt conueniant, nisi toti cōposito: & ideo in omni opinione casus canis viui, & casus cadaueris sunt quidem motus cōtigni propter vnitatem temporis, non tamen continui propter diuersitatem mobilis. Et idem dicendū de gutta, si notabiliter mutetur, vt physice non maneat eadem. ¶ Sed multo minoris est probabilitatis, id quod nonnulli concedūt: nempe cum nauis onusta in mari mouetur, eundem esse numero motū in aggregato ex mercibus, hominibus, & nauis. Et enim cum subiecta sint adeo diuersa, nescio cur motus non sint in illis numero diuersi: sicuti alia accidentia. Neq; in homine, & eius vestibus, quando ambulat, est idē motus. Tamen cum de hoc non est disputatio, appellatur vulgo vnus motus, eo qd simul sunt ab eodē in eādēq; terminum, & per eandē lineā. ¶ Ad primā confirmationem respondetur, qd in motu augmentationis, & pariter diminutionis, manet idem mobile physice: nam augmentatio est motus, quo eadem res mouetur ad maiorem quantitatem. Et hoc est, quod docet *Phi.* text. 36. & infra, contra *Heracli.* qd nō requiritur tanta vnitas mobilis, vt nullatenus sit vari-

tum, queadmodū *Angelus*, sed satis est, qd sit vnus, sicut dicimus vnum hominem in *Petrum*, puerum, & adultum, vnde si in factis sine media quiete semper adolefceret, non esset defectus inobills, quo minus esset vnus motus: nā est idem mobile quando *Heracli* trus habet duos annos, & quando habet duodecim. ¶ Ad secundam vero cōtū. rationem (ubi latet fallacia) admissio, qd sine media quiete possit continuo extendi forma ignis per materiam ligni, negatur nihilominus qd sit vnus motus, sed est vna mutatio. Nam ignis non est, qui mouetur, quando generatur: neq; est subiectum illius mutationis, sed materia que recipit formam. Et quia illa, non est ens actus, illa generatio non est motus, sed mutatio, vt super textum octauum expositum est. In la tamen materia eadē numero manet per totam cōtinuam mutationem. ¶ Ad septimum respondetur, qd quauis ad vnitatem numeralem motus requiritur vnitas numeralis termini, illa tamen satis exprimitur, cū dicitur, qd requiritur vt partes sint eiusdē specie. Nam (vt modo dicebamus) si partes motus sint eiusdē specie, & mobile est idem, & tempus vnium, ille facient vnum continuum, & per consequens etiam terminus vltimus erit vnus numero.

¶ In octauo veruntamen argu

mento plusculum difficultatis est. Nihilominus respondetur eam esse rationem, vt ad continuationē motus requiratur vnitas specifica partiu: quia videlicet ea q̄ specie differit, continua esse nequeat: vt paulo ante dicebamus. Unde ad primam instantiam de virga, cuius medietas est viridis, medietas vero sicca, licet varie, atq; diuerse a diuersis respondeatur, pensatis tamen omnibus, negatur partes illas esse continuas: nā qd forme non sint continuas, omnibus est in confessor: forma enim, que noue aduenit parti, que siccat, nihil cause esse potest, vt continuetur cum forma partis viridis. Imo virgam ericari, est formam eius corrumpi: & idcirco per se manet discontinua pars illa, que nondum est corrupta. Quod si forme non continentur, sequitur qd nec cetera accidentia: id maxime in via. *S. Tho.* tenentis accidentia subiectari in toto cōposito. Tunc enim corrupta medietate virge, corrumpuntur & omnia eius accidentia, atq; adeo quantitas. Unde sequitur, qd quantitas partis viridis non continuatur quantitati partis sicci. Et cum nec materia nec forma, nec cōpositum continentur, nisi ratione quantitatis, sequitur illas partes non esse continuas. ¶ Sed arguitur etiā si teneatur quantitas subiectari in materia. In corruptione sit resolutio vsq; ad materiam primā: ergo cum pars sicca corrumpitur, simul cum forma substantiali corrumpuntur omnia eius accidentia, & per cōsequens quantitas. Ad si noua adueniat, certū est non cōtinuari cū quantitate partis viridis. ¶ Illi soli, qui asruunt formam corporeitatis perpetuā in materia possent vt cūq; dicere, qd manet quantitas eadem continuans formam corporeitatis, & materiam, & non continuando alias formas. Sed istam formam corporeitatis arbitror satis nos impugnasse lib. 1. q. 7. Et p̄terea si vna sit quantitas in huiusmodi virga, hoc satis est vt forma viridis, & forma sicca continentur: nam in cōposito vna est diuersa quantitas, qua materia, & forme omnes, tam substantialiales, quā accidentiales continentur. ¶ Quod autem ille forme continentur, est contra *Phi.* non solum hic, sed & etiā meta. text. 12. ubi ait. Quæcūq; sunt vnium numero esse eiusdē specie. ¶ Arguitur p̄terea in quacūq; opinione de quantitate,

id

ad. 7.

ad. 8.

ad. 9.

ad. 10.

ad. 7.

ad. 8.
Utrū differētia specie sint cōtinua.

ad. 9.

axo os et nexu sunt diuersae species distinguo, aut xoe formae totales nego, xoe partialis comen...

Super quintum Physicorum.

que distinguat, siue non. Corruptio non fit, nisi per separationem: cernimus enim dum lignum comburitur, partes, que conuertuntur in ignem, separari a ligno, siquidem per combustionem minuitur, cineres separari a prunis, ergo eadem ratioe in omni corruptione fit separatio partis corrupte a non corrupta: nam per ea que sunt magis manifesta, iudicare debemus de occultis. Et qui putant partes viridem, et siccam esse continuas, solo vtuntur fallaci testimonio sensus: quod tamen certo iudicio intellectus ex natura rerum deberent corrigere. Ad vel maxime, quod sensu etiam experimur duas tabulas adeo se inuicem glutine continere, vt facilius tabulam frangas, quam vbi conglutinantur separentur. Et ita est certe, qd in consinio partis viridis et sicce, humore naturali continentur. Imo vero si in illo puncto aliqua arte dimoueat, experientia monstrabit esse duas distinctas superficies quasi conglutinatas. Adius profecto multo, si sensum credas, est argumentum de animali, dum moritur: vt cum anima hominis (quod veru esse credo) prius desinit informare pedes, qd pectus, aut cum membrum aliquod paralyti arefit: tunc clarum est membrum mortuum alterius esse speciei, qd viuum: et tamen difficile est creditu, non esse continua. Nihilominus tamen dicendum est non esse continua: licet propter affinitatem humoru vtriusq; partis se inuicem contineant nisi tanta vtret putrefactio, vt dissolutio sequeretur. Ad secundam instantiam de partibus hominis viui heterogeneis respondetur, qd ossa, carnes, et nerui, differunt specie, no quidem perfecta, sed imperfecta, que ordinatur ad compositionem totius. Non enim est in homine, nisi vnica forma substantialis, qd dat ossi esse ossis, et carni esse carnis, et neruo esse nerui, propter diuersam raritatem et densitatem, ceterasq; varias dispositiones. Quod si quis obiciat verbum, S. Tho. 1. par. q. 11. arti. 2. ad secundum argum, vbi ait, qd in heterogeneis forma totius non est in singulis partibus, videat qua ipse subiicit expositionem. Nihil enim aliud vult, nisi qd non quelibet pars integralis hominis, est homo, os enim non est homo: sicut in homogeneis quelibet pars a que est aqua. Cum ergo partes hominis non differant specie perfecta ratione forme substantialis, nihil obstat, quominus vniri possint. Et ideo natura fecit neruū medium esse inter duritiem ossis, et molitiem carnis, vt per illum caro, et os continuarentur. Quam non sit necessarium, vt vbiungas os vestitur carne, illic sit continuatum. De arboris alteri insita etiam negatur, qd fiat ex ambabus vna continua: sed ramus insitus vtitur trunco, cui inseritur tanq; via, per quam recipit humorem, et alimentum terre. Et ideo in illo consinio humores illi adeo conglutinantur, vt nodo quodam contineant ramum insitum, et sensul appareat esse continuum trunco. Secus est, si rami essent eiusdem speciei: tunc esse posset forsan fieri continuatio per alimentum. Quare (si modo fabula non est) pretendunt chirurgi abscissum hominis nasum ex musculis brachij suppleri. Ad aliam instantiam de linea circulari, et recta, que sunt continue, respondetur, qd linea circularis, et recta non differunt specie in ratione quantitatatis, sed ratione figure: quapropter nihil prohibet, quin possint esse continue: sed si motus fieret per arcum, et reuenteretur per chordam, credo secundum philosophum, non esset vnus motus continuus, quia motus illi differunt specie: sed necessario mobile quiesceret in puncto, quo incipit moueri per chordam: sicut lapis proiectus sursum, in puncto reflexionis. Ex quo sequitur, qd ex illis

duobus motibus, quos super text. 4.4. bina figura descripsimus, ille, qui per lineam angularem fieret, in quolibet angulo frangeretur quiete: sicut pila lateraliter ad parietem repercussa versus oppositam partem motuum rumpetur repercussione parietis. Si tamen motus fieret ad modum serpentis, faciendo plures orbis, motus esset continuus: quia vbi non est angulus, non est necesse motum quiete rumpi. Ad postremam confirmationem de lancea cadente vsq; ad centrum terre, primum omnium miro plurimos, qui putant, si graue caderet naturaliter motu vsque ad centrum, impetum illum efficere vt ascenderet versus aliud hemispherium: non considerantes graue motu naturali nihil aliud appetere, quam centrum: et ideo suapte ipsa natura, qua mouetur, cum mobile veniret ad centrum, illic quiesceret. Sicut ignis quantacumq; velocitate ascenderet, quiesceret in suo loco naturali, licet superius nullum esset celum. Et preterea impetus non est causa alterius motus, nisi vbi est repercussio. Ob idq; si in centro esset planities dura, fieret repercussio versus nos: veluti pila a panimento repercussa, sursum resilit. Si tamen in centro non sit repercussio, nihil est cause cur transeat in alterum hemispherium. Si vero fiat argumentum, qd circum centrum sit aer, et iaciatur violenter sagitta a parte nostra versus aliud hemispherium per centrum, tunc conceditur, qd descensus, et ascensus facient vnum motum continuum: licet partes quodammodo specie differant. Neque id crediderim menti Aristoteli contrarie. Nam illi ambo motus sunt per lineam rectam continuam Aristoteli, vero solum negasset ascensum et descensum naturalem, aut violentum, et naturalem eiusdem mobilis, aut duos violentos, quorum alter sit, e regione alterius, facere vnum continuum motum. Ad nonum principale bene responsum est, qd ascensus et descensus differunt specie, et ideo non continuantur. Tametsi negatur preterea idem esse tempus ascensus, et descensus ad sensum iam expositum. In puncto namq; reflexionis, vbi graue proiectum incipit descendere, non solum quiescit per instans, sed per momentam temporis: eo qd impetus quando iam non sufficit sursum moueri, sufficit nihilominus tantisper retinere graue. Et ideo non est idem instans temporis, continuans tempus adequatum ascensus cum adequato tempore descensus. Similiter respondetur ad replicam. Etenim quando aliquid incipit moueri, et cessante motu, iterum post quietem mouetur, licet tempus mensurans an. bos motus et mediam quietem sit continuu, tamen tempus adequatum prioris motus: et adequatum secundi motus non continuantur immediate eodem instanti. In quo sensu (vt expositum est) exigitur vnitas temporis ad numericalem vnitatem motus.

Textus. xlviii. Relinquitur igitur qui est in contraria, &c.

Quaestio quarta.

UTRUM MOTVS ILLI sint contrarij, qui sunt in terminos contrarios.



Parte negatiua arguitur

primo contra id, quod habetur text. statim. 4.7. s. corruptione vnus terminus, et generationem, contrarij non esse

quodammodo arbor continuatur cum terra in qua plantata est ab illa suggerit vnum in et virtutem, sic id sextum quod in seculi boni non continuatur quamuis ab illa sit et humorem.

270 Lm

esse duos motus, sed unum sub diuersis rationibus. Quando aqua frigida calescit, remissio frigoris, et intensio caloris sunt duo motus realiter distincti: nam (vt lib. 3. q. 2. determinatum est) intensio caloris, est calor ipse, prout est in fieri: remissio vero frigoris est frigus, quod remittitur, ergo corruptio secundum quid frigoris, et generatio caloris non sunt idem motus. Et eadem ratione non est idem motus, qui est ex sanitate, et qui est in egritudine. Et confirmatur. Et. 1. de gene. videbimus, sex sunt species motus (includendo mutationem). scilicet motus localis, alteratio, augmentatio, et diminutio, corruptio, et generatio: ergo corruptio et generatio sunt distincti motus. Et confirmatur. 2. Quando ex aere generatur aqua, illic sunt due mutationes distincte, dum ex aere fit non aer, et ex non aqua fit aqua: ergo sunt distincti motus. Secundo principaliter arguitur. Si motus essent contrarii, contrarietas eorum deberet attendi penes contrarietatem terminorum, vel ad quos, vel a quibus: neutrum istorum, ergo. Probatur minor. Ascensus lapidis vsque ad certum punctum aeris, et descensus a celo vsque ad idem punctum sunt contrarii, et tamen termini ad quem est idem, ergo. Item descensus ab illo puncto vsque ad terram, et ascensus ab eodem vsque in celum sunt contrarii: et tamen termini a quo est idem. Quod si respondeas id ipsum punctum fuisse vice duorum contrariorum, quia est sursum respectu terre, et deorsum respectu celi, tunc sequeretur, quod ascensus itidem naturalis aeris vsque ad suum locum naturalem, et descensus eiusdem a celo vsque ad eundem locum essent eadem ratione contrarii: consequens tamen est falsum, nam ambo sunt ei naturales, et tamen vni elemento non videntur conuenire duo motus contrarii: quia vt habetur. 1. de celo, vni corpori simpliciter non competit vnus motus simplex. Et confirmatur. Augmentatio, et diminutio quantitatatis sunt motus contrarii: et tamen termini non sunt contrarii, quia quantitati nihil est contrarium. Tertium principaliter arguitur. Motibus non competunt proprietates contrariorum: contraria enim conueniunt se in gradibus remissis, et per mutua actione subiecto se eodem expellunt: motus vero sursum, et motus deorsum non possunt quoquo modo esse simul: sicut neque motus factionis, et motus egragationis: neque motus augmentationis, et motus diminutionis: neque motus calefactionis, et frige factionis: neque vnus motus expellit alium, sed vnico motu expellitur vna forma, et introducitur alia: ergo contrarietas non conuenit motibus, sed eorum terminis. Et postremo hec omnia confirmantur. Vni vnus tantum contrarium est, vt. 1. de celo, et. 10. meta. sententia est: ergo si motus. v. g. calefactionis contrariatur motui frige factionis, non contrariatur quicquam sub frigiditate, et si quies contrariatur motui, quies vna non contrariatur alteri, cuius contrarium affirmatur text. 54. In contrarium est sententia philosophi. in text. presenti. 58. vbi ait motus inuicem esse contrarios.

sex species motus

A. M. M.

Motus specie differ. in triplici differentia.

Inter motus specie differentes, alij sunt ad inuicem ordinati, alij vero impertinentes: sed alij sunt contrarii. Est enim differentia specifica motuum, veluti genus ad huiusmodi species. Motus alterationis ordinatur ad generationem: et quandoque ad augmentationem: et aliquando per calefactionem res fit nigra, et per frige factionem fit alba, vt patet in carbone, et niue. Impertinentes vero sunt, qui nec sequuntur, nec contrariantur, vt motus naturalis aeris, et motus ignis: sanatio, et albefactio, et disciplinatio. Et alij sunt contrarii de quibus philosophus. 5. et. 6. cap. disputat, et

quomodo presens mouetur. Quibus autem questio proxima nota est, et hec est facilissima. Nam vt species motus: ita et contrarietas penes terminos ad quos attenditur. Eo vel maxime quod in commentis adeo contrarietas motuum exposita est, vt non fuisset opus noua questione, nisi vt eorum epilogum de more faceremus. Sed est preterea notandum, quod contrarietas accidit et inter motum, et motum: et inter motum et quietem: ac denique inter quietem et quietem. Et tertio rursus notandum (vt paulo ante de specie motus dicebamus) quod motus dupliciter considerari potest nempe sicut in ratione motus: et ex hac parte contrarietas attenditur penes terminos ad quos. Alio modo consideratur vt res alia quecumque et ex hac parte motus contrariatur secundum qualitates quas habet contrarias, aut ratione principiorum, aut aliunde: quemadmodum motus naturales contrariantur violentis. Preterea quarto ex superioribus memorandum est, quod aliter censetur contrarietas mutationum, que non sunt vere motus, puta vbi termini explicatur contradictorie: et aliter contrarietas motuum, vbi ambo termini exprimuntur positue contrarie. Quinto ad hec considerandum est, quod medium inter duo contraria est vtriusque quodammodo contrarium: et ideo exercet vices duorum contrariorum. Sexto denique ex text. 46. animaduertendum est, quod quinq; modis posse contrarietatem motuum excogitari. Videlicet aut respectu eiusdem termini, qui est terminus a quo vnus motus, et ad quem alterius: aut penes contrarietatem terminorum tantum a quibus, aut penes contrarietatem duntaxat terminorum ad quos, aut penes contrarietatem inter terminum ad quem vnus, et terminum a quo alterius aut denique penes ambas contrarietates. scilicet terminorum a quibus: et terminorum ad quos. Hinc palam fit: quod non est hic mentio de contrarietate terminorum, vt quidam absque vlla probabilitate opinantur. Nam contrarietas formaliter non est, nisi in rebus, et inde termini sunt contrarii, quia significantes res contrarias. Quis enim in re physica, vbi de rebus agitur. scilicet cum de contrarietate sanitatis et egritudinis motuum de sanationis et egrotationis disputatur: vel cum audierit contrarii contrariis curari, aut contraria non posse esse simul, etc. quis inquam audeat terminis hec ascribere?

contrarietas inquit reperuat.

triplex consideratur

2°

4°

5°

His ceu fundamentis supposito

fitis, sententia philosophi. decem conclusionibus sumuntur. Prima est in text. 47. Contrarietas nullatenus attenditur quarto modo. Probatur. Motus, quorum terminus a quo vnus, et terminus ad quem alterius sunt contrarii, sunt realiter idem, sola ratione differentes: ergo non sunt contrarii. Consequentia est nota, quia motus contrarii sibi inuicem repugnant, et antecedens per se patet. Idem enim motus est ex sanitate, qui est in egritudine, vt cum itur Thebis Athenas, idem est recedere Thebis, quod accedere Athenas. Tametsi ratione differant, eo quod recedere, dicit respectum ad terminum a quo: et accedere dicit respectum ad terminum ad quem. Quin imo lib. 6. text. 40. dicit philosophus, quod prius natura in intentione motoris est acquirere terminum ad quem, quam relinquere terminum a quo. Etenim quia qui tendit Athenas, relinquit Thebas. Equa ratione idem est moueri in nigrum, quod recedere ab albo. Nisi quod respectu nigredinis est generatio: et respectu albedinis, corruptio: iuxta illud. 1. de gene. text. 17. Corruptio vnius est generatio alterius. At vero argumentum presertim a parte negatiua. Questionis molestum est ad

1. Conclusio

Super quintum physicorum.

est aduersus probationem huius conclusionis, quatenus assumit de perditione unius forme, et acquisitionem contrarie esse realiter unicum motum. Ideo ut non solum Buridanum coegerit in contrariam sententiam, verum et Paul. Et. aliosque Italos dubios de hac re fecerit. Et certe habet magnam probabilitatem. Nam perditio frigiditatis est via ad esse ad non esse: acquisitio vero caloris est via a non esse ad esse. Et in motibus anime videtur aliam esse corruptionem dissensus, et aliam acquisitionem assensus. Unde glossant Philosophi, quod solum intelligat acquisitionem albedinis, et deperditionem nigredinis esse idem subiecto: quia scilicet simul concurrunt in eodem subiecto. Attamen glossa hec textui non conuenit. Aristoteles enim nunquam diceret, quod albedo et ut dulcedo lactis sunt eadem res, licet sint in eodem subiecto. Quoniam enim dicit aliqua esse idem, et ratione diuersa, semper significat identitatem realem inter illa: sicut dicit lib. 1. De materia et priuatione. Et preterea in communi modo concipiendi, quando aqua calida est, nullus diceret quod mouetur, nisi unico motu, quia scilicet mutatur de frigida in calidam. Item per motum localem debemus de alijs iudicare: sed in motu locali recessus a termino a quo, et accessus ad terminum ad quem non sunt duo, sed unus motus: ergo nec in alijs. Paulus fatetur opinionem hanc esse Aristotelem et Commenta. Et est preterea. S. Thome de veritate. q. 8. art. 1. ubi expresse ait eundem motum esse, quo album abicitur, et nigrum acquiritur. Solutio vero Pauli et aliorum ad argumentum in contrarium est, quod sunt duo motus materialiter, id est, due forme, quarum una expellitur, et alia introductur: sed tamen est unus motus formaliter, id est, vnus fluxus. Et semper est sub nube quomodo de perditio et acquisitio sunt vnus fluxus. Igitur (ni fallor) dicendum est, quod motus, nec solum dicitur acquisitionem, nec solum deperditionem, sed amplectitur utriusque, scilicet recessum ab vno, et accessum ad aliud. Hoc est enim, quod docuit Phil. lib. 5. text. 9. et quod hic text. 40. et sepe repetitur. scilicet quod motus est a quodam in quiddam, id est, inter duos positivos terminos. Unde ad formam argumenti negatur, quod deperditio frigiditatis, et acquisitio caloris sint duo motus: sed sunt vnus includens duas mutationes. Mutatio enim (ut ex principio lib. 5. constat) est quando exprimitur contradictorie terminus affirmato et negato: motus vero, quando exprimitur contrarie utroque termino affirmato. Deperditio ergo frigiditatis: que est ab esse ad non esse, est alia mutatio, quam acquisitio caloris, que est a non esse ad esse: quia materialiter (ut probat argumentum) sunt due qualitates: sed tamen deperditio qualitatis, quando exprimitur per motum, non est ab esse frigidi ad non esse frigidum, sed ad esse calidum: quia deperditio illa terminatur ad calorem: et pariter acquisitio caloris non proficiscitur a non esse caloris, sed ab esse frigidi. Debent enim termini explicari in concreto, potius quam in abstracto. Est ergo vnus motus a frigido in calidum, includens duas mutationes. Sicuti elongari a Thebis, est accedere Athenas: et elongatum esse a Thebis, est peruenisse Athenas, ut habetur expresse lib. 6. text. 40. Et per hec patet responsio ad confirmationem vtranque. Corruptio enim, et generatio ponuntur diuersae species, non quidem motus, mutationis: quia corruptio est ab esse ad non esse: generatio vero, a non esse ad esse. At, quia naturaliter corruptio trahitur ad rem de nouo genitam, ait Philosopho, quod corruptio vnus est generatio alterius. Eadem solutio est ad quoddam argumentum, quo

nonnulli existimant conuenire de perditionem frigiditatis alium esse motum ab acquisitione caloris. Nam potest (inquiunt) esse vnus motus sine alio. Primum supernaturaliter potest Deus remittere et corrumpere frigiditatem successiue, ubi nullus producat calor: et rursus producere calorem, ubi nulla corrumpatur frigiditas. Item quando mixtum conficitur immediate ex elementis, qualitates secedunt (ut albedo et dulcedo) producuntur in mixto, non per corruptionem contrarium, quia nigredo nulla est in elementis. Et pariter si mixtum resoluitur immediate in elementa, corrumpuntur dicte qualitates, et non per productionem contrarium. Respondetur (inquam) quod huiusmodi deperditiones et acquisitiones non sunt motus: cum perditio vnus, non terminetur in acquisitionem contrarium, sed sunt mutationes interesse, et non esse.

¶ Secunda conclusio est in eo. Conclu. 2.

dem text. 47. qua respondetur ad questionem. Contrarietas motuum non attenditur per se primo, iuxta secundum modum, penes contrarietatem terminorum a quibus, sed iuxta tertium, penes contrarietatem terminorum ad quos: consequuntur tamen penes contrarietatem terminorum a quibus. Priores duas partes probat tribus rationibus. Prima quia nonnunquam motus a terminis contrariis tendit in eundem terminum (ut motus ab albo in fuscum, et a nigro in fuscum) quod per consequens, videntur non esse contrarium. Hanc veritatem argumentationis gratia refert: quam inferius text. 51. dissoluit. Secunda ratio est huiusmodi. Verum contrarietas attenditur penes formas, quibus sunt in actu: nam potentia calidum, et potentia frigidum non contrariantur, cum simul sint in eodem. Sed actu calidum et actu frigidum contraria sunt: at actus motuum proprii, sunt termini ad quos (simul enim acquiritur motus et terminus) ergo penes illos attenditur per se primo contrarietas. Tertia ratio eodem modo dedit: nam cum species motus attendatur penes terminum ad quem, contrarietas vero sit proprie inter duas species, penes eisdem terminos attenditur contrarietas. Tertiam partem conclusionis insinuat text. 48. ubi ait, quod foris ita idem sunt motus in contraria (qui est primus motus) et ex contrariis in contraria, qui est quintus. Si enim termini ad quos sunt contrarii, consequitur ut termini a quibus saltem per se primi, sint contrarii. Et idem sunt motus in sanitatem et in egritudinem, qui sunt ex egritudine in sanitatem, et ex sanitatem in egritudinem. Dixerim, per se primi, quia motus, qui est ex fuscis in album, et motus: qui est ex fuscis in nigrum, quamuis formaliter non videantur esse per terminos contrarios, sunt tamen ex contrariis: ut conclusione quinta patet.

¶ Hinc sequitur conclusio tertia. Conclu. 3.

que est in text. 51. Quando termini a quibus non exprimitur positue, tunc, quia non est motus, sed mutatio, contrarietas attenditur, iuxta tertium modum penes solos terminos ad quos: et hoc modo contrariantur motus ex non albo in album, et ex non nigro in nigrum. Quod si arguas eisdem esse motus ex non albo in album et ex non nigro in nigrum, qui sunt ex nigro vel medio colore colorato in album, et ex albo vel medio colore colorato in nigrum: ergo sicut isti secundi sunt ex contrariis in contraria, ita et primi. Respondetur, quod non sunt idem: nam non album et nigrum, licet quandoque sint idem, tamen ratione differunt. Quia de causa non album negatiue supponit per angelo, pro quo

Responsio.

1 ratio

2 ratio

3 ratio

Conclu. 3.

quo

quo non supponit nigrum: est accipiatur privative, de se nihil dicit, nisi privationem albedinis cum aptitudine ad illam. Et ideo termini a quibus in primis moribus, ut non sunt positivi, ita nec sunt contrarii. **Quarta conclusio est in eodem text. 31.** Mutationes inter terminos, quorum non est medium, solum contrariantur, intra primum modum, penes eundem terminum, qui unus est terminus ad quem, et alterius est terminus a quo: ut generatio aeris, et corruptio eiusdem. Ratio est, quia terminus ad quem corruptionis est non esse, qui proprie nulli contrariatur. Unde contrarietas hic sumitur, ex modo diverso ipsius terminus: quia unus est accessus, et alius recessus. **Quinta conclusio.** Contrarietas motuum, qui sunt, vel ab extremis ad media, vel a medijs, ad extrema, attenditur per se primo penes contrarietatem terminorum ad quos, et consequentive penes contrarietatem terminorum a quibus: insar motuum, qui sunt a contrarijs in contraria. Imo eodem modo censetur. **Conclusio est in text. 32.** quam hæc ratio probat. Medium utriusque extremorum, est quodammodo contrarium: ut fuscum, est album respectu nigri, et nigrum, respectu albi. Quare motus ab albo in fuscum, et a nigro in fuscum, ut sunt a terminis contrarijs, ita sunt et ad terminos quodammodo contrarios. Est enim fuscum quodammodo contrarium sibi. Et eadem ratione motus a fusco in album, et motus a fusco in nigrum, sunt contrarij. Et ut sunt ad terminos contrarios, ita quodammodo sunt et a terminis contrarijs. Et per hæc respondet eodem text. 33. rationi primæ, quam pro secunda conclusione formaverat. Respondet (inquam) quod motus ab albo in fuscum, et motus a nigro in fuscum, non solum sunt contrarij ratione terminorum a quibus, ut ratio pretendebat, sed propter contrarietatem terminorum ad quos. **Et confirmatur.** Huius motus, qui est ab albo in fuscum, terminus ad quem, ultimus est nigrum: et eius motus, qui est a nigro in fuscum, ultimus terminus, est album, ergo motus illi in terminos finaliter tendunt formaliter contrarios. Et eadem ratione huius motus, qui est a fusco in album, terminus a quo primus est nigrum, et motus, qui est a fusco in nigrum, terminus a quo primus est album: ergo quemadmodum motus ab albo in nigrum contrarius est motui, qui est a nigro in album, ita motus ab albo in fuscum, contrarius est motui a nigro in fuscum. Imo vero motus quilibet a medio colore, ad alium mediũ, si terminus a quo participat plus de albedine, quam terminus ad quem, contrarius est motui, ubi terminus a quo participat plus de nigredine.

Eadem analogia dicitur de motibus intensificationis, et remissionis. Intensio namque ab uno gradu ad duos, contraria est remissioni, a tribus ad duos: quoniam duo respectu unius est maior gradus: et respectu trium est minor. Et idem est de augmento, et decremento quantitatis. Insar eorum, que de differentia specifica dicta sunt. **Ad eandem normam exigenda est contrarietas motuum, secundum locum.** Cum enim concavum lune, et centrum terre sint extreme differentie totius latitudinis motuum rectorum, qui conveniunt elementis: ut lib. 4. text. 42. visum est, omnes motus recti, sive naturales, sive violenti, qui tendunt versus concavum lune, undecumque incipiant, et quocumque terminentur, contrarij sunt eis, qui tendunt in centrum. Et enim si motus a celo, in centrum contrarius est ei, quia centro est visus ad celum, quelibet pars vnius cuiuslibet alterius est contraria. **Quo fit, ut**

descensus terre per nostrum hemispherium contrarius sit ascensui ignis, per aliud hemispherium. Et quo sequitur, quod sicut lapidem ascendere, et ignem eque velociter simul ascendere, et tamen semper e qualiter distare. Et si quando lapis incipit descendere a concavo lune, ubi est zenith nostrum, ignis incipiat a centro terre ascendere per alterum hemispherium, versus zenith antipodum.

Motus vero circularis et rectus, nullo modo sunt contrarij, ut descensus per chordam, et ascensus, per arcum: quia ascensus ille, non est simpliciter ascensus, cum non recta tendat in celum. Unde ut Aristoteli docet, r. de celo) motus circularis, nulli motus est contrarius. Nisi quodammodo secundum partes: ut motus planetarum ab oriente in occidentem contrarius sit motui primi mobilis, ab oriente in occidentem. Sed de hoc alius.

Resurgit hinc veruntamen argumentum, quod si ascensus per arcum, et descensus per chordam, non sunt contrarij, eo quod sunt per diversa media, neque dealbatio, que fit a nigro per rubrum, et denigratio, que fit ab albo per aliud medium: scilicet, per viride, erunt contrarie, cuius contrarium iam modo dicebamus. Huic tamen questione proxima responsum est, non esse parem rationem: quia in motu locali linea circularis non tendit per se in eundem terminum, quo tendit linea recta: et ideo nec siambo sit ascensus, sunt eiusdem speciei, nec proinde ascensus et descensus, sunt contrarij. In alteratione vero quicunque motus proficitur ab albo, quacunquod procedat, pergit per se in nigrum: et ideo omnes sunt eiusdem speciei: atque adeo contrarij illis: qui a nigro proficiuntur in album.

Et his manifesta est solutio secundæ argumenti principalis. Ascensus enim lapidis vsq; ad aerem, et descensus eiusdem vsq; ad idem punctum ad terminos sunt contrarios. Non solum quia illud punctum respectu terre est sursum, et respectu celi deorsum, sed quia terminus ultimus illius ascensus est concavum lune, et terminus ultimus descensus est centrum terre. **Et vero replica non nihil habet difficultatis, an idem iudicium sit de ascensu aeris a terra vsq; ad suum locum naturalem: et de descensu a celo vsq; ad eundem locum.** Qui non ab re. forte respondendum arbitror sub distinctione. Nempe quod si motus accipiatur in genere sub ratione motus, illi sunt ex forma sua contrarij: quippe cum sint ascensus, et descensus. Si tamen accipiatur particulariter quatenus motus sunt naturales aeris, non sunt contrarij, cum sint ad eundem terminum naturalem, et ab eodem principio intrinseco. Et ad argum. respondetur, quod licet præteritum in concavo aeris respectu terre sit sursum, et respectu ignis deorsum ad regulam motus terre, et ignis tam naturales quam violentos, tamen respectu aeris: quia est eius locus naturalis, undecumque illuc aer feratur, non consentitur motus contrarij respectu aeris: sed tamen motus violenti aeris, quorum alter est versus celum, et alter versus terram contrarij quidem sunt, quia termini ad quos sunt contrarij, Imo et termini a quibus: nam cum illi motus sint violenti, terminus a quo per se primus non est locus naturalis aeris, sed terminus ascensus est centrum terre, et terminus descensus concavum lune. **Hinc sequitur, quod descensus aeris a celo vsq; ad aerem contrarius est eius descensui inde vsq; ad centrum terre.** Et hoc est testimonium, quod non est contrarius ascensui eiusdem a centro terre: alias idem motus esset contrarius duobus motibus contrarijs.

Ad confirmationem negatur, quod argumentatio, et diminutio non sunt termini contrarij: ita enim supra. q. 1. dictum est quomodo contrarietas sufficiens ad rationem motus

Ad. 2. pnc.

Concl. 4.

Conclu. 5.

co. 1. m.

co. 1. m.

motus reperitur in quantitate. Unde inter excellentiam quantitatis (quod est terminus ad quem augmentationis) et defectum eiusdem (que est terminus ad quem diminutionis) est contrarietas sufficiens ad contrarietatem motus. Et eadem est ratio de maiori et de minori gradu, qui sunt termini ad quos in intensione et remissione qualitatis.

¶ Sexta conclusio est in text. 54.

Conclu. 6. Motus omnis contrarius est quieti non illi, que est sub termino ad quem, sed illi potius, que est sub termino a quo, ut motus sursum, contrarius est quieti, que est deorsum: et motus calefactionis, contrarius est quieti, que est sub frigiditate. Probatur. Motus contrariatur quieti, et non quieti alterius generis, ergo vel illi, que est in termino ad quem, vel illi que est in termino a quo: non illi: ergo huic. Maior patet: Motus et quietes opponuntur privatiue. Nam quietes est necessario a motu: quod enim non sunt apta moveri, ea non proprie quietescunt, ut text. 20, docuit Philosopho. hanc autem privatiuam oppositionem vocat hic Philosophus, contrarietatem. Quod ergo non opponatur quieti alterius generis (ut quod motus dealbationis non opponatur quieti in sanitate) patet quia contraria debent esse eiusdem generis: tenebre enim, que sunt privatio luminis, non opponuntur visui. Quod autem non opponatur quieti sub termino ad quem (ut quod calefactio non contrarietur huic, quod est calidum esse) patet: quia contraria non simul acquiruntur, sed quando vnum acquiritur alterum perditur: at vero motus et terminus ad quem simul acquiruntur: idem enim est calefactionem fieri et calidum fieri. Colligitur ergo ut motus contrarietur quieti sub termino a quo: que expellitur per motum. Nihilominus tamen negandum non est quodammodo etiam contrariari quieti sub termino ad quem, et ratione, qua simul esse repugnat motus, et huiusmodi quietes. ¶ Septima conclusio est in eodem text. Quies sub termino a quo, contrariatur quieti sub termino ad quem, ut frigidum calido. Hec per se nota est, postquam peres hanc contrarietatem attenditur contrarietas motuum. Sed probat nihilominus aliter a permutata proportione. Sicut calefactio opponit quieti sub frigiditate, ita frige factio quieti sub caliditate: ergo sicut calefactio opponitur frige factio, ita et esse frigidum huic quod est esse calidum. Nam si sicut se habet sex ad tria, se habent quatuor ad duos: sicut se habet sex ad quatuor, se habent tria ad duos. ¶ Octava conclusio est in text. 61. Maior contrarietas est inter duos motus, quam inter motum, et quietem. Patet, quia motus

Stanza non simul

Conclu. 7. Quies sub termino a quo, contrariatur quieti sub termino ad quem, ut frigidum calido. Hec per se nota est, postquam peres hanc contrarietatem attenditur contrarietas motuum. Sed probat nihilominus aliter a permutata proportione. Sicut calefactio opponit quieti sub frigiditate, ita frige factio quieti sub caliditate: ergo sicut calefactio opponitur frige factio, ita et esse frigidum huic quod est esse calidum. Nam si sicut se habet sex ad tria, se habent quatuor ad duos: sicut se habet sex ad quatuor, se habent tria ad duos. ¶ Octava conclusio est in text. 61. Maior contrarietas est inter duos motus, quam inter motum, et quietem. Patet, quia motus

Conclu. 8. Maior contrarietas est inter duos motus, quam inter motum, et quietem. Patet, quia motus

contrarius sub nullo gradu possunt esse simul: motus vero calefactionis simul est cum frigiditate sub gradu remisso. ¶ Non conclusio in text. 52. et in sequentibus. Motus omnis violentus contrarius est motui omni naturali, siue eiusdem rei, siue alterius: et pariter quies naturalis contraria est quieti violenti: ut habetur text. 60. Probatur, nam preter contrarietatem motuum, que illis conuenit in quantum sunt motus (scilicet, ex parte terminorum) accidit illis ista contrarietas ex qualitate principiorum: quia naturalis est a principio intrinseco, violenta vero a principio extrinseco. Unde motus violentus lapidis sursum, contrariatur motui naturali ignis, et motus naturalis terre motui violento ignis deorsum: et quies violenta terre sursum, contrariatur quieti naturali terre deorsum.

Conclu. 9.

¶ Cetera in commentis late patent, si modo ex dictis hanc decimam conclusionem elicerimus. Annum opponitur multis: atque adeo multis modis et rationibus: siue motum motibus conferas: siue motum quietibus: siue quietem quietibus. Exempli gratia. Motus naturalis ignis contrariatur primum motui naturali terre, per secundam conclusionem: mox eadem ratione violento motui deorsum eiusdem ignis: deinde motui violento terre sursum, per nonam conclusionem: preterea quieti in centro terre, per septimam: imo quodammodo quieti in cœcauo. Et pariter motus naturalis terre contrariatur suo violento, et violento igni: et quieti in concauo lune. Rursus quies sub frigiditate contrariatur motui calefactionis, et quieti sub calore, etc.

Conclu. 10.

¶ Unde ad tertium principale argumentum respondetur, quod copari se in gradibus remissis, non est conditio que conuenit qualitatibus contrariis, eo solum, quod sunt contrarie: sed quia sunt contraria intensibilia, et remissibilia. Et ideo quantumvis motus calefactionis, et frige factio non se copantur, nihil minus habent de ratione contrarietatis. Quin vero (ut in octaua conclusione ex text. 62, dicebamus) propterea motus calefactionis magis contrariatur motui frige factio: quam quieti sub frigiditate, quia ille motus compatitur secum frigiditatem remissam, non tamen alium motum.

Ad 3. pñ.

¶ Ad confirmationem respondetur, quod vnum sub vna ratione et vno modo non contrariatur, nisi vni: sub diuersis vero nihil vetat contrariari pluribus, ut motus ignis, quatenus est sursum, contrariatur omnibus motibus qui fiunt deorsum: licet illi deorsum possint alia ratione esse contrarii: ut motus violentus eiusdem ignis et naturalis terre eo quod vnum est a principio extrinseco, et aliter a principio intrinseco.

Ad contr.

Finis quinti physicorum.

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Se- gobienfis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super sextum Phisicorum Aristotelis Quæstiones.

Textus. j. Impossibile est, &c.

Quæstio prima.

**VTRVM CONTINVVVM
componatur ex indiuisibilibus,**



N sex partes in
initio commentorum, sextū
hunc librum partiti sumus.
In quarum prima, in duo-
bus. s. prioribus capitulis,
nihil aliud **Phisicorum** demonstra-
re perseuerat, q̄ q̄ cōtinuū
impossibile est ex indiuisibi-
libus cōponi: sed omne esse

diuisibile in semper diuisibilia. De quo proinde pri-
mam hanc sum mouimus questionem. Pro cuius
parte affirmatiua arguitur primo. Idem est punctum in continuo, quod est in numero vnitas, vt ha-
betur. 1. Topi. c. 14. sed numerus componitur ex vn-
tatis, quia (vt est. 1. de anima. text. 68.) additio-
ne, subtractioneque vnitatis, variatur numerus:
ergo et continuum componitur ex punctis: sed tam
punctum, quam vnitas est indiuisibile, vt habetur
5. meta. text. 12. ergo continuum componitur ex in-
diuisibilibus. **Secundo principaliter arguitur.**
Possibile est continuum in omnem suam partem
esse diuisum: ergo continuum componitur ex indi-
uisibilibus. **Consequentiā est manifesta:** nam teste
hic Arist. tex. 3. vnūquodq; resoluitur in ea, ex qui-
bus componitur: et si continuum sit diuisum in om-
nē suam partem, necesse est partes illas esse iam
tunc indiuisibiles. Sed probatur antecedēs. **Deus**
intuitiue cognoscit singula puncta, atque adeo
singulas partes, et partium particulas continuū, er-
go quemadmodum ipse cognoscit, potest per suam
absolutam potentiam diuidere per partes propor-
tionales hore (vt dicunt) prius in duas medietates,
mox in quatuor quartas, deinde in octo octauas,
7c. Siquidem nulla est apparentior repugnantia,
vt re sint diuise, q̄ intuitu diuino.

Et confirm. Si ignis poneretur in centro terre,
quia nulla est tunc maior ratio cur hac, quam illac
ascendat, diuidetur in omnem partem, vt spherice
per omnes lineas ascendat. Item si vniforme vitrū
planum ponatur super planissimum lapidem, ma-
gnaque itidem planissima moles de super cadat, in
omnem suam partem vitrum cōteret. Item si aqua
qua vitrum vndiq; obtrusum plenum est, congele-
tur, tunc vitrum in omnem suam partem erit com-
minutum: ergo.

**Alia sunt alius generis argumenta, que Grego.
et sophiste confarciunt.** Tertio ergo principaliter
arguitur. Signato primo puncto. **A. extrinsece ter-
minatiuo linee, aut inter. A. et quodlibet punctum
eiusdem linee mediat punctum, aut non.** Primum
non est dictu probabile: nam ante quodlibet punctum
intrinsecum huius linee nullum esse videtur

preter. **A. et per consequens inter. A. et quodlibet
aliud nullum mediat. Si vero inter. A. et quodli-
bet nullum mediat, consequens esse videtur, vt sint
duo puncta immediata. Unde ilico subsequitur cō-
tinuū ex punctis cōponi. **¶** At qui acuti? sit argumē-
tū, si dicas. **Inter. A. et oīa collective intrinseca pun-
cta nullum mediat: ergo dantur duo immediate: et
per consequens continuum componitur ex indiui-
sibilibus. ¶** Quarro si lubet, alio modo arguere quis
poterit. Si omnis pars continui esset diuisibilis, se-
queretur qd̄ quacūq; parte cōtinui daretur pars
minor: q̄ tamen neq; esset minor quacūq; neq; qua-
cūq; minor. Et probatur. **Hec** reductur ad copula-
tiuā, cuius vtraq; pars est vera. **¶** Prima nāq; pars
manifesta est, quia quacūq; parte cōtinui medietas
eius est minor: et secunda etiam pars probatur, quia
nulla est pars minor: sua medietate: et per cōsequēs
nulla est pars quacūq; minor. Et simile est argumē-
tum, q̄ quacūq; parte continui aliqua est maior:
que tamen non est quacūq; maior.**

Duo sunt termini in titulo

questionis: videlicet, continuum, et indiuisibile, **¶**
continua (vt lib. 5. text. 26. prehabiti est) sunt illa, quo-
rum vltima sunt vnū, vt lignum, lapis, &c. **¶** Indiui-
sibile multis modis dicitur: vno modo vt non dicat
negationem partium: sed potētie naturalis, ad hoc
vt diuidatur. **¶** Quemadmodum celum potest, vt in-
corruptibile, ita dici indiuisibile. Et minimum na-
turale diceretur etiam hoc modo indiuisibile in
partes seorsum per se existentes. **¶** Quemadmodum
Anaxagoras forte, et Democritus ponebāt suas as-
tomos indiuisibiles. Et hoc modo nō accipitur hic
indiuisibile. **¶** Alio modo accipitur vt dicat negatio-
nem partium. Et hoc dupliciter, vno modo,
vt dicit, quid spirituale et separatū a materia,
vt est Angelus: vel esto sit in materia tanquam a-
ctus eius, non tamen habet positionem in conti-
nuo, vt anima rationalis, que est tota in qualibet
parte. **¶** Unde qui arguit contra conclusionem, q̄
propositio metalis componitur ex indiuisibilibus,
et homo ex materia, et ex indiuisibili forma, nihil ad-
rem assert: quia neq; oratio est continuum, neq; an-
ma dicitur continuari materie, quā informari: quia
non vniantur secundum extensionem, vt loco sitūq;
distēt. Et alio modo accipitur p̄ illo, quod est prin-
cipium quantitatis, habens positionē in continuo.
Et puncta, quibus partes quantitatis continuū
tur, aut terminantur. Et hoc modo accipitur in pre-
sentia. **¶** Neq; vero hic locus est, neq; nobis est ani-
mus disputandi, an dentur ista indiuisibilia in rei
veritate distincta: nempe an superficies distinguat
tur a corpore, aut linea a superficie, aut punctum a
linea. **¶** Arbitror me namq; pro rei satis dignitate de
hoc dixisse in predicamento, e. de quantitate. **¶** Ubi
probabilius existimauimus res esse distinctas. **¶** Et
veruntamen, qui in contraria fuerint opinione, lo-
quendum nihilominus est hic claritatis gratia, ac
si essent res distincte. **¶** Est preterea consideran-
dum, q̄ predecessores Aristot. multi crediderunt

*pro q̄ intelligit et
argumēto q̄
sunt illa que
vltima sunt vnū
¶ Indiuisibi et q̄ cōtinu
le multipl
citer. b. in p̄p̄ diu
bilia
¶ nota q̄ indiuisi
sumit multū mo
p̄. h. indiuisibile se
mit pro eoque dicit
gatione potētie
alis. i. pro quod nō
diuidi ambig. hic est
se sit diuisibile
q̄. u. sol. q̄. et m
¶ mū nāle. 2. sim
¶ m. h. dupliat. p̄ m
pro eoque dicitur
et caret partib; quib;
i. v. angel; 2. m
pro eoque licet 8.
in tra q̄ p̄ q̄
tamē caret partib;
of p̄ dicitur q̄. et m
h. e. se. u. i. intelligit*

angelus e omni or geny quantitatip

rem

rem componi ex indivisibilibus, vt Zeno, ac subinde Stoici: eratq; suo tēpore opinio celebris. Quae de causa plus forte iusto proluxit fuit $\Psi\delta$. in extirpanda hac opinione. Adeo vt ferme totum lib. 6. in hoc loco cōstituerit. ¶ Sunt ergo in duobus primis capitulis (q̄ prima pars sunt huius libri) tres conclusiones. Prima est negatiua questionis in text. 1. Impossibile est cōtinuum ex indivisibilibus esse, vt lineam ex punctis. Hanc conclusionem probat $\Psi\delta$. ferme duobus totis capitulis, sex rationibus. Quib; alias nos quatuor adhibere possumus: vt sint omnes numero decem. Et rationes quidem $\Psi\delta$. in cōmētis sunt satis expositae: sed non erit abs re eas in summa redigere. ¶ Prima est in eodem text. ex definitione continui, que est a priori continua sunt, quorum vltima sunt vnum: sed indivisibile non habet vltimum (quia vltimum dicit respectum ad aliam partem, que non est vltima) ergo indivisibilia continua esse non possunt. ¶ Palam significat hic $\Psi\delta$. punctum indivisibile, esse vltimum terminum linee. Nam qui tenent quantitatem non distinguunt a re quanta, non dant vltimum alicuius continui, quod secundum se totum sit vltimum quae quacūq; parte vltima data, adhuc medietas illius prima, non est vltima. ¶ $\Psi\delta$. tamen vult hic, qd detur vnum vltimum secundum se totum distinctum ab illo, quod non est vltimum. Et id non potest esse, nisi aut punctum in linea, aut linea in superficie, aut superficies in corpore. Non qd punctum sit pars linee, sed qd sit vltimus terminus linee. Eadem ratione progreditur. ¶ $\Psi\delta$. probare qd indivisibilia nō possunt esse contigua: quia non habent vltima, que sint simul. ¶ Secunda ratio, et quidem subtilis est in text. 2. Continua non debent se tangere secundum se tota, sed solum secundum eorum vltima, at indivisibilia non possunt se tangere secundum vltima, sed secundum se tota: ergo continua esse non possunt. Maior exponitur sic. Si medietas mea superior tangeret inferiorem secundum se totam, tunc penetratiue se haberent, et per consequens non occuparent maiorem locum, quam sola medietas. Neque proinde facerent continuum, neque vnum maius: sed haberent se quantum ad hoc, sicut materia et forma lapidis. Et si tres quarte superiores penetratiue se haberent scum infima quarta, nō occuparent nisi locum vnius quarte, ergo vt omnes quarte faciant vnum continuum, requiritur vt non se tangant secundum se totas: sed secundum vltima, vt loco et situ distaret: indivisibilia vero quia non habent vltima, non possunt se tangere, nisi secundum se tota: et per consequens hinc colligitur illud celebratum dictum, qd indivisibile vnum additum alteri, non facit maius, neq; sunt cōtinua.

Conclusio.

Ratio. 1.

Ratio. 2.

Indivisibile additū, in di. non facit. ma.


Ratio. 3.

Ratio. 4.

¶ Tertia ratio est in text. 3. ex definitione secunda continui, que est a posteriori. Annuquodq; resoluitur in ea, ex quibus componitur: ergo si continuum componeretur ex diuisibilibus, resolveretur in indivisibilia: quod est contra definitionem continui: qua habetur continuum esse id, quod est diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Quartam rationem adijcere possumus, qd si continuum ex indivisibilibus esset compositum, sequeretur qd duo mobilia, alterum tardissimum, et alterum velocissimum, in eodem adequate tempore transirent equales magnitudines, contra varietatem, quam $\Psi\delta$. hic demonstrat text. 11. et tribus sequentibus. Probatur sequela. Designentur magnitudines. A. et B. quarum vtraq; ex decem (v. g.) indivisibilibus componitur. Et incipiat. C. velocissimum mobile moueri super. A. D. vero tardissimum, super. B. in eodem in-

stanti: et arguitur sic. In ea mensura temporis, quae C. transit primum indivisibile ipsius. A. aut. D. transit primum pariter indivisibile ipsius. B. vel nō. Si sic eadem ratione quo tempore. C. transit secundū indivisibile, et. D. simul transibit secundum, atque adeo in eodem adequate tempore transibunt omnia decem: quod est intentum. Si vero respondeas qd tempore, quo. C. transit primum indivisibile. D. non transit totum primum, sequitur, qd transibit medietatem: et per consequens illud non erat indivisibile. ¶ Et pari modo (vt sit quintum argumentum) deduceretur illud inconueniens, quod Zeno comminisceretur, vt text. 78. videmus. scilicet qd velocissimum insequens tardissimum nunquam poterit illud pertingere. Nam ponamus. D. tardissimum incipere a secunda parte indivisibili. A. magnitudinis. C. vero velocissimum simul incipiat a prima: tunc cum eodem tempore adequate quo. C. transit vnam partem indivisibilem. D. transeat tantam: quia non potest minorem, semper. D. praebit ipsi. C. ¶ Sextum argumentum colligitur ex text. 23. Detur magnitudo constans ex tribus indivisibilibus. Si mobile velox transit in. A. tempore totam magnitudinem, mobile in duplo tardius debet in eodem tempore transire medietatem totius. scilicet primum diuisibile, et medietatem secundum: et per consequens indivisibile, diuideretur. Argumentum facit Aristoteles de tempore. Si aliquod mobile transierit tria illa indivisibilia in certo tempore (quod subinde tempus necesse est constare ex totidem indivisibilibus) sequitur quod mobile in subsequenter altero minus velox, in eodem tempore debet transire duo indivisibilia (que se habent in subsequenter altero ad tria) et per consequens vnum indivisibile transibit in medietate illius temporis, et cum tempus constet ex tribus indivisibilibus correspondentibus tribus partibus motus prioris mobilis, sequitur qd medietas temporis constet ex primo diuisibili, et medietate secundi. Atq; adeo indivisibile diuiditur. Alia alius generis argumenta accumulauit. 2. sententia dist. 2. Scotus quidem. q. 9. Grego. vero. q. 2. Ad quorum intelligentiam presupponendum est, qd licet in rei veritate infinita indivisibilia non occupent maiorem locum, quam vnum (vt secundo argumento monstratum est) tantū tenentes continuum cōponit ex indivisibilibus, necesse habent dicere cōtrariū. Nam si duo puncta (vt ipsi fatentur) occupent maiorem locū quā vnum, infinita occuparent infinitū. Et ideo secundū illos nullū cōtinuum finitū componitur ex indivisibilibus infinitis: sed id, qd maius est, cōponitur ex pluribus: et id, qd minus, ex paucioribus. Tunc infert Scotus, et bene, qd si continuum cōponeretur ex indivisibilibus, tot indivisibilia essent in minori circulo, quot in maiori: qd data opinio implicat contradictionē. ¶ 101. i

Seco. Grego. 30.



maiori circulo terminatur ad duo distincta puncta ita circumferentiam minoris circuli intersectent in duobus distinctis punctis. Quoniam sic concurrerent in idem punctum, tunc ab illo puncto vsq; ad centrū nō essent due, sed vnica linea: atq; adeo nec ducte a cetro vsq; ad circumferentiam maioris circuli non essent recte, sed frangerentur in circumferentia minoris circuli, vt apparet in hac figura.

Super sextum Physicorum.

quando pars alterius, et potest iterum uniri, et rursus diuidi, punctum vero minime, est petere principium. Quoniam sicut punctum propterea quod nullas habet actu partes, additum alteri non facit maius, eadem ratione, nec illa particula addita alteri faciet maius. Quia re vera si non habet actu partes, non est quantitas: et per consequens, neque esse potest, aut potuit pars continui. Quocirca Maio. 2. d. 2. q. 5. tenens continuum posse diuidi in omnem suam partem, consequenter concedit componi ex indiuisibilibus, non solum contra Aristotelem, sed contra omnem intellectum. Et ad secundum principale, conceditur quod Deus cognoscit singula puncta, et singulas partes continui. Non tamen cognoscit ultimam, quia nulla est talis. Et eadem ratione neque cognoscit ultimas, ad quas terminatur diuisio continui. Nam ille essent indiuisibiles: et tamen nulle sunt tales in continuo. Sed id quod negatur, quod non sit maior repugnantia singulas partes continui esse actu in re diuisas, quam in intuitu diuino. Equidem ex reali diuisione, sequitur aliquam partem esse non quantam: et tamen ex hoc quod Deus cognoscit singulas, nihil tale sequitur. Quinimo cognoscendo singulas cognoscit non posse taliter diuidi. Nam qualis est earum natura, taliter cognoscuntur a Deo. Unde sequitur solutio primi argumenti Hego. non enim repugnantia diuisionis continui in omnem suam partem, prouenit ex ordine, ut necessario sit prius diuidere in duas, deinde in quatuor, etc. sed ex eo, quod daretur pars non quantitas. Ad secundum (quod sophisma est) negatur, quod datur uniuersalis impossibilis, cuius singulares sunt necessitate. Quinimo si ly. partem (saltem in singulari) anteponat ad ly. possibile, in rigore hec est uera, in omnem suam partem, continuum possibile esse diuisum, ut constat per descendentes sub ly. partem: sed tamen negamus illam si dicas in plurali, in omnes suas partes etc. quod habebit tunc uiam falsam, de monstrando omnes collectiones. Et maxime si ly. partes, possit ponat ad ly. possibile. si possibile est continuum in omnes suas partes esse diuisum. Et tunc non admittitur inductio sub ly. partes. Sed hec ex dialecticis constat. Ad aliud, quod tangitur in argumento, satis respondetur lib. 3. q. 4. de infinito. ubi demonstrauimus contradictionem implicare sectionem illam hore per partes proportionales: alias daretur ultima. Alias id genus multa explicata illic sunt, que in hanc questionem competant. Ad primam confirmationem lib. 4. q. 2. responsum est. Et ad alias duas lib. eodem. q. 3. Neque aliosum hic enarrate sunt: quam ut solutiones ille in memoriam reuocentur. Sole fieri argumentum aliud, quod cum lignum comburitur, singule partes separantur ab illo successiue per combustionem: conferuntur ergo a Deo eo modo, quo separantur: et tunc continuum erit diuisum in omnem suam partem. Dominus tamen Philosopho nullum argumentum est, tum quia separationes ille non sunt seorsum singularum partium: tum quia non prius natura sit separatio, quam conuersio in ignem: quin etiam separatio est conuersio. Ad tertium principale argumentum, sophiste sunt, quibus respondere incumbit. Conceditur namque, quod inter. A. punctum, et quodlibet subsequens mediat punctum. ut patet inductione sub termino distributo: quocumque enim demonstrato inter illud et. A. mediat punctum. Et ideo negatur, quod ante quodlibet nullum sit preter. B. Tamen si nullum signari poterit, quod mediet inter. B. et quodlibet aliud. Non tamen inde sequitur duo esse puncta immediata, ut dialecticis compertum est. Si autem dicas col-

lectiue, inter. B. et omnia subsequenta nullum mediat, conceditur: negatur tamen consequentia, que colligit, aliqua esse puncta immediata, quia totius collectionis sequentis non datur proximum punctum, versus. B. Quomodo in si secundum duorum corporum (que sunt contigua) diuidas per partes proportionales, versus primum, tunc inter primum, et omnes partes proportionales alterius nihil mediat: tamen nulla designari potest pars alterius, que sit prior corpori immediata: cum nulla sit ultima.

Ad quartum denique, quod itidem sophisma est, conceditur utraque copulatiua, ut argumentum (quod dialecticum est) pate facit.

¶ Secunda conclusio. Aristo. in

text. 4. est hec. Eadem est ratio magnitudinis, et temporis, et motus, ut eorum aliquod, nullum uel, ex indiuisibilibus sit compositum. Nam tria hec, tres sunt species continui. Et quod motus diuidatur ad diuisionem magnitudinis, per quam sit motus, probat text. 6. Quoniam cuiuslibet parti magnitudinis correspondet pars motus. Extenditur enim motus a preterito in futurum, secundum extensionem magnitudinis. ut lib. 4. text. 99. dictum est. Unde text. 7. probat impossibile esse magnitudinem componi ex indiuisibilibus. Nam tunc non esset prius rem aliquam moueri per partem magnitudinis, quam motam esse: quia moueri, dicit successione, que in indiuisibili esse non potest. Et per consequens motus componeretur ex mutatis esse indiuisibilibus, sicut magnitudo ex punctis. A text. 10. usque ad 17. probat idem de tempore: nempe quod sicut magnitudo et motus, ita tempus sit continuum diuisibile in semper diuisibilia, atque adeo non constat ex indiuisibilibus instantibus. Ante cuius probationem premitte nonnullas regulas velocitatis motus. Quarum nullam nos mentionem hic facere cogitamus usque ad librum proximum. Nam cum illic philosophus ponat septem regulas eiusmodi proportionum, comodum esse duximus, omnium proportionum seraginem illuc conicere, ne de re eadem pluribus in locis dicamus. Tertiam conclusionem subiicit in text. 18. quam probat usque ad 23. Que est hec. Eadem est ratio finiti: et infiniti, in his tribus scilicet magnitudine, tempore, et motu. Nempe quod si magnitudo, per quam sit motus, est finita, tunc et motus est finita, tunc et tempus erunt pariter finita: quod si magnitudo fuerit infinita, et motus pariter et tempus erunt infinita. Horum omnium demonstrationes sunt in commentis explicatæ, uersanturque in proportionibus de uelocitate motus: de quibus libro sequenti agendum est.

¶ Text. xxxiii. Motus autem est diuisibilis. &c.

¶ Quæstio secunda.

¶ VTRVM MOTVS DIVIDATUR ad diuisiones & mobilis, & temporis.



¶ Secundum membrum

¶ Sexti libri fecimus tertium et quartum caput: in quorum primo premitte philosophus tres conclusiones: et in altero subdit diuisionem continui. Amobos autem sub una hac questione secunda complexi sumus. Arguitur ergo primo, contra id, quod habetur

Maio. 2.

Ad argumenta Hego.

Ad confirmationes.

Ad 3. pnc.

Ad 4. pnc.

Conclu. 2o

Conclu. 3o

Arg. i. Adversus id quod dicitur in text. 24. quod instanti equum indivisibile
arg. instanti e accidens e ipse sed nullus accidens indivisibile pot subiectari in subiecto indivisibili. aut no e accidens ipse
indivisibile

Quaestio secunda.

betur text. 24. nunc temporis esse indivisibile. Se
queretur enim, quod accidens esset sine subiecto inanti
indivisibile, non subiectatur in subiecto indivisibili
nec videtur in quo subiecto indivisibili subiecte-
tur instanti: quia maxime in puncto, punctum autem
nullius subiectum est, cum sit accidens, et unum
accidens non sit alterius subiectum. Et confirmatur.
Si daretur instanti indivisibilitate, sequeretur,
duo, tria, quae instantia esse immediata: quod statim text.
26. omnino negat. Ipsi, propterea quod alias tempus
componeretur ex indivisibilibus. Sequela tamen
probat argumentum vulgari. Deus potest creare
tres angelos, unum velinceps immediate post alium
sonum in instanti presenti, aliumque immediate ante,
et alium immediate post hoc: angeli vero, cum
sint indivisibiles, creati non possunt, nisi in instanti:
ergo signabile est instans immediate ante hoc,
et instans immediate post hoc. Secundo principaliter
arguitur, contra id, quod habetur text. 26. videlicet
in instanti non fieri motum. In quocumque
instanti temporis, quo actio aliqua, aut motus fit,
affirmamus motum ipsum fieri (vicinus enim nunc
celum moveri, equum currere, Petrum legere,
et cetera) ergo motus fit in instanti. Et confirmatur.
Forma spiritualis, quae in instanti producitur, potest
esse eodem instanti, quo producitur, augeri: ergo in
instanti fit motus. Accidens patet, quia quae ratione
potest produci unus gradus, potest simul produci
alium, et intendi. Tertio principaliter arguitur
contra id, quod sequitur in text. 30. scilicet quod in
instanti non est quies. Inter motum, et quietem nullum
videtur esse medium: ergo si in instanti non est motus,
restat ut sit quies. Et confirmatur. Omne
quiescens quiescit usque ad instans initiativum motus:
quod cum sit ultimum non esse motus, est ultimum
esse quietis: et per consequens in illo instanti
est quies. Equum argumentum est de instanti
terminatio motus: quod cum sit primum non
esse motus, est primum esse quietis. Quarto prin-
cipaliter arguitur, directe a parte negativa prime
partis, questionis. Aut motum dividi ad divisionem
mobiles est, quod prior pars mobilis prius moveatur,
quam secunda: et hoc non: quia cum pedale moveatur,
simul omnes partes incipiunt moveri. Aut
est, quod transiens per aliquod signum fixum (ut per
limen ostium) prius transit prima pars, quam secunda,
et haec divisio non est ad divisionem mobilis, sed
temporis: secundum quam prius transitur prima
pars spatii, quam secunda. Aut est, quod accidens, quod
est motus, extendatur per totum subiectum, sicut
albedo: hoc autem videtur falsum: tum quia (ut lib.
3. quae 2. disputabamus) motus non est accidens
distinctum: tum etiam quia esto distingueretur: esset
accidens successivum, cuius partes esse non possunt
simul: est autem intellectu difficile, quomodo
partes sint successivae, et tamen sint extense per totum
mobile, quod est ens permanens. Et confirmatur
si perfecte sphaericum moveretur per planum. Solus
tangeret in puncto indivisibili: ergo motus illius
esset pariter indivisibilis ad divisionem subiecti.
Quinto demum arguitur adversus secundam partem
questionis. Si motus divideretur ad divisionem tem-
poris, id maxime esset (ut ait Ipsi, text. 36.) quia motus
maior est in tempore maiori, minor autem in minori:
sed hoc non, ergo. Probatur minor. Eodem tempore,
quo mobile tardum percurrit cubitale spatium,
mobile velocius pertransibit maius spatium:
ergo motus tardior, qui est minor (quod velocius
scum sit per minus spatium) non in minori tempore,
quod velocius, sed in equali. Quintimo per hoc est

velocior: quia in eodem tempore est maior. Est enim
tantus motus, quantum est spatium. In contrarium
est sententia Aristo.

Summa duorum capitulorum

que in hac questione examinamus, in quatuor con-
clusionibus consistit. Prima est in text. 24. Nunc
temporis, quod per se primo est presens, est indivi-
sibile. Ipsi se inquam primo, id est, quod non est pre-
sens, ratione alterius, sed secundo se totum: ad hanc
sensum: quod nihil eius est preteritum, aut futurum.
Nam et hora, et dies, et mens sunt praesentes, non per
se primo, sed ratione instantia, quo partes continuatur.
Ad cuius probationem ostendit primo Ipsi
text. 26. idem esse nunc, quod est terminus praeteri-
ti temporis, et quod est terminus futuri. Nam si es-
sent duo, aut essent immediata, et sic duo indivisi-
bilia essent immediata in eodem continuo: aut media-
ret tempus: tunc illud esset divisibile in partem
praeteritam, et partem futuram: et per consequens
nec primum nunc esset terminus totius temporis
praeteriti (cum post illud esset tempus praeteritum)
nec secundum esset terminus totius futuri, cum ante
illud esset tempus futurum. Supposito autem, quod
sit idem nunc, probat illud esse indivisibile, tribus
rationibus. Primo, quia si esset divisibile, divideretur
in partem praeteritam, et futuram: sic pars ter-
mini praeteriti esset futura, et pars termini futuri,
esset praeterita. Quod est repugnantia, ut in com-
mento patet. Et hinc nascitur secunda ratio, quod
si nunc, quod est terminus praeteriti et futuri, esset divi-
sibile in praeteritum et futurum, non esset per se pri-
mo presens secundum se totum. Et tertia ratio
est, quod neque maneret invariabiliter, quia praeteri-
tum et futurum, dicitur variatatem: nunc autem dicitur
quid invariabile. Et vero circa materiam primi
argumenti non est animus in praesentia disputare
an instantia distinguantur realiter a subiecto, nec
ne. Satis enim lib. 4. q. 4. de hoc me arbitror dixisse.
Et credo equidem non distinguuntur. Non quidem
propter hoc argumentum: ad quod facile responde-
tur a realibus, quod illa indivisibilia non sunt per se in
subiecto, sed per accidens ratione quantitatis, cuius
sunt continuativa. Nec propter alia, quae sunt,
scilicet, quod simul res produceretur, et corrumpere-
tur: quia de re indivisibili non esset magnum inco-
nveniens. Nec hoc esset contra Aristotelem. 5. huius
text. 14. Nam, ut illic adnotavimus, solum negat
esse possibile, ut idem motus sit (v. g.) intensio, et re-
missio eiusdem qualitatis vel augmentum, et decre-
tum eiusdem quantitatis, vel generatio et corruptio
eiusdem substantie. Quod tamen idem instans sit
primum et ultimum esse, non negat. Sed tamen quia
credo, nec te impus a motu, nec motum a mobili dis-
tingui tanquam res diversas, sed sola ratione pre-
dicamentali, ut illic, et lib. 3. q. 2. contendebamus os-
tendere, credo neque instantia, neque mutata esse dis-
tingui, nisi ratione, a mobili. Et illic explicatum
est. Nihilominus claritatis causa loquendum est
de illis, ac si essent res distincte. Itaque ratio illa
mobilis, quae nunc est in hac parte spatii, et imme-
diate ante hac erat in prioribus, et immediate post hoc
erit in posterioribus, est instans continuativum. Et suo
modo dicitur de instanti, et terminativo.
Unde confirmatio argumenti eandem vim habet
in omni opinione. Cui Grego. 1. sentent. distin. 17.
q. 2. artic. 2. concedit, quod potest unus Angelus crea-
ri in instanti presenti, et alius in instanti indivisibili
si immediate post hoc: dummodo sit, in instanti,
non sit determinate pro aliquo singulari, sed con-

Conclu. 14

Ad. 1. patet. Dicitur quod
subiectum in presenti
mobile non est quod
accidens realiter
est in subiecto
Ab illo sed
ratione, et sic instans
nihil aliud quam exi-
stentia mobile in di-
visibili

Ad confir-
macionem
Angeli in
mediati.

indivisibile
Tres An-
geli.

tus partium, ad hunc sensum motus extenditur per mobile. Credentes vero motum esse rem distinctam, fateor, negotium habent explicandi, quomodo habeat partes extensas per totum, et nihilominus partes successivas, que non sunt simul. Nam dicere, quod sunt diverse partes ille, que dividuntur ad divisionem mobilis, et ille, que dividuntur ad divisionem temporis, certe est falsum. Quoniam tunc motus esset in duabus speciebus quantitatis. Item ille vera partes, que extenduntur per totum mobile, sunt que non durant nisi per instans, atque adeo ille ipse sunt successive. Et ita respondere debent fautores illius opinionis: nempe quod illud accidens, cuius aliqua pars est in una parte mobilis, et alia in alia, dividitur ad divisionem temporis, secundum easdem partes: alia tamen ratione, quia scilicet, alie precesserunt, et alie sunt future, et continuantur per mutatum esse. Ad confirmationem respondeatur, quod quamvis perfecte sphericum moveatur per planum, motus tamen non subiectatur in puncto tangente mobile, sed in rota sphaera, que moveatur per se punctum nanque solum, per accidens moveatur ratione totius. Ad quintum principale argumentum, responderetur quod non definitur, neque cognoscitur motum dividi ad divisionem temporis, comparando diversos motus diversorum mobilium ad tempus sed comparando totum motum unius mobilis, ad totum tempus, et parte eiusdem motus, ad partem eiusdem temporis: ut paulo ante dicebamus. Cum hoc tamen fiat motum unum eo esse velociorem altero, quod cum ambo sint equales in quantitate, id est per equalia spatia durantes, fiat in minori tempore.

Ad conf.

Ad 5.

Text. xlvj. Quod igitur circa finem mutationis, &c.

Questio tertia.

VTRUM DETUR PRIMVM aut vltimum esse motus.

Quinto, sextoque capitulis continetur pars tertia huius libri, ubi disputatur de ordine partium motus. De quo proinde mota est tertia hec questio. Arguitur ergo primo aduersus id, quod habetur text. presenti. 46. nempe, quod datur primum mutatum esse, in termino ad quem. Si poneretur grave in concavo lune, et Deus annihilaret omnia media usque ad terram, per vltimum sui esse, ita ut nunc sit plenum, et immediate post hoc sit vacuum, grave illud, quod nunc est in concavo lune, immediate post hoc erit in terra, quia movebitur sine resistentia: ergo non dabitur primum mutatum esse: nam primum mutatum esse (ut in commentis exponebamus) est primum esse in termino ad quem: et tamen in hac mutatione, cum instans presens sit vltimum esse in termino a quo, non dabitur primum instans esse in termino ad quem: alias duo instantia essent immediata. Secundo principaliter arguitur contra id, quod in eodem textu subiungitur, scilicet, quod motus non incipit per primum sui esse, sed per vltimum non esse. Si mulier pregnans ambularet, et in medio motu animaretur fetus per primum sui esse, fetus inciperet moveri per primum sui esse: nam illo instanti, moueretur ad motum matris: et antea non movebatur. Et si homo cadens ab alto, in media via expha-

laret animam, ita, ut cadauer inciperet esse per primum sui esse, tunc illud esset primum instans motus cadaueris, nam est instans medium temporis, quo durat motus, cuius prima medietate movebatur homo, et secunda cadauer: ergo motus incipit per primum sui esse. Eodem modo impugnatur id, quod habetur text. 52. scilicet, quod ante omne moveri, precedit mutatum esse: nam si res incipit moveri per primum sui esse, ante illud nullum precessit mutatum esse. Tertio igitur principaliter arguitur, contra id, quod habetur text. 55. scilicet, ante quodlibet mutatum esse, precedere moveri. In prima creatione mundi res omnes mutatae sunt de non esse, ad esse, et tamen ante illud mutatum, non processit moveri. Id est de productionibus rerum indivisibilium, puta intellectionum, et volitionum, que in instanti producuntur. Quod si responderis intelligendum illud esse, de his, que per motum fiunt. Arguitur sic. Sint duo lapides planti contigui. A. et B. et mobile sit super. A. taliter, ut vltima linea terminativa mobilis, sit super lineam terminativam ipsius. A. et incipiat moveri per. B. Tunc arguitur sic. Immediatè post hoc linea terminativa mobilis erit super lineam initiativam. B. ergo tunc iam mobile erit mutatum: et tamen ante illud mutatum esse, nullus precessit motus: quia linea terminativa. A. et linea terminativa. B. erant contiguae immediate, inter quas proinde non intercebat spatium, per quod fieret motus.

Quarto principaliter arguitur ad partem affirmativam questionis. Si motus non inciperet per primum sui esse, sed per vltimum non esse, sequeretur, quod multe res permanentes inciperent per vltimum non esse: consequens tamen est falsum, est enim vulgata inter philosophos differentia, inter res successivas, et permanentes quod successive incipiunt per vltimum non esse permanentes vero, per primum sui esse. Quod autem sequatur, patet. Primo, lumen produceretur per vltimum non esse: nam si detur candela, que potest illuminare usque ad certam lineam exclusive, scilicet in qua primum est non gradus luminis, et incipiat moveri versus illam, incipiet lumen esse ultra illam per vltimum non esse: et idem erit de visione, si potentia visiva extendatur per maximam distantiam, usque ad certam lineam exclusive, et visibile sit modo in illa linea, et incipiat moveri versus oculum. In contrarium est sententia Aristoteli.

In ordine partium motus, de

quo questione presente differitur, tria est considerare, scilicet, initium, finem, et media. De extremis, agitur in capitulo quinto, et de medijs in sexto. Tota vero materia decem conclusionibus colligitur. Incipitur autem a fine, et termino motus. Atque in text. statim. 40. iacitur fundamentum, quod mobile quando mutatum est, non est in termino a quo, sed in termino ad quem. id quod et nomen ipsum significat, et in tribus illic commentis explicatum est. Hoc supposito, subditur prima conclusio in text. 44. Illud primum temporis, quo res mutata est esse nequit dividibile tempore, sed necesse est esse usque indivisibile. Exempli gratia, si res mouetur ab. A. in. B. id in quo primum verum est dicere rem esse in. B. est indivisibile instans, nam datur contrarium, puta, quod sit tempus, et una hora, tunc cum per totam horam quiescit in. B. iam in prima medietate res erat mutata in. B. et per consequens tota hora non erat tempus, in quo primum mutata est. Et eadem ratione neque in medietate erat primum

Fundamentum.

Conclu. 1.

Super sextum Physicorum.

mum mutata: quia in prima quarta iam fuerat in B. et cum nulla detur tam parua pars temporis, quin in parte illius fuerit in B. sit. ut nullum sit tempus, in quo primum res mutata est. Est ergo instans. Eadem est ratio in alijs omnibus generibus motus. Primum enim esse cuiuscunq; gradus acquisiti intensiois, et primum esse cuiuscunq; acquire site quantitatis in augmentatione, et primum esse acquisitionis forme substantialis, in minima materia necessario est instans indiuisibile.

Hinc sequitur secunda conclusio in text. 46. *Cuiuscunq; motus penes finem datur primum mutatum esse.* Manifestum corollarium est ex priorum conclusionibus. Et in motu locali, datur primum instans esse in hoc loco, quo ventu est per motum, et in motu alterationis datur primum esse huius gradus intensiois: et in motu augmentationis, primum esse huius quantitatis: et in generatione, primum esse forme in materia. Probatur conclusio in motu locali ex quo manifesta fiet in alijs. Si enim res mouetur ab A. in B. aut incipit esse in B. per primum esse, aut per vltimum non esse (quis non est dare medium non secundum: ergo primum. Probatur minor. Detur vltimum non esse in B. et sequitur quod mobile in illo instanti non est in B. Si autem non est tunc in puncto B. ergo per aliquam distantiam diuisibilem distat a B. nam duo puncta spatij non possunt esse immediata. Et inde rursus sequitur, quod immediate post hoc instans signatum non erit in B. (nam ut transeat diuisibilis distantia, tempore opus est) et per consequens illud instans, non est vltimum non esse in B. Simile est argumentum de quocunq; certo gradu qualitatis, aut quantitatis.

Conclu. 2.

Conclu. 3.

Tertia conclusio est in eodem text. 46. *Penes initium motus non datur primum esse motus.* Hanc probat tribus rationibus. Prima est hec. Illud primum esse motus, aut est tempus diuisibile, aut indiuisibile instans: instans esse non potest, quia in instanti esse motum, iam monstratum est esse impossibile. Quod autem neq; sit tempus, probatur. Si est tempus, tunc aut mobile quiescit per totum illud, et sic non est primum esse motus: aut per aliquam partem quiescit, et per alteram mouetur, et tunc non est secundum se totum primum esse motus, sed secundum partem. Si vero detur particula temporis, per quam totam primo mouetur, in medietate illius iam prius mouebatur, et per consequens tota particula temporis non est, in qua primum per se mouetur. Et eadem ratione nec medietas: quia in priori quarta prius iam mouebatur. Et cum tempus sit in infinitum diuisibile, nulla dabitur pars temporis, in qua per se primum res moueatur. Secunda ratio est in text. 48. quod quoniam mobile transit per aliquod punctum fixum, non datur prima pars, que transiuit. Et tertia est in text. 49. quod neque in spatio, per quod mobile mouetur, datur prima pars pertransita: sed ante quamlibet fuit minor peracta. Que quidem in commentis sunt diffusius exposite. Quarta conclusio est in text. 52. *Ante quodlibet moueri, precedit mutatum esse.* Hanc demonstrat philosophus ex tribus rationibus, que in commentis exposite sunt. Prima sumitur ab spatio, quod quemadmodum in spatio, per quod fit motus ante quamlibet partem est punctum, ita et in motu ante quodlibet moueri est mutatum esse, ut enim partes linee continuantur per puncta, ita et moueri reeponder per mutata esse. Secunda sumitur a tempore. Propterea mobile mouetur per totum tempus, quia peruenit ad nunc terminarium illius, in quo verum est dicere mutatum esse, sed ante quamlibet partem temporis est aliquid nunc: ergo ante quodli-

Conclu. 4.

bet moueri est mutatum esse. Eodem tendit tertia. Quinta conclusio est in text. 55. *Ante quodlibet mutatum esse, precedit moueri.* Que eadem ratione probatur, quia precedens: nam cum motus non fiat in instanti, sed in tempore, in instanti vero res mutata sit, et ante quodlibet instans precesserit tempus, sit, ut ante quodlibet mutatum esse sit moueri. In text. 58. demonstrat eadem conclusionem in motu alterationis, et augmentationis. Nam cum intensio qualitatis, augmentumque quantitatis non fiat, nisi in tempore, a cuiuslibet instanti temporis correspondeat certus gradus qualitatis, aut certa magnitudo quantitatis, ad quam res mutata est, eadem ratione sequitur, quod ante quodlibet intensum esse, et ante quodlibet augmentum esse: et ante quodlibet intensum esse, intendi, et ante quodlibet punctum esse, augeri. In text. denique. 59. ostendit idem quodemmodo vsu venire in corruptione et generatione substantiali: non tamen modo simpliciter eodem. Nam forma substantialis aeris, (v. g.) que generatur ex aqua incipit in instanti: et ideo ante illud primum mutatum esse non precedit moueri eiusdem generis, id est, generari: precedit tamen alterari: quoniam terminus alterationis est generatio substantie. Quod si quis arguat contra quartam et quintam conclusionem. Si ante quodlibet moueri est mutatum esse, et ante quodlibet mutatum esse est moueri, sequitur ut ante quodlibet mutatum esse sit etiam mutatum esse: quod obulare videtur secunde conclusioni, vbi dictum est dari primum mutatum esse. Respondetur, secundam conclusionem solum asserere, quod versus finem motus datur primum mutatum esse. ut signato loco certo, ad quem res mouetur, datur primum instans mutatum esse in illo loco. Nihilominus loquendo in genere, ante quodlibet mutatum esse est aliud mutatum esse. Nam antequam res sit in B. loco fuerat in A. et ante in B. et signando diuersa puncta spatij. Et proportionabiliter in intensioe et augmentatione, si res intenditur ab vno gradu vsque ad duo, licet detur primum esse in duobus, iuxta secundam conclusionem, nihilominus iuxta quartam et quintam prius fuit sub vno cum dimidio, et prius sub vno cum vna quarta, et cetera. Quare nulla est contradictio.

Conclu. 5.

At quamquam ex his textualibus conclusionibus posset quibus forte discernere

quo queque res naturalis instanti incipiat, desinat ve, quo tamen minori id negotio fiat, quinque alias conclusiones subiciamus. Possimus enim quas alij plurimas multiplicant, arte, et modo sub has pauca cogere. Supponatur in primis ex dialecticis exponibilibus duo esse instantia, quibus res in vniuersum incipiunt, scilicet, primum esse, et vltimum non esse: duoque item, quibus desinunt, scilicet, vltimum esse, et primum non esse. Primum esse est instans affirmatiuum intrinsecum tempori durationis: nepe quo res est, et immediate ante illud non fuit. Vltimum non esse est negatiuum, extrinsecumque, scilicet, quo res non est, et immediate post illud erit. Et pari proportionate, vltimum esse est, quo res est, et immediate post illud non erit, sed primum non esse est id, quo res non est, et immediate ante illud fuit. *Nota* prenotande sunt quatuor distinctiones. Prima. Verum alie sunt indiuisibiles, vt Angelus, anima rationalis, intellectio, volitio, et cetera, alie vero diuisibiles, vt homo, lignum, et omnes forme corporee, tam substantiales, quam accidentales. Secunda. Verum diuisibilibus alie

Instantia

Prima distinctio

Distinctio

*nota q. sunt instantia duo quibus res incipiunt esse
i. primum esse et vltimum non esse, et duo in quibus res
desinunt esse. i. vltimum esse et primum non esse. In primo
esse dicimus res modo esse et in medietate hoc non fuit in b. i.
non esse desinunt res modo non esse et in medietate post hoc erit*

Super sextum Phisicorum.

de prima dispositione, quam agens producit in ali, quod possum. Quam necesse est non dari minimam, eo quod agens nihil habet expectare, ut eam incipiat producere. Hoc habito, probatur conclusio. Laesactinum debet applicari passo per motum: ergo vltimum non esse applicationis erit vltimum non esse caloris in passo minoris resistentie. Itaque nunquam dabitur aliquis gradus caloris in passo, quin ante fuerit minor. Huius tamen conclusionis intellectus per multum pendet ex his, que libro proximo dicitur summas de proportionis potentie super resistentiam. Quare de his satis.

Igitur ut ad argumenta prin-

cipalia respondeamus, primum non militat contra nos, quilibet. 4. q. 3. impossibile censebamus motum fieri in instanti, etiam in vacuo. Qui vero contrarie fuerint sententie, respondeant, doctrinam hanc Aristot. intelligi in moribus tantum corporum naturalibus, ut rei veritas est. Ad casus secundum argumenti, et alios eis similes responderet Paulus Genetius, et fere Philosophi, quod motus de per accidens, i. quo res mouetur ad motum alterius, in quo est nihil vetat, quominus per primum sui esse incipiat. Infans autem qui animatur in medio motu matris, incipit moveri per accidens ad motum matris. Et vero forsan esset vero sanctius, et ex sententia magis Aristot. quod in illo primo instanti esse infans, non mouetur infans, quia (ut dicitur est tex. 29.) in instanti non est motus: sed tunc incipit moveri per vltimum non esse. Quod si quis replicauerit, in illo instanti verum esse dicere matrem moueri, ut supra explicatum est. q. 1. sicut in quolibet instanti, verum est dicere diem esse: ergo et infans tunc mouetur. Posset consequentia negari: quia tunc est mutatum esse continuatum partium motus materni: non tamen partium motus infantis: quia nulle tales partes precesserunt. Sed tunc concedendum est, quod non in quo cumque instanti verum est dicere aliquid moueri, verum est dicere moueri omnia, que sunt in illo. Et ideo posset non improbabiliiter teneri prima solutio. Et eadem est ratio, si currente rota nigra, affigatur ei latus: dabitur est tunc primum instans huius, quod est esse affixum, et in illo incipit latus moueri circulariter: aut per primum sui esse, secundum primam solutionem aut per vltimum non esse, secundum alteram. Illud autem de homine a turri cadente, qui in medio motu vitam effugit, maiorem habet difficultatem. Nam cum motus subiectetur in toto composito, i. totum sit id, quod mouetur, et cadaver incipiens per primum sui esse ante illud instans nullatenus mouebatur neque per se neque per accidens, male videtur sustineri posse, quod in illo instanti cadaver moueatur. Sed neque est sine difficultate dicere, quod tunc incipit moveri per vltimum non esse: nam tunc sequeretur duplex inconueniens: unum, quod motus ille interromperetur, quod est contra experientiam: alterum, quod interromperetur per solum instans, quod videtur contra philosophiam, ut lib. 8. disputabimus. Atque adeo sequeretur, quod casus hominis, et casus cadaveris non essent tunc contrarii, cuius contrarium diximus lib. 5. q. 3. Et ideo probabilius forte dicitur, quod cum materia, in qua succedunt diuerse forme, continuo moueat, licet per accidens ad motum prius hominis, et postea cadaveris, in quocumque instanti intrinseco illius temporis mouetur cadaver, etiam in primo sui esse. Neque hoc est contra philosophiam, qui solum negat primum esse motus, qui incipit post quietem eiusdem mobilis eiusdemque materie: motus autem cadaveris succedit motui hominis communicantis in eadem materia. Ad tertium respon-

sum est in sexta conclusione. Res enim, que sine resistentia, et sine expulsionem contrarij producit, incipit per primum sui esse a huius motu primum. Quando vero Aristot. negat primum mutatum esse, intelligit quando res mutatur successiue de loco ad locum, aut de gradu ad gradum qualitaris, aut quantitaris: ubi necesse est transire per medium, ut in prefata conclusione expressum est. Ad replicam vero, respondeat, quod si mobile, cuius linea terminatiua est super lineam spatij, incipiat per vltimum non esse moveri super spatium, non quod dabitur instans, quo linea primamobilis sit super lineam initiatiuam, B. spatij, alias daretur instans futurum immediatum huic instanti: sed quod que instans dato post hoc ante illud aliqua pars mobilis erit ultra lineam initiatiuam, B. spatij. Et ideo non dabitur primum mutatum esse, sed quocumque puncto siguato in B. in quo post hoc erit mobile, prius erit in alio propinquiori. Ad quartum denique argumentum responsum est in octaua conclusione. Neque, quod ille forme, que incipiunt per modum motus, incipiunt per vltimum non esse. Neque vsquam Aristot. fecit regulam generalem, quod omnis res prius incipiat per primum sui esse: sed solum dixit lib. 8. tex. 69. quod generatio forme subtilis incipit per primum sui esse, ut diximus in nostra conclusione. Non id tamen de lumine, et visione, sed neque de calore, aut prima dispositione, que introducitur ab agente naturali, verum habet, ut conclusione de cima dicebamus.

30. Tex. 86. Id quod impers est, non contingit &c.

Quaestio quarta.

VTRVM INDIVISIBILE possit moueri.

D parte affirmatiua

arguitur primo. Anima mouetur, et homo mouetur, quia motus nobis mouetur ea que in nobis sunt. Quod si sententia Aristot. glossetur de indivisibili, quod habet portionem in continuo, ut est punctum, arguitur sic. Si perfecte sphericum moueatur super planum, tunc solum punctum est quod tangit spatium: ergo indivisibile mouetur. Nec facere videtur satis, si quis responderit, quod illud punctum mouetur per accidens ad motum totius sphaere: nam quod ratione illud punctum moueretur in toto mouetur, et esset a Deo separatum. Sed principaliter arguitur. Si indivisibile non posset moueri, id maxime esset propter rationem Aristot. quia necesse est id, quod mouetur, partim esse in termino a quo, et partim in termino ad quem: sed in motu eiusdem sphaere super planum apparet ratio illa desistere: nam cum punctum, quo sphaera tangit planum, sit indivisibile, non potest esse partim in termino a quo, et partim in termino ad quem. Quinimo nusquam est, nisi super punctum spatij. Et inde sumitur aliud argumentum, quod puncta spatij sunt immediate: nam immediate post hoc punctum erit in alio puncto. Tertio denique, et potestremo arguitur, Angelus est indivisibilis, tamen mouetur localiter, ut est illud Matt. 28. Ang. Dominus descendit de celo, et alia complura testimonia scripturae. Et in hoc modo casu dicitur rō Ari. Quin potest angelus occupare locum pedale, et moveri successiue in locum sibi proximum, et attigere, ut sit simul in parte primi loci, et in parte secundi: atque adeo partim sit in termino a quo, et partim in termino ad quem. In contrarium est auctoritas Aristot.

In quatuor reliquis capitulis

libri. 6. nihil adnotauimus, quod in questionem esset reuocandum (adeo sunt in commentis cuncta per spicua) preter hoc unum in text. 86. q. 1. et text. 32. predicterat. Mempe, q. indiuisibile non mouetur perse. Cuius conclusionis vtriusque terminum distinguit, exponitq. Ph. vt in cōmentis explicatū est. Aut, vt paulo altius rem agamus. Indiuisibile idem pollet, qd res, q. partib' caret. Quocirca quot sunt partium differentie, tot sunt & indiuisibilium modi. Sunt enim partes subiectiue respectu sp̄i. vñ atoma. i. indiuisibilis species dī, que nō diuiditur in plures sp̄s. vt hō. Et indiuiduum numero dī, id, quod nō habet sub se alia indiuidua. vt petrus. Et hōmō indiuisibilis (ait Ph.) nihil prohibet, quo minus per se moueatur. Alie sunt partes essentielles. Cū indiuisibile hoc mō diceretur, q. non est diuisibile in plures partes essentielles. Neq. de hoc indiuisibili est presens sermo. Nā licet vera esset opinio cōmentatoris, q. cellū est forma simplex, nō cōstās ex materia & forma, nihil repugnaret vt moueret localiter. Alie sunt partes integrales. Et hoc mō res dī indiuisibilis, q. neq. hēt, nec hēre pōt partes integrales. S; hōmō indiuisibile adhuc est duplex: aliud, quod nō hēt positionē in cōtinuo, s; est res spiritualis, vt De' angel'. aīa rōnalis: que lz sit in corpore, est tamē in qualibet eius parte. Aliud est indiuisibile, habēs positionē in cōtinuo: vt sunt pūcta. Et quāuis de hoc solo loquat Ph. non tū erit abs re de motu angeli nōnullā facere mentionem. Erūt ergo duo breues articuli: primus de puncto, alter de angelo. ¶ Scds terminus cōclusionis est, moueri per se mouet em id per se, qd nō mouet ad motū alterius vt hō ambulās in terra per accidens autē, qd mouet ad motū alterius. Sed sunt importuni qui propter neicio que sophinara, deserunt hanc doctrinam Arist. Aliunt em tūc consequi oīa hec inferioza moueri per accidēs. Nā lapis mouetur ad motū aeris diuisi per motū lapidis: & aqua, saltē ascendens per sicutā, mouetur per accidens: quia mouetur ad motum aeris attracti: imo omnia hec inferioza mouētur ad motū primi mobilis. ¶ His tamē respōdemus, q. rem moueri per accidens, est moueri ad motum alteri' suppositi, in quo est, & quo defertur, si sit motus localis, vt homo vehitur equo, aut naui: & accidentia, & partes mouentur in toto. Et id mouetur per se, quod mouet nō ad motū alterius, in quo est, tanq. in subiecto, aut in continente, & defertur. Itaq. tripliciter (quantū ad rem presentē attinet) aliquid mouetur per accidens. s. aut quia vehitur tanq. in continente, vt homo naui: aut tanquā pars in toto, aut tanquā accidens in subiecto. ¶ Sed est preterea notandum, q. quāuis Philo. solum loquat de motu locali, possumus etiam rē tractare in alijs speciebus motus.

¶ His præhabitis, respondetur ad primū articulum questionis, tribus conclusionibus. Prima est in text. presentī. 86. Indiuisibile mouetur per accidens. Patet de pūctis, que mouentur ad motum continuū. Idē cōstat in anima rationali, que localiter mouetur ad motum hominis. Neq. vlla de hoc esse pōt dubitatio. ¶ Scdam nos extra textum addimus conclusionē. Indiuisibile, quod non habet positionē in continuo, potest per se moueri, non quidē motu augmentationis, sed tñ alterationis improprie dicte. Prima pars est manifesta: qz indiuisibile augeri nequit. Secunda itēdem cōpertissima est in angelo, qui secūdu intellectum, & voluntatē mutatur. Ille vero nō sunt proprie alterationes: qz nec sunt corporee, nec alterāt

subm aut extra suā naturalē dispositionē, sed sunt poti' rei perfectiones. Idē est de aīa, saltē separata: nā in corpore, licet immediate exerceat, & suscipiat hōmō actus, nō est tamē illa, que per se intelligit, aut vult, sed suppositū per eā. ¶ Tertia est cōclusio Arist. in eodē text. Indiuisibile habens positionē in cōtinuo, quale est punctū, nullatenus per se mouet. Probat rōnibus quatuor. Que licet in motu locali perspicatius eluceāt, de omni tñ specie motus militāt. Prima est in text. 87. Id qd mouet, qn mouetur, aut est in termino a quo, & hoc nō, qz tūc nondū mouet: aut in termino ad quem, & neque hoc dici pōt, quia tūc iam mutatus est: aut partim in termino a quo, et partim in termino ad quē: & tūc sequitur esse diuisibile. Qd si quis hēret non esse hanc rationē efficacē: nam si pedale mobile moueatur per spatū tripedale, a prima. s. pedalitate vsq. ad tertiā, qn est in scda, nec est in primo t'ro a quo, nec in vltimo termino ad quē, is intelligat Ph. loqui de terminis primis, et quos alit' immediatos vt si pedale mobile mouet a loco. A. B. pedali in locū. B. C. pedale priori contiguū aut cōtinuū, tādū durat motus, quandiu vna pars mobilis est in aliā qua parte prioris loci, & alia in parte scdi. Nā quando mobile adequate est in loco. A. B. nondum mouetur, & quā primū adequate fuerit in. B. C. cessat moueri in illo motu, quo mouebat ab. A. B. in. B. C.

¶ Attamen hanc rationem expendamus oportet: vt pote, q. si hanc intellexerimus, non opus est alias reperere. Est em Scotus, qui. 2. sent. d. 2. q. 9. ad tertium tenet, & quidē non sine apparentia, q. indiuisibile pōt moueri motu cōtinuo, siue sit angelus, siue punctum, si daretur separatum. ¶ Primum eius argumentum est, quod nos primo loco fecimus de motu sphere super planum. Neq. satisfact respōsio, si negetur posse vari corpus perfecte sphericum: tū, quia celum est perfecte sphericum: tum, quia non repugnat diuinitus, hēri. Solutio ergo ex mente Aristot. est, quod illud punctū non mouetur per se, sed per accidens ad motum ipsius sphere. ¶ At vero, pretermisiss Scoti replicis, vidētur in eius gratiam difficultatem facere replicationes iste. Primo, si Deus potentia sua separaret punctum illud a sphere, quod tamē illic conseruaret, vt moueret ad motum sphere, certe moueretur sicuti nunc mouet illud punctū, quod est in sphere: vel si angelus assistens illi puncto, moueatur cū sphere: ergo indiuisibile per se potest moueri. ¶ Secundo, si indiuisibile non posset per se moueri, id maxime esset, vt infert Philo. soph. text. 89. q. linea spatij, per quam fit motus, cōponeretur ex punctis: nam punctum, quod moueretur, esse non potest nisi in puncto spatij: ob idq. si ex hoc puncto mouetur motu continuo, necesse est vt immediate post hoc sit in alio puncto immediato huic, in quo modo est: sed hec ratio equan vim habet in illo puncto sphere, quo tangit spatium: quod certe non tangit, nisi in puncto. Ob idque (vt respondemus) q. immediate post hoc erit in altero puncto spatij (vt, puncto, supponat confuse) in nullo tamen erit immediate post hoc, respondere similiter possemus, si punctum separatum moueretur. ¶ Et confir. hec ratio. Mathematici fatentur, quod si punctum duceretur per planum, relinqueret lineam, in qua nulla essent puncta immediata: ergo ex hoc, quod indiuisibile punctum continuo moueatur, non sequitur puncta esse immediata in spatio. Certe res videtur difficilis. ¶ Ad rationem Philo. respondet Scotus, q. successio con-

Indiuisibile

Conclus. 3.

obiectio

Scotus. 1

Solutio

replica

2 replica

Conclus. 1.

Conclus. 2.

petit

Super sextum Phisicorum.

pete motus dupliciter. s. ex parte spatii, eo quod prius pertransit via eius pars, quam alia: & secundo ex parte mobilis, vt subditur in tex. 90. vt si mobile transiret per aliquod signu fixu, prius transiret anterior pars, q posterior. At ergo q Philo. non negat indiuisibile posse moueri motu, cuius successio proueniat ex parte spatii, sed motu, cuius successio proueniat ex parte mobilis. Nam cum indiuisibile non habeat partes, non potest pars anterior transire per punctum fixum prius, qua alia.

Nihilominus litem hanc tribus propositionibus dirimimus. Prima est hec.

Manifesta est mens Aristotel. (neq in dubium cadere pot) indiuisibile, quod habet positionem in continuo, nullatenus posse per se moueri motu continuo. Primo, quia in vniuersum sine aliqua distinctione id negat. Deinde, quia solutio Scoti (vel ego fallor) non satisficit. Nam si id solum contendere phi. nihil opus habebat tot verba prodigere.

Est enim perse notum, q punctum indiuisibile non potest successive transire per punctum fixu in spatio. Et perinde esset probare, q indiuisibile non potest hoc modo successive moueri, ac si probaretur, q indiuisibile non est indiuisibile. Itē, qz rō prima Philo. procedit de successione motus ratione spatii. Quam probat non posse cōpetere rei indiuisibili, hoc modo. Omne, quod mouetur, mouet a quodā in quiddā. i. a termino a quo interminu ad quē & nō mouet quando est in termino a quo, nec quando est in termino ad quē: ergo mouetur qn est partim in vno & partim in alio: esse autē partim in vno & partim in alio non pot esse, nisi sit diuisibile: ergo omne, qd mouet, est diuisibile. Unde non est hic petitio principii (vt aliqui putant) sed a sufficienti diuisione infert, q debet quodāmodo id, quod mouetur, attingere vtriusq terminu: & inde subinfert esse diuisibile. Secūda propositio est. Si argumentum hoc Scoti procederet, non esset necesse illud formare in sphaera: quia in quocunq mobili: etiam si tangat spatium scdm partem planam (vt scubus moueretur) procederet argumentu, vt Scotus ipse deducit. Nam cuiuscunq rei, que mouetur, signabile est punctum in superficie, que tangit spatium, q quidem nusquā tangit spatium, nisi in puncto: de quo proinde procedit argumentum, sicut de puncto sphaere.

Tertia ergo propositio, qua respondetur ad argumentu Scoti ex mente phi. est. Sensus phi. est, q in omni motu debet esse duo termini a q & ad quē immediati: & per consequens illi debet esse magnitudines: nā duo puncta in eodē spatio non possunt esse immediata: & si sint duo corpora contigua, inter lineas, quibus se tangunt, non potest esse motus, quia nulla est distantia. Supposito autē, q illi duo termini sint magnitudines, non potest mobile ab vna in aliam successive moueri, nisi partim sit in vno termino, & partim in alio: & per consequens id quod mouetur, sit magnitudo. Unde ad formam argumenti bene responsum est, q punctum sphaere mouetur ad motum sphaere, perinde ac si illa sphaera esset cubus, aut cuiuscunq alterius figure plane. Et ad replicam, admissio, q punctum illud separatur a Deo respondetur, q illud nō esset mobile motu successiuo: nec Deus per suā omnipotentiam posset illud mouere motu continuo per spatium: quia certe nullibi esset: nec posset tangere spatium: tactus enim non est nisi in quātitate. Ad secundum principale conceditur illā esse rationem vnam inter alias, cur indiuisibile non potest moueri. Neqz dicitur ratio in sphaera mota per planam: quia licet nō

tangat, nisi in puncto; nihilominus quā illud non mouetur nisi ad motum totius corporis, quod dicitur mouetur partim est in termino a quo, et partim in termino ad quem, punctu illud mobile, quod nō tangit punctum spatii, nō poterit immediate post hoc tangere punctum aliud, quin ante illud tetigerit infinita. Quare ex motu puncti ad motum totius corporis nō sequitur aliqua esse puncta in spatio immediata. Si tamen per se separatū moueret motu cōtinuo, intellectu est impossibile aliud, quā q deberet moueri per puncta. Quam ob rem casus ille mathematicorum. s. q punctum ductu per planum, faceret lineam, solum est secundum imaginationem, si per impossibile ita posset moueri. Etiam rationes Aristot. non est necessarium reperere post commentorum expositiones.

Articulus questionis huius

alter est de motu angeli. Cuius in hac parte alia est ratio, q puncti. Nam angelus, quāuis sit indiuisibilis, esse tamē pot in loco diuisibili, et in qualibet eius parte, veluti in corpore est anima. Et est ergo hic dubitatio triplex. Prima. An motus possit angeli motu continuo moueri. s. ab extremo ad extremum per omnia media, nullū transiliendo. Et de hoc citra controuersiam concedunt doctores partem affirmatiuam. Scotus. 2. sent. dist. 2. q. 9. r. quod modū ang. nō dicitur vlti. r. S. Tho. p. p. q. 53. ar. 2. Et ratio est, quā modo dicebamus: quia angelus potest esse in loco. v. g. pedali toto: poterit ergo moueri in proximum locum pedalem, operando successive in illo, & deserendo de primū. Tamen si proprie non sit ille motus phisicus: sicuti proprie nō est in loco. Nam est si vere sit in loco secundum substantiam (vt lib. 4. q. 2. dictum est) non tamen continetur, aut circumscribitur, aut mensuratur loco. Unde ad tertium argumentum negatur, eandem esse rationem de angelo, que est de puncto. Nam angelus esse potest in loco diuisibili. Si tamen poni posset in puncto, non posset motu continuo moueri, magis quem punctum ipsum perse separatum. Sed seba dubitatio est. An possit moueri ab extremo ad extremum motu discontinuo transeundo per media. De quo. S. Thom. et Scot. dissentiūt. Nā eodē articulo cōcedit. S. Thom. partē affirmatiuam. Cuius est profecto egregia ratio naturalis. Et enim angelus non dependet natura sua a loco, qz posset esse in vacuo, & qd est in loco, non cōtinetur ab illo, ita nec in suo motu dependet a loco: sed potest applicare se ad operandum in loco distante ab eo. In quo est, non applicando se ad loca interiacentia. Seco. vero dist. citata. q. vlti. licet non adeo assertiue, probabiliter tamē tenet partem negatiuā. Cuius ratio est, qz ordo (inquit) presertim vniuerso est, vt loca non distent, nisi per media, & inde sequitur, q eadem sit lex omniū mobilū, vt ab vno extremo non possint in alium moueri, nisi per medium. Ratio tamen hec facillime solutionis est. Nam et si distantia locorum materialiu esse naturaliter nequit, nisi per media, non tamen subsistit vt lex sit immaterialium rerū, vt nō possint transire, nisi per medium: quandoquidē neq a loco pendunt, neq a materia. Maius tamē argumentum est, quod est cogitatu difficile, quomodo ab. s. in. C. transitus esse potest, nisi per aliquam viā. At tamē cū angelus res sit spiritalis, cōiectari licet, q quēadmodū cogitationem quis transferre pot a celo ad terram. i. nunc cogitare de celo, & confestim de terra, nihil cogitando de elementis medijs, ita potest esse motus angeli. Sicut qz proinde excogitari pot de anima rōnali, cū exit de corpore. At

Articul. 2. Et et bti me... arg. ang. et spi... hic dubitatio triplex... Sed dicitur in h... q. 2. dicitur ita... in loco sicut sub... dat alio loco, cō... si autē in loco... que ratione sicut... non mouet sicut... non mouet sicut... quoniam an angeli... sicut in loco... aut... quoniam in diuisibili... at nullū in diuisibili... sicut angeli mouentur... cum sit in diuisibili... solutio

doctor Ad i. da... propositio... nullo modo... moueri posse... accidens... exsuperari... qd mo... esse... aqua... de... ad... quodammodo... nō erat... in glo... nā... m. currit... in... d. r. prin... signa... in sup... spau... m. p. uide

in omni motu... aqua et... dicitur... debet esse... in vno... in alio

Ad secūdu... super... 6. 4.

maior ratio s. est. qz cū angeli vero

a
3 dub

vero de corpore glorioso alia forte est ratio. Sed si
 hec res est theologica. Tertia demum dubitatio
 est: possit ne angelus in instanti moveri. Ubi adno-
 tandum, qd angelum in instanti moveri, non est quod
 in eodē instanti simul sit in termino a quo, & in ter-
 mino ad quē. Hoc enim neq; esse posset, saltem nat-
 uraliter, nec esset, moveri, nam moveri, est unū lo-
 cum relinquere, et aliū acquirere sed est, qd in hoc
 instanti p̄ primū sui esse incipiat esse in termino ad
 quē, & immediate ante hoc fuerit in termino a quo
 distanti ubi quiescebat. Et hoc ait esse impossibile.
 S. Th. 1. p. q. 53. arti. 3. Cuius rationē sumit ex Ari-
 sto. in hoc. 6. lib. tex. 32. ubi ait quiescere rem, idem
 esse, qd similiter se habere nūc vt prius: unde nos
 eliciimus. q. 2. quietē desinere nō posse, nisi per vl-
 timū sui esse ad modum forme permanentis. Si au-

tem detur vltimū esse in termino a quo, nō potest
 dari primū esse in termino ad quē: alias illa duo in-
 stantia essent immediata: loquimur enim de instan-
 tibus indivisibilibus tēporia. Necesse est ergo, vt
 angelus, sicut res alie, incipiat moveri per vltimū
 nō esse motus, vt nunc sit in termino a quo tanquā
 in termino quietis, et immediate post hoc in termi-
 no ad quē. Qui quidē motus nō erit instantaneus
 sed subitaneus. Et ideo respōdetur ad dubium ne-
 gative. Quod si moueatur motu discontinuo, non
 trāseundo per medium, poterit nūc esse in celo, et
 immediate post hoc in terra. Si autem moueatur
 motu continuo, nūc erit in hoc loco, & immediate
 post hunc erit in alio: non tamen signabitur locus,
 in quo erit immediate post hunc. Sed quocunq;
 post hunc dato, ante illum erit in alio.

Ad dubiū

Finis sexti Physicorum.

[Faint, mostly illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text in the middle column, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



ad hunc...

Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Se-
gobienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper
ſeptimum Phyſicorum Ariſtotelis
Quæſtiones.

Textu. xj. Maniſteſtum eſt igitur
quoniam id, quod mo-
uetur. &c.

Quæſtio prima.

VTRVM IN VNIVERſVM
neceſſarium ſit mouens &
motum eſſe ſimul.



Argumentū libri

huius ſeptimi (vt in cōmen-
tis dicebamus) eſt maniſte-
ſtū facere, neq; in ſerie mo-
torum in infinitū abire: ſed
et in mouentibus perueniē-
dum eſſe ad primū motorē,
et in mobilibus ad vltimū

motum, vt vīa ad libr. 8. muniatur: quo primus eſt
motor: perueſtigandus. In duo autem membra li-
brū hunc partiti ſumus. In prioribus nanque capi-
tulis tribus tractatur axioma illud, celeſtis enū-
tatio. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Illa
enim eſt baſis prima, ac fundamētum, vnde ex-
quiſitio primi motoris proficiſcitur. In duobus ve-
ro reliquis agit̄ de proportione motuum. Et ve-
ro tametiſi in priori parte intentio hec fuerit, Phi-
loſoph. tamen quia inter probandum meminit, mo-
uens et motum debere eſſe ſimul, id diſſerit capi. 2.
Et quia rursus mentionem opus fuit fieri, altera-
tionem primo et per ſe tantum contingere ſecun-
dum paſſibiles qualitates tertie ſpeciei, id diſpu-
tat in tertio. Illud autem principium. Omne quod
mouetur, ab alio mouetur. & q̄ in mouētib; & mo-
tis non ſit proceſſus in infinitū. quauis hic pro-
ponat Philoſoph. copioſius tamen, & enucleatius
diſſerit libro. 8. & text. 2. 8. & infra: vbi proinde con-
gruentius de hoc nos ſumus amplam quæſtionem
facturi: aqua proinde hic ſuperſedendum eſt. Alia
vero duo puncta, cum ſint ſibi connexa, ſub hac ve-
ra quæſtione complectimur. ¶ Arguitur ergo pri-
mo a parte negatiua. Finis mouet appetitum: & ta-
men non tangit eum: nam aliquando eſt diſtans, vt
beatitudo: quandoq; mouet dum non eſt, vt futura
ſanitas mouet infirmum ad ſummendam potionem
¶ Secundo arguitur. Cauſa vniuerſalis vere mo-
uet iſta inferiora: nam ſol et homo generant homi-
nem: & tamen non tangit effectum. Quinimo ignis
paulo interuallo diſtans ab aquā, calefacit eam: et
tamen nō tangit illam. Et magnes trahit ad ſe fer-
rum diſtans. Et graue inquit Ariſtot. 8. ¶ Phyſico-
rum. text. 32. mouetur a generante: & tamen gene-
rans non tangit tunc ſemper graue imo quandoq;
non eſt dum graue mouetur. Idem eſt argumentū
de animali generante aliud, quod mouet ſemen a
ſe diſtans: nam vſque ad animationem foetus, om-
nis mutatio ſeminis attribuitur generanti: & ta-
men ſtat quandoque generans tunc eſſe mortuum

Idem ſit argumentum de ſagitta. Et maxime de re-
lacione, que in me producitur, dum quis in India
incipit eſſe albus.

¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Multa
ſunt mouentia immaterialia, que non poſſunt tan-
gere corpora, vt Deus, qui vniuerſa mouet, & intel-
ligentie, que mouent orbis: tactus enim non eſt niſi
ſi duarum quantitatum. ¶ Quarto principaliter
arguitur aduerſus id, quod text. xi. ad probandam
dam concluſionem principalem inducit, nempe
quod motus alterationis non eſt proprie niſi ſecun-
dum tertiam ſpeciem qualitatis, & ideo illic tan-
tum neceſſarium eſſe, vt mouens & motum ſint ſi-
mul. Si ſecundum has tantum qualitates eſſet pro-
prie alteratio, id maxime eſſet, quia per ſe primus
terminus alterationis eſt aliqua harum qualitas,
relique vero conſequentur ad has (nam per hoc
bat text. 17. quod ſecundum habitus prime ſpeciei
non eſt alteratio) ſed albedo, & relique qualitates.
ſecunde non ſunt primus terminus alterationis,
nam reſultant ex intentione, aut remiſſione primi
rum qualitatum: ergo ſecundum has qualitates
ſecundas non eſt per ſe primo alteratio, & tamen
ſunt de tertia ſpecie: ergo non ſecundum totam il-
lam ſpeciem eſt per ſe motus: et per conſequentem
male in his ponit exempla Philoſoph.

¶ Et confirmat. ratio in paſſionibus ſenſitiuis, tam
cognitiuis, quam appetitiuis, ſecundum quas ait
Philo. text. 12. eſſe proprie alterationem. Motus
obectorum potentie cognofcitiui non terminatur
primo ad actus ſenſum, ſed ad ſpecies, ad quarum
receptionem cōſequitur ſenſatio. Et pariter in ap-
petitu, ira, gaudium, & relique paſſiones non viden-
tur per ſe primo eſſe termini alterationis, ſed ex
motu locali ſanguinis a corde, vel ad cor, vel ex mo-
tu alterationis ſecundum calorem, aut aliam pri-
marum qualitatum ſubſequentur ille paſſiones: er-
go ſecundum has non eſt per ſe primo alteratio.

¶ Quinto principaliter arguitur contra id, quod
habetur text. 15. quod ſecundum quartam ſpeciem
non eſt per ſe alteratio. Quando lapis ſculpitur, &
ſe primus motus illius eſt figura & forma: ergo pa-
riter cum ex calefactione figuratur cera, videtur
quod terminus illius alterationis ſit figura, ſal-
tem ſicut eſt pallor, aut alius color cere: et per cō-
ſequentem ſicut ad tertiam, ita et ad quartam ſpe-
ciem qualitatis eſt per ſe primo alteratio.

¶ Et confirmat. de ſecunda ſpecie, quam illic pre-
termittit. Philoſo. Molle et durum ſunt qualita-
tes ſecunde ſpeciei, vt patet in predicamento qua-
litatis: nam durum eſt naturalis potentia reſiſtē-
diuiſioni, & molle eſt naturalis impotentia: et ta-
men eſt tam proprie ſecundum iſtas alterationes, quā
ſecundum alias ſecundas qualitates: nam vt per
alterationem reſultant colores & ſapores varij,
ita & mollities, et durities. ¶ Sexto principaliter
arguitur aduerſus id, quod habetur text. 17. vide-
licet, quod ſecundum primam ſpeciem non eſt al-
teratio. ¶ Primo in habitibus corporis. Calidas,
et frigiditas ponuntur ab Ariſtotel. in prima ſpe-

xiomi dignitas en
bia

Leſſo generant
ſmirant

2. dub. an quies conueniat toti quiescat, & eadem rōe dici pot q̄ mota parte moueat totum quid eſt cie
caſſa. R. non eſt eadem ratio q̄ motus habet ſe ſp̄e habitus. ¶ primatio uero vt negatio, ad hoc uertit ut aliquid
ſitum conueniat aliqui p̄ ſe debet competere toti ſim quauislibet eiꝰ partem, quies uero cum ſit negatio ad hoc
q̄ competat ſat eſt q̄ ſim partem conueniat. ¶ & albus eſt non albus.

Super septimum physicorum.

continentur, neq; statur loco: sed nihil fecius eius re vera substantia applicatur loco per virtutē operandi. De his autem alias. Sunt tamen hic nō bis commemorata, vt explicaretur, q̄ sit vniuersalis conclusio Aristotelis, quod agens & patiens debent esse simul: id quod tanquam dignitatem pro comperto mentibus infixit. Et ratio est, q̄ sicut, e se, causa est operandi, necesse est, vt res sit vbicumque operatur: si tamen operatur tanquam vltimū agens in primum passum: hoc est immediate immediatione suppositi: videlicet si non agat per aliud, suppositum, sicut sol agit per illuminatum aerem sed per se ipsum.

Igitur ad primum in contrarium argumentum ipse sibi respondet Aristote. in text. q̄ finis non agit tanquam causa efficiens, sed tanquam id, cuius gratia et ideo non ceesse est esse ubi operatur, sed satis est cognosci vt moueat.

¶ Ad secundum vero de sole, & causis vniuersalibus respondetur, q̄ sol non est vltimum agens producens plantam, aut minerale, sed aer, aut terra, per virtutem ab illo susceptam. Sicut ignis distans ab aqua per aerem calefacit eam. Quod si rursum arguas, Sol non eandem virtutem effundit in aere quam in terra: ingignit enim calorem in terra aliaque rerum semina, que non profert in orbe lune neq; in media regione aeris. Respondetur id non esse necessarium: nam agens agit secundum naturā et qualitatem passivi quia celestis orbis non est susceptiuus caloris, neq; aer seminalium virtutum, veluti terra, non easdem virtutes procreat in intermedis, sed tamen producit alias, per quas attingit extremum. Exemplum est de pisce illo stuppo, qui dum hamum deuorat, piscatoris manum, motu se se stupore afficit, quanquam seta non stupescat. Et qui hec eadem solutio satisfacit argumento de magnete. Aliquando enim tam distans est, vt ferrum non trahat, & quandoque tam paruum, vt nisi prius affricatus ferro, non possit virtutem illi imprimere, qua illud trahat. Quequidē, indicia sunt, ferrum non ferri suapte sponte ad magnetem, sicut res ad suum finem, videlicet, vt graue ad centrum moueretur namq; tunc aqua cuiusq; distantia: sed mouetur per qualitatem, quam magnes ei impingit. Et quando magnes est tantus, vt possit illam qualitatem a longe imprimere, licet nō eadem afficiat aerem, quia non est aptum passum, facit nihilominus in eo alterationem aliam, vsq; ad ferrum. De graui autem, quod a generante moueretur, sicuti sectus gignitur a patre, qui prius forte mortuus est, quam animetur fetus, dicendum est, satis esse, vt dum agens generat passum, puta terra lignum, cōiuncta sit ei: tunc enim virtutem ingenerat, qua lignum mouet, quotiescunq; cadere permittitur. Et pariter homo, dum decidit semen: & sagittarius dum emittit sagittam: modo a nobis exposito. lib. 2. q. 2. & lib. 8. super text. 32. Ex quo fit, non esse necessarium, vt agens tandiu sit simul cum passivo, quā diu agit in ipsum: sed satis est fuisse aliquando re & loco simul, tunc autem virtute. ¶ De relatione autem similitudinis, que in me fit, dum alter in India nascitur, nullum est argumentum: quoniam (vt lib. 5. visum est) ad relationem non est per se motus. Neq; illa est realis alteratio, quam ille in India genitus mihi incutit: sed consequitur in me ex natura extremorum: & ideo non opus est, vt eodem vna simus loco. ¶ Ad tertium argumentum respondetur, quod mouentia immaterialia, qualia sunt Deus & intelligentie, licet necessario sint simul cum pas-

so, quando per se agunt (vt expositum est) non tam proprie dicuntur passum tangere: quoniam tactus conditio est quantitatis corpore: agunt tñ virtute.

In secundo arti. est alia cōclusio Conclu.

sio, quam superioris occasione constituit Aristote. cap. 3. videlicet. Alteratio non fit per se primo, nisi ad qualitates tertie speciei, que sunt passionnes, et passibiles qualitates, & sunt per se primo sensibiles. Ad cuius intellectum animaduertito, ad qualitatem aliquam esse per se primo alterationem nihil aliud esse, quam eiusmodi qualitatem esse terminū per se primo acquisitum tali alteratione: vt ipse se exponit Philosophus text. 17. vnde ad calorem est per se calefactio: sicuti ad substantiam, per se primo generatio, & ad quantitatem, per se primo augmentatio. Causa & ratio conclusionis huius est, quam Aristote. text. 11. tetigit: nempe, q̄ cum alteratio sit generationis, corruptionisq; via: et res corrumpuntur quatenus qualitatibus contrariis se cum pugnant, secundum illas qualitates fit proprie alteratio, secundum quas inter se forme differunt in materia, esse autem proprie sunt ille tertie speciei. Est ergo hic animaduertendum, q̄ proprie rem alterari, est dimoueri a sua naturali dispositione, quando autem secundum naturam perhicitur, non sic proprie alterari censetur. Et quoniam potissimum Aristote. conclusionem probat inducendo alias qualitatis species, monstrandoq; in illis non esse per primo alterationem, vt toto capi. 3. visum est, per solutionem contrariorum liquebit eius doctrina.

Igitur ad quartum argumen-

tum, quod punctim contra rationem conclusionis intentum est, negatur albedinem, & reliquas secundas qualitates non esse primum terminum alterationis: imo sicut calefactionis per se primus terminus est calor, ita & inalbationis albedo: & dulcorationis, dulcedo. Neq; iste qualitates consistunt solum in temperamento primarū, sicut sanitas ad modum relationis inde fit consequens: sed sunt medie qualitates distincte, & resultantes ex tali, vel alia ratione caloris, aut frigiditatis, cum tali, aut alio temperamento humiditatis, & siccitatis, que quidem qualitates per se ipse tēdunt, vel ad corruptionem, vel ad conseruationem rei: sanatio vero nihil aliud est, q̄ humorum rectificatio: et egritudo, eorum puerio. Et ideo ad qualitates, que consequuntur, non est per se alteratio, sed ad tales humores. ¶ Ad confirmationem autem de passionibus sensitiuis, que meliat contra text. 12. vbi Aristote. docet in illis esse per se alterationem, conceditur q̄ per se alteratio in sensibus non fit ad sensationes ipsas, sed ad spēs. Quia vero text. 20. ipse docuit, q̄ sicut in vsu scientie non est alteratio, ita neq; in vsu sensus. De ira autem, & gaudio, tristitia, & similibus, negatur in illis non esse per se alterationem, cōsistunt enim materialiter in commotione sanguinis a corde, vel ad cor, quibus motibus, corpus ipsum vere alteratur. ¶ Ad quintum argumentum de figura & forma negatur ad illas esse per se motus. Neq; enim per se prius terminus sculptionis est forma statue sed aulsio particularum lapidis, ad quam consequitur forma. Neq; per se motus pictionis est imago, sed impictio colorum in tabula. Et pariter dum liquefit cera, per se motus calefactionis non est nisi quantitatis extensio, ad q̄ consequit hec, aut illa figura. Ad confirmationem autem de molli & duro respondet Albert. q̄ durities naturalis, est quidem natu-

De magne te.

2. ar. c. 3. s. 2. alteratio nō fit p se primo nisi ad qualitatem, fortis spēs, pro cuius intelligentia ista q̄ ad aliquā qualitatem esse p se motu nihil aliud est nisi tale qualitatem acquiri p se. i. q̄ si p istum motu p se primo acquirat quantitas erit augmentatus, si qualitas erit alteratus, q̄ erit generatio, si nō esse erit corruptio, si loco, erit motus localis. +

Super septimum Physicorum

tus calefactionis, & frigeactionis. Et (vt contra exemplum Aristotelis loquamur) nihil prohibet, quominus sanatio velocior sit, aut tardior in animalibus, quam calefactio, aut localis motus: ergo alterationes diuersarum specierum sunt celeritate comparabiles. In contrarium est sententia Aristor.

¶ Duo membra secundū ordinē Aristotelis habet questio presens. Prima est de comparabilitate motuum, & alterū, occasione huius accersitum, de comparabilitate in genere quorumcumque accidentium. Quam ad primum notandum est, quod cum intentio Phi. sit ostendere (vt lib. sequenti videbimus) vnum esse primum motorem: atque adeo primum motum, qui sit omnium mensura, hac de causa hic inuestigat, an omnes motus sint velocitate comparabiles. Est enim pro parte affirmatiua quod omnes motus conueniant in vna prima mensura, qui est motus primi mobilis: sed pro parte negatiua sunt argumenta, que hic facit de circulari, & recto, & de alijs motibus differentibus specie. Et quidem Aristor. non respondet in forma ad questionem, sed solum disputat ad vtranque partem. Et ideo sunt qui dicant, non negare circularem, & rectum esse comparabiles, sed tantum obieuisse illa argumenta ad partem negatiua, que reliquit in soluta. At vero illa profecto argumentatio negatiua (vt in text. adnotauimus) responsio est pariter negatiua, more peripatetico. Unde commen. tex. 21. rationem redditur cur linea circularis, & linea recta non sint magnitudine comparabiles. Nempe, quod neutra potest alteri supponi, vt appareat equalitas, vel excessus, vt supponuntur due linee recte. Et eadem ratione sentit, motus qui per eas fiunt non esse comparabiles velocitate. Nam velocitatum proportio in sequitur proportionem spatiorum, que in eodem tempore conueniunt. Quod si contra Commentatorem quis arguat, necessarium esse, vt circularis, et recta sint equales, vel inequales, siquidem sunt longitudoines, tamen si nos metiri nequimus alteram per alteram: videt Paulus, quod circularis, & recta non sunt actu mensurabiles propter impedimentum figure: sunt tamen comparabiles potentia, ratione longitudinis. Nihil tamen, neque Paulus, neque alij directe respondent de velocitatibus motuum an sint comparabiles. Ad quod reuera argumenta, que supra fecimus, vt gere veheementer videntur.


¶ Igitur, omisis aliorum inter

Conclusio
Philosop.

pretationibus, conclusio Phi. est profecto vera, & ingeniosa: sed tamen in qua, nisi lector attentus sit, facile hallucinabitur. Presupponendum ergo primum est, non esse idem, duarum quantitatum, vnam esse altera maiorem, aut minorem, & esse comensurabiles. Ad hoc enim requiritur, quod sit inter eas rationalis proportio: id est, denominata ab aliquo numero, puta, aut dupla, aut sesqui altera &c. Ad quod quidem exigitur, vt vna pars aliquota vnius, sit etiam aliquota alterius, que sit communis vtriusque mensura vt pote, quod medietas vnius sit tertia alterius: vel quinta vnius sit septima alterius. &c. Tunc enim ille quantitates habebunt se sicut numeri, quorum omnium vnitas est communis mensura: qua ratione sunt omnes comensurabiles. Cuius defectu (vt quod sequenti fiet notum) diameter, et si longior sit costa, non est tamen ei comensurabilis. Igitur, quod circularis linea, & recta non sint comensurabiles inde patet, quod non est ambarum eadem mensura: nam rectarum ea longior est, cuius extrema magis distant: circularium vero, illa, que maior est portio-

Commen-
tationis rō

eiusdem circuli: portio namque diuersorum circularium non est regula certa. Hinc ergo preter rationes textus colligitur, neque motus circulares, & rectum esse comensurabiles. Illa enim sunt comensurabilia, que eadem mensura metimur: circularis motus, atque recti non est eadem mensura ergo: Ad probationem minoris notandum est, velocitatem circularis motus bifariam penes effectum pensari: vno modo, si velocitas circuli eundi consideretur: alio modo, si consideretur simpliciter velocitas motus. Velocitas enim circulationis attenditur penes hoc (vt in questione sequenti recolemus) quod in tanto tempore tales anguli describantur circa idem centrum. Exempli gratia. Si tria mobilia circuirent eodem tempore hos tres circulos, taliter, vt quo tempore innum mobile mouetur ab a. ad b. mediu percurrat ab. c. ad. d. & supremum ab. e. ad. f. equaliter circuiret quia in eodem tempore equalis angulos describit circa idem centrum. Omnes enim sex illi anguli descripti in tribus circulis sunt equales, quippe quibus idem opponitur in centro: & ideo eodem tempore singula peragent suos circulos. Sed tamen non mouentur equaliter: quoniam velocitas mouetur medium mobile, quod infimum, multoque celerius supremum: quoniam bases illorum angulorum non sunt equales: quapropter quanto per maiorem circuli eodem tempore vnumquodque mouetur, tanto maiorem describit lineam. Itaque celestes omnes orbis equaliter circueunt: tamen tanto quisque pernicius, quanto alijs superior: velocitas autem recti motus non attenditur, nisi simpliciter penes longitudinem descripte linee: non ergo sunt mensurabiles. Multo tamen perspicacius res elucebit, dum inter respondendum ad argumenta eruatur fallaciarum medulla.



¶ Igitur ad primum argumen-

tum negatur, velocitatem motuum ab effectu attendi in motu circulari penes lineam descriptam, sed attenditur penes descriptos angulos: vt dictum est & ideo argumentum Phi. non est fallax, sed hoc, quod contra ipsum intenditur. Et fallacia latet in exemplo de duobus equalibus filis, quorum alterum extra datur in rectum, alterum contrahatur in circulum nam cum filum illud non sit linea mathematica, sed corpus, necesse est, vt quod in circulum concluditur, contrahat interiores partes, & extendat exteriores: & ideo manet prolixius foris: cuius eiusdem longitudinis. Linea autem mathematica, que sit indistinctibilis secundum latitudinem, non potest dari actu separata. Et hoc est, quod ait Commentar. quod non potest coextendi recte, vt mensurentur. Quod si dicat, Deus cognoscit, peripheriam circuli, cui recte sit equalis, damus hoc, verum tamen si duo mobilia per lineas circulares & rectam equales mouerentur eadem velocitate, citius moueretur mobile, quod graderetur super rectam, quod super circulem: ideo motus non essent comensurabiles. Et hoc patet: quod si equali velocitate moueretur, semper in circuitione fieret maior mora. Demonstramus hoc in quadrato. Efformemus, inquam lineam equalem recte in quadratum, tum mobile, quod mouetur per quadratum, dum ad angulum peruenerit, profecto eadem velocitate non pertrahit tantam portionem angularem, quantum aliud mobile, rectam: & eadem ratione si eadem linea dia-

sponatur

spontatur in figuram plurium angulorum: eadem
 velocitate non pertransibit totam eodẽ tempore.
 Quo fit, vt non sint hoc modo cõmensurabiles mo-
 tus rectus, & circularis. ¶ Et per hec respondetur
 ad finẽ principale argumentũ. Concedimus namq̃
 omnẽ lineam cuiuscunq̃ sit figure, esse equalem al-
 teri, maioremve, aut minorem illa: sed hoc tamen
 negamus, q̃ circularis, & recta sint proportionabi-
 les proportionẽ rationali (hoc est enim cõmensu-
 rari) quia non est ambarum vna mensura: sicut con-
 tingit diametro, & coster: vt questione proxima pate-
 bit, vbi termini isti innotescunt. Veluti & in figuris
 quauis triangularis possit cõmensurari quadrã
 gulari, tamen area circuli nõ cõmensuratur qua-
 drate: licet sit maior, vel minor. Illia vero demon-
 stratio Euclidis: nempe inter figuras polygonias
 quarum peripherie sunt equales: quanto quelibet
 plurium est angulorum, tanto aream complecti am-
 pliozem, probat quidem, quod vna figura diuerse
 speciei maior est altera: non tamen quod sit inter
 omnes proportio rationalis. Quin vero ex illa su-
 mitur demonstratio occultissima, q̃ si duarum li-
 nearum equalium vna sit circularis, & alia recta,
 tunc eadem velocitate non pertransibit vtraq̃
 in eodem tempore: sed plus temporis consumetur
 in circulari. Et demonstratio est hec. Si ex eadem
 linea fieret triangulus, maiori tempore opus, esset
 vt eadem celeritate percurreretur, propter ver-
 sionem angulorum: ergo si ex eadẽ fieret quadra-
 tum, cũ ex hypothesi modo facta, spatiosior esset a-
 rea, longior esset circulatio: et si fieret hexagona si-
 gura, latior fieret area: et octogona adhuc latior:
 ergo si circularis, que omnium est capacissima, a-
 rea esset amplior: ergo mobile, vt eandẽ lineam
 circularem pertransiat in eodem tempore, celerio-
 ri motu opus habet: siquidem aream circuit vastio-
 rem. Si ergo vt motus circularis, & rectus nõ sint
 cõmensurabiles, Ad postremam autem confirmã-
 tionem eiusdem secundĩ principalis, negatur, q̃ cir-
 culi ad suam diametrum sit exactissima proportio
 triplesequaltera, sed est paulo plus minusve. Et
 quando esset illa iusta, non esset talis proportio in-
 ter motus super eadem lineas propter maiorem
 moram ambiendi, quam recta incedendi, vt expo-
 situm est. ¶ Ad aliud, quod post adiecit Aristote-
 lis testimonium, q̃ motus primi mobilis est inferio-
 rum mensura, respondetur, q̃ non intelligitur de
 mensura, qua sint omnes inter se motus cõmen-
 surabiles, sed vult dicere, q̃ quanto aliquis motus
 illi accedit proprius, est velocior, ac simplicior.

Disgressio de proportionibus

Postea q̃ in genere de comparatione motuum,
 quantũ est satis, pregustauimus, ordo est, vt ad
 septem regulas Aristot. que in postremo capite ex-
 posite sunt, in specie descendamus. Cui quidem tra-
 ctationi, & examini subseruere opus est aliquos ca-
 nones proportionum, sine quorum degustatione
 adiri dispositio nequit de velocitate motus. ¶ Pro-
 portio ergo iuxta nominis etymologiam, idem est
 quod portio, seu partium habitudo. Cadit ab
 eo, quod est partio. At quia partibile est nihil, nisi
 ratione quantitatis: vt cui proprium est, secundum
 eam vnum q̃q̃ diuidat: adeo & equale dici, & ine-
 quale) significanter definitur proportio (vt est a-
 pud Boetium & Alcomachum) q̃ sit duarum quan-
 titatum certã habitudo. Cũ dicitur quãtitatũ habi-
 tudo, subnotatur, q̃ sit habitudo sedm propriam ra-
 tionem quantitatis: nempe equalitatis, aut inequa-
 litatis. Nam relatio patris ad filium, non censetur

hic nomine proportionis. At qui, duarum, consilio
 adiectum est: quoniam proportio vna, inter duo tã-
 tum constituitur extrema. Genere quantitatũ v-
 tranq̃ ex equo complectimur speciem, tam discretã,
 quã cõtinuã. Inepti enim sunt, qui aut, quantitatũ
 aut numerorum, id quidem falso opinari, q̃ numerũ
 non sit legitima species quantitatis. Quãtitas ve-
 ro non hic coarctatur ad eam duntaxat corpo-
 poream, que est in mole, sed accipitur vt late ad or-
 minia patet, quibus vlla inest ratio mensuræ: ac pro-
 inde equalitatis, & inequalitatis, vt est in inten-
 sione accidentis, aut quauis alia perfectione. Non
 enim solum cubiti ad palmum, & decem calculorum
 ad quinq̃ est proportio, sed intensiõis alboris ni-
 uis, ad eam, que est in papyro, & perfectionis virtũ
 tis aut scientie angelice ad humanã.

¶ Proportio autẽ (vt inter ex-

plicandam definitionem designabamus) primum
 diuiditur in proportionem equalitatis, & propor-
 tionem inequalitatis. Proportio equalitatis est p-
 portio duarum quantitatũ, quarum neutra alter-
 ram superat, vt pedis sinistri ad dextrum, & quinq̃-
 rĩ digitorũ vnũ, ad quinq̃ rĩ alterius. Non di-
 ximus, est habitudo, sed est proportio, quod est ge-
 nus proximum ad proportionem equalitatis. Neq̃
 vero subiecitimus, quantitatũ equalium, sic defini-
 tum in definitione poneremus. Proportio inequa-
 litatis, est proportio duarum quantitatũ, quarum
 altera alteram superat, vt cubiti ad palmum, & de-
 narij digitorũ ad oculorum binarium. ¶ Secun-
 da diuisio est proportionis inequalitatis in propor-
 tionem maioris inequalitatis, et proportionem mi-
 noris inequalitatis. Proportio maioris inequalita-
 tis est proportio quantitatis excedentis, ad eam,
 que exceditur. Cuius sunt proxime exempla posita
 Proportio vero minoris inequalitatis est pportio
 q̃titatis, que exceditur, ad excedentẽ, vt palmi, ad
 cubitum, binarij, ad quinq̃ rĩ. Quemadmodum
 etenim quantitas maior respectu minoris dicitur,
 & minor, relatiue ad maiorem, ita proportiones ma-
 ioris & minoris inequalitatis correlatiue sunt. Quod
 proportio, relatio sit, non est, vt in dubium reuocet-
 tur, siquidem esse illius, est esse ad aliud. In vero
 relatio ita realiter distinguatur a fundamento, vt
 sint due res numero, facti in predicamentis: õputatũ
 a nobis est. ¶ Redo est non esse aliam numero rã, ta-
 met si formaliter falsa sit hec enuntiatio, substantia
 vel qualitas est pportio. Quare multo minus cre-
 do, proportionẽ, esse nomẽ collectiũ, quod suppo-
 nat pro ambobus simlex tremis, sed proportio ma-
 ioris inequalitatis est in extremo maiori: & mino-
 ris, in minori. Quandoquidẽ primo, est habitũ
 do maioris ad minus: & secunda, est habitudo mino-
 ris ad minus. Membra hec ambo per omnes subse-
 quentes species peruagantur correlatiue, vt pari-
 ter subdiuidatur vtrunq̃. Tertia ergo diuisio est,
 proportio alia rationalis, & alia irrationalis. Pro-
 portio rationalis est proportio duarum quantita-
 tum, quibus eadem communis est pars aliquota,
 vt hominis ad cubitum, cubiti ad pedem, pedis ad
 palmum. Continet enim palmus quatuor digitos
 pes autẽ quatuor palmos. Quare digitus est quar-
 ta pars palmi, & sextadecima pedis. Sesquipes au-
 tem, id est, pes vnus eũdimidio, facit cubitum.
 Quo fit, vt palmus sit quarta pars pedis, sexta ve-
 ro cubiti, & vigesima quarta totius hominis. Man-
 si naturalibus fides est, homo continet quater cu-
 bitum suum, & sexies pedem. Vbi ergo diximus, ea
 dem pars aliquota, non sensimus eiusdem denomi-
 natio,

Diuisio. 1.

Diuisio. 2.

Proportio est relatio.

Diuisio. 3.

humana statura.

proportio- nis definit.

Super septimum physicorum.

nationis, nam alias esset proportio equalitatis. Equalium enim quantitatum quarta unius, est quarta alterius, et tertia unius, est tertia alterius, et ita de ceteris. Sed ad rationalem proportionem satis est, ut que est tertia unius, sit quarta, vel quinta, vel quomodocumque aliquota alterius. Quapropter proportio equalitatis non excluditur ab hac divisione: nam includitur sub membro rationalis. Et ideo non accepimus pro genere proportionem inequalitatis, sed proportionem. Proportio vero irrationalis, per alterum extremum, est proportio duarum quantitatum, quibus non eadem communis est pars aliquota: ut proportio diametri ad costam eiusdem quadrati: de qua questione proxima recurret sermo.

Pars aliquota.

Pars aliquota, est pars quantitatis, que aliquoties sumpta, complet adequate totum, ut tertia, et quarta &c. Pars vero non aliquota, est illa, que non aliquoties sumpta, reddit adequate totum, ut pars in primis que cumq; maior medietate: nam illa bis sumpta, totum exuperat: et pars (verbi gratia) continui, que contineret duas quintas. Quippe, que bis sumpta, non exequaret totum: et si ter multiplicetur, excelleret. Ex quo sequitur primo, quod cum numerus ex divisione continui nascatur, et crescat (ut in predicamentis capitulo de quantitate habetur) sit, ut partes aliquote perpetuo nuncupentur ordine numerorum, ut secunda (que est medietas) tertia, quarta, quinta &c. adeo, ut idem sit pars aliquota, quod pars ab aliquo certo numero denominata. Illi, quod hec non est definitio, veluti superior, eo quod non explicat rationem, et causam definiti. Hinc sequitur secundum, quod sicut in numeris descendendo datur minimus, scilicet binarius, ita in continuo datur maxima pars aliquota: (que est medietas) tamen non datur maxima pars simpliciter (ut libro primo visum est) at quoniam ascendendo non datur numerus maximus, sit, ut neq; in continuo datur minima pars aliquota. Tertio consequitur, ut proportio omnis inter duos numeros, sit rationalis: nam saltem unitas erit pars aliquota utriusque. Quamobrem (ut in subsequentibus apparebit) omnis proportio rationalis denominatur ab aliquo certo numero, vel numero, ut dupla, sesquitertia, superbi-partiens tertias &c. Quoniam oratio hec non sit habenda loco definitionis: (ut aliqui volunt) ut pote que non explicat causam definiti. Quomodo nunc irrationabili proportionem, quarta divisio est proportionis rationalis: cuius quinque sunt species, scilicet tres simplices, et due compositae. Cum iam loquimur de proportionem rationali, sermo nobis est de proportionem inequalitatis: nam illam, que est equalitatis, missam hinc fecimus. Et quoniam proportio maioris, et proportio minoris inequalitatis eandem habeant sibi inuicem respondentes species, solum tamen explicantur in proportionem maioris inequalitatis. Est ergo proportio rationalis, alia simplex, et alia composita. Simplex est, ubi maior quantitas continet, siue minorem aliquoties, siue partem, siue partes. Cuius proinde tres sunt species: ut pote multiplex, superparticularis, et superpartiens. Proportio multiplex, est proportio duarum quantitatum, quarum una continet aliquoties alteram adequate, ut dupla, tripla &c. Et pote duorum ad unum, trium ad unum &c. Proportio superparticularis, est proportio duarum quantitatum, quarum una continet semel alteram, et unam eius partem aliquotam, ut trium ad duo est sesquialtera: et quatuor ad tria, sesquitercia &c. Proportio superpartiens, est proportio duarum quantita-

tum, quarum una continet alteram semel, et aliquas eius partes aliquotas, ut quinque ad tria: nam, 5. continet, 3. et duas eius tertias: et ideo est superbi-partiens tertias. Cum dico, partes, plane intelligitur que non faciant partem aliquotam, nam alias recideret in proportionem superparticularem, ut 6. ad 4. est sesquialtera: quia numerus maior continet minorem, et duas quartas, que constituunt medietatem. Quo fit, ut proportio superpartiens, duobus numeris nuncupetur, altero scilicet numerante partes, altero vero eas denominante. Exempla harum specierum in subiecta naturali serie numerorum facile patescunt. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ut a quibus ex ordine numeris denominentur singule. Nam si singulos continenter numeros cum unitate conferas, resultabunt species proportionis multiplicis, que in infinitum crescunt, sicut numeri ipsi. 2. enim ad primam, est proportio dupla, 3. ad primam, tripla, 4. ad 1. quadrupla, et ita procedendo denominatur unaqueque proportio multiplex ab eo numero, quoties maior quantitas continet minorem. Eadem ratione si pretermissa unitate, unum quemlibet numerum retuleris ad proxime precedentem, conficies infinitas species proportionis superparticularis. Quarum queque denominatur a parte aliquota, qua quantitas maior superat minorem, ut 3. ad secundam proportio est sesquialtera, quia maior quantitas continet minorem, et medietatem eius. Est enim sesquialterum, idem, quod alterum et semis: ceu sesquipes, pes et semis. Quare non tam latine dicitur sesquitercia, nisi quod visu receptum est: ut sesquialtera dicatur totum, et altera pars. 1. Sesquialtera medietas. Et simili ratione, 4. ad tertiam, est proportio sesquitercia, quoniam maior quantitas continet minorem, et tertiam partem eiusdem. Et 5. ad 4. sesquiquarta. Et ita deinceps. Quod si eadem pretermissa unitate nunquamque imparem numerum ad proxime precedentem imparem comparaveris, creabis infinitas species superpartiens proportionis, percurrente eodem numero numerante et denominante crescente, ut 5. ad 3. est proportio superbi-partiens tertias, et 7. ad 5. superbi-partiens quintas: et 9. ad 7. superbi-partiens septimas. Quibus vero ille partes reddunt alterum tantum, tunc proportio erit multiplex: sicuti quando faciunt partem aliquotam, erit superparticularis, ut 6. ad 3. non appellatur proportio supertri-partiens tertias: sed dupla. At 7. ad 4. proportio est supertri-partiens quartas: atque 8. ad 5. supertri-partiens quintas. Componitur autem multiplex, tum cum superparticulari, tum cum superpartiente. Unde proportio multiplex superparticularis, est proportio duarum, quantitatum, quarum una continet pluries alteram, et insuper partem eius aliquotam, ut 5. ad 2. est dupla sesquialtera. Proportio vero multiplex supertri-partiens, est proportio duarum quantitatum, quarum una continet pluries alteram, et aliquas insuper partes aliquotas, ut 8. ad 3. est proportio dupla superbi-partiens tertias. De speciebus autem proportionis rationalis minoris inequalitatis nihil amplius est adnotatu necessarium quam quod illa proportio, que est maioris quantitatis ad minorem, supponitur vice versa inter minorem et maiorem, ut 1. ad 2. est proportio subdupla: et ad 3. subtripla &c. Pari modo, 2. ad 3. est proportio subsesquialtera: et 3. ad 4. subsesquitercia et ita ascendendo. Equaratione, 3. ad 5. est subbi-partiens tertias: et 4. ad 7. subtri-partiens quartas. Illi magis inepte dicere, subsupertri-partiens.

[Haud]

m
7 coroll m

2 m

proportio rationalis est
alia simplex alia composita

proportio multiplex

proportio superparticularis

Sesquialtera
rum.

Haud equidē existimauerim

opere pretium, regulas hic multiplicare huiusmodi species infinitas generandi: cum q̄ nō sit locus hic

Radix.

Arithmetice per suos omnes numeros deducende: tum q̄ per se quisq; id potest speculari, neq; res adeo est vtilis. Sed ne nihil profus de hoc ad notemus, radix proportionis cuiusq; sunt termini minimi, atq; adeo primi, inter quos est talis proportio. Quo fit, vt proportionis multiplicis radix sit vnitatis, & ille numerus, a quo talis proportio nominatur, vt radix proportionis duplę, 1. & 2. & triple. 1. & 3. & quadruple. 1. & 4. & c. Quod si gignere lubet omnes duplas, duplando semper extrema prime radicis, id certo prestabis, vt si 2. ad 1. est dupla. 4. ad 2. est pariter dupla: & 8. ad 4. & 16. ad 8. vt ex hac serie liquet. 1. 2. 4. 8. 16. Eadem ratione si iuuat procreare triplas, triplicabis semper extrema prime radicis, vt si 3. ad 1. est tripla. 9. etiam ad 3. erit tripla: & 27. ad 9. Et simili proportione vtet in ceteris. Tripla. 1. 3. 9. 27. Quadrupla. 1. 4. 16. 64. Quintupla. 1. 5. 25. 125. & c. Prima vero radix proportionis superpartientis, est numerus denominans partem cum proximo sibi accrescente. Et prima radix sesquialtere sunt. 2. 3. & prima sesquitercie sunt. 3. 4. & ita ascendēdo. Species autem huius proportionis multiplicatur, si superscriptis in vno ordine omnibus numeris excedentibus se maiori numero radicis, subscriptis respondens numeros excedētes se numero minori. Et qz prima radix sesquialtere sunt. 2. & 3. duo hi ordines numero r̄ū, collato superiori caractere, cū eo, q̄ sibi subiectur, indicabit tibi oēs sesquialteras. 3. 6. 9. 12. 15. 2. 4. 6. 8. 10.

Ex qz radix sesquitercie sunt. 3. & 4. in his duobus ordinib; inspecies oēs sesquitercias. 4. 8. 12. 16. 20. 3. 6. 9. 12. 15.

Et simili ratione operaberis in reliquis. Proportionis autem superpartientis prima radix sunt numerus denominans partes, & numerus excedens illum numero numerante. Atq; eadem omnino arte multiplicatur, qua proportio superparticularis, superscribendo numeros excedentes se maiori extremo, & subscribendo numeros excedentes se minori, vt prima radix superbi-partientis tertias sunt. 3. & 5. & prima supertripartientis quartas, sunt. 4. & 7. Ecce ergo (si quemlibet supernum characterem cum eo contuleris, qui sibi subiectus est) oēs superbi-partientes tertias. 5. 10. 15. 20. 25. 30. 3. 6. 9. 12. 15. 18.

Et hic patēt oēs tripartientes q̄rtas. 7. 14. 21. 28. 4. 8. 12. 16.

Regule enim huiusmodi tenent per locum a commutata proportione. Mempe qz sicut se habēt. 3. ad 6. ita se habent. 2. ad 4. fit vt sicut se habent. 3. ad 2. ita se habēt. 6. ad 4. Et qz sicut se habēt. 5. ad 10. ita se habeant. 3. ad 6. fit, vt sicut. 5. ad 6. ita se habeāt. 10. ad 6. De proportione vero rationali paulo etiam inferius plura.

His vtcunq; preiactis de pro

portione, subsequitur vt de proportionalitate parumper etiam dicentes, immoremur: cuius ad materiam velocitatis penes causam frequentior vsus est. igitur quemadmodum proportio, habitudo est inter duas quantitates, ita proportionalitas est proportio inter duas, pluresve proportiones. Quo palam fit, vt quemadmodum proportio inter duas tantum quantitates constituitur, ita non possit proportionalitas, nisi inter plures, quam duas consti-

**Proportio
nalitas.**

tui: pro eo, quod extrema proportionalitatis sunt nimirum due proportiones, quarum vtraq; inter duas quantitates constituitur, & ideo aut sunt quatuor, aut tres, vbi media bis sumitur. Interest preterea inter proportionem & proportionalitatem, quod licet proportio non possit esse, nisi habitudo inter duas quantitates: proportionalitas tamen, est proportionum proportio, siue duarum, siue plurium proportionum: vt omnes iste proportiones duplę. 1. 2. 4. 8. 16. sunt vna proportionalitas. Ex quo fit cōsequens, vt omnis proportionalitas, proportio sit, sed non recurrit, vt omnis proportio sit proportionalitas.

Antiqua diuisio proportionalitatis est in tria media, que sunt proportionalitas Arithmetica, Geometrica, & Harmonica, seu Musica. Proportionalitas Arithmetica, est habitudo inequalium proportionum, quarum termini sese pariter continuo vt numeri, excedunt. Mempe per vnitates, aut pares excessus. Et dicitur Arithmetica ratione subiecti, quia non reperitur nisi in numeris, qui subiectum est Arithmetice. Exemplum est in naturalis serie numerorum. 1. 2. 3. 4. & c. Quicumque enim excedit proxime precedentem vnitare, & tamen 2. ad vnum est proportio dupla. 3. ad 2. est sesquialtera, & 4. ad 3. est sesquitercia. Et ita quanto maior fuerit numerus, minor erit proportio ad sibi proxime precedentem: quia minor erit pars aliquota. Idem est si omnes numeros pares conscribas. 4. 6. 8. & c. aut omnes impares, vt. 1. 3. 5. 7. & c. Aut si se excedant ternario, vt. 1. 4. 7. 10. & c. Proportio geometrica est per oppositum habitudo plurimum equalium proportionum, consequenter se habentium, quorum termini inequaliter se excedunt, vt si consituas tres perpetuo, aut quatuor proportiones duplas. 1. 2. 4. 8. 16. aut triplas. 1. 3. 9. 27. & c. Et hec dicitur geometrica, nō quod non reperiat in numeris: sed quia reperitur quoque in quantitate continua, ea ratione, qua est continua, & subiectum geometrie, vt est inter figuras. Cuius exemplum paulo inferius subscriberetur, vbi egerimus & proportione irrationali. Nam & si Arithmetica proportionalitas considerari possit in quantitate continua, illud fit, quando consideratur diuisa in plures vnitates inftar numeri. Et si pedale dissectum cogites in sexdecim digitos, due se habebunt ad primum in proportione dupla, & tres ad duos priores in sesquialtera: et ita gradatim ascendendo, sicuti per numeros. Atqui proportionalitates iste dicuntur equalitates, seu medietates, nam inter tres terminos (vt. 1. 2. 3.) ille, qui quanto excessu excedit minimum, exceditur a maximo (vt puta. 2.) dicitur medium proportionale arithmeticum: Inter tres vero alios (vt. 1. 2. 4.) ille, qui qua proportione excedit minimum, eadem exceditur a maximo, dicitur medium geometricum. Et illa quidē proportionalitas ab equalitate excessus dicitur equalitas, hec vero ab equalitate proportionum. Quod si fuerint plures termini tribus, continuo proportionabiles, quislibet erit medius inter duo proxima extrema, preter duos extremos. Proportio autem Harmonica, est habitudo inter duas proportiones inequales, terminorum itidem inequaliter se excedentium, taliter tamen, vt qualis sit proportio maximi ad minimum, talis sit inter excessum, quo maximus excedit medium ad eum, quo medius excedit minimum. At. 6. 4. 3. Est enim ad 3. proportio dupla: & talis est inter duo. (quibus. 6. excedunt. 4.) & primo. quo. 4. excedunt. 3. Et dicitur Harmonica, quia in sonis Harmonicis

**Proportio
nalitas tri
plex.**
Proportionalitas Arithmetica

Geometrica

**Harmoni
ca.**

ubi venit, eius nullam hic habituri sumus rationem: quoniam nihil ad rem attinet presentem.

¶ Quod vero in presentiarum usus est maxime, est dignoscere proportionem proportionum geometricarum: nempe propositis duabus proportionibus, agnoscere quanta sit inter eas proportio.

Quod inde immotescet, si noverimus queque proportio, ex quibus proportionibus componatur, et in quas resolvatur. Enimvero quemadmodum latitudo quantitatis dividitur in partes, que sunt quantitates, ita et proportio dividitur in partes, que sunt proportionales. Igitur ad hanc artem et methodum comparandam primum nosse opem est, que nam proportio sit alia maior, queve minor. Et quidem in simplicibus, illa quidem est maior, cuius maius extremum pluries continet minus, aut maiore eius portionem. Quo fit, ut quevis proportio multiplex maior est quacunq; superparticulari, et superpartiente. Quoniam ad minus continet bis tantum quo neutra aliarum ascendit, ut maior est proportio 2. ad 1. quam 6. ad 4. vel 7. ad 4. Et inter multiplices illa, que a maiori numero denominatur, maior est tripla, quam dupla. Insuperparticularibus autem, que a minori numero denominatur, maior est, ut sesquialtera, quam sesquitercia, et sesquitercia, quam sesquiquarta. Nam pars aliquota quanto minori numero denominatur, tanto est maior. Eadem ratione insuperpartientibus: si idem sit numerus numerans, illa cuius numerus denominans fuerit minor, est maior, ut maior est superbi-partiens tertias, quam superbi-partiens quintas. Et ubi numerus denominans fuerit idem, tum quanto numerans fuerit maior, tanto proportio est maior. Et maior est superbi-partiens quintas (qualis est 8. ad 5.) quam superbi-partiens tertias, uti 7. ad 5. Sed tamen quando comparatur superparticularis ad superpartientem, est maior difficultas. Quandoque enim sonitus ipse vocum explicat magnitudinem. Manifestum enim est superbi-partientem tertias maiorem esse sesquialtera, quoniam due tertie maior portio totius est, quam medietas. Sed nonnunquam est difficultas, ut si interrogeris vtra sit maior proportio, sesquitercia, an superbi-partiens quintas. Opus enim tunc est videre, an sint maior portio totius, due quinte, quam vna tertia. Sed quod cognoscere, multiplicando illos duos numeros denominantes, vnum per alterum: ut tertie sunt 15, cuius tertia est 5, et due quinte sunt 6. Excedunt ergo due quinte vnam tertiam, per vnam quintam decimam. Quibus maior est proportio superbi-partiens quintas, quam sesquitercia. Eadem methodo in superpartientibus, in quibus tam numerus numerans, quam denominans, sunt dispareres, comperies vtra sit maior. Et maior est proportio supertri-partiens quartas, quam superbi-partiens tertias. Quia si 4. qui est denominans partes vnius multiplices per 3. qui est denominans partes alterius, efficiet 12. cuius tres quartas faciunt 9. et due tertie faciunt 8. vnde constat tres quartas excedere duas tertias eiusdem totius per vnam duodecimam. Per se quisque pendere ex his valebit, ut operandum sit in proportionibus compositis.

¶ Preposita igitur arte inuestigandi, que qua sit maior, minorq; proportio, adnotandum est preterea, quod proportionales non se habent in hac parte, ut numeri, nam inter numeros inueniri non potest proportio, nisi rationalis (ut supra dictum est.) Et tamen vnius proportionis ad alteram proportionem quandoque est proportio rationalis, quan-

doque vero non, nisi irrationalis. Est igitur tertio adnotanda regula hoc iudicandi. Propositis duabus quibusvis proportionibus, inter quas conquiratur proportio, si sunt eiusdem denominationis, nulla est questio. Eadem enim proportio est. 2. ad 1. que est 20. ad 10. eo quod vtraque est dupla. Sit si fuerint inequales, tunc constitue minorem, in minimis eius terminis, puta in radice: et super eundem terminum minorem constitue maiorem quoque proportionem, et medium tunc proportionale indicabit tibi, que sit inter eas proportio. Et interrogatus, que proportio sit inter quadruplam, et duplam, respondebis, esse duplam. Idque demonstrabis, constituta supra vnitatem dupla, et quadrupla, scilicet in his tribus terminis 1. 2. 4. in quibus liquidum est, quadruplam consistere ex duabus duplis, que sunt 1. ad 2. et 2. ad 4. Unde fit hoc modo collectio. Quadrupla consistat ex duabus duplis adequate: et omnes dupe sunt equales: ergo vtra que est eius medietas: sed totius ad suam medietatem est proportio dupla: ergo quadrupla ad duplam, est dupla. Et vero si inde rursus intuleris, octuplam, duplam esse ad quadruplam, eo quod 8. duplus est numerus ad 4. fallaciam creas: quia octupla non constat ex duabus quadruplis, sed ex quadrupla, et dupla. Est enim octupla inter 1. et 8. que constat ex proportionibus 1. ad 4. et 4. ad 8. Namque cum dicimus proportionem aliquam ex aliquibus componi, sentiendum illud est, tanquam non communicantibus. Constat enim octupla ex duabus quadruplis scilicet 1. ad 4. et 4. ad 8. sed communicant in illa dupla, que est 2. ad 4. Igitur cum octupla adequate consistat ex quadrupla, et dupla: et dupla (ut proxime dictum est) sit medietas quadruple, sequitur ut octupla sit sesquialtera ad quadruplam. Et tunc adeo tripla ad duplam: quandoquidem ex tribus componitur duplis scilicet 1. ad 2. 2. ad 4. et 4. ad 8. Nihil refert duplas explicari per subduplas. Sexdecupla vero dupla est ad quadruplam: ut que constat ex duabus quadruplis, scilicet 1. ad 4. et 4. ad 16. Et si quis exquirat proportionem dupe ad sesquialteram, tunc quis ex supraposita regula sesquialtera est minor, constituat in suis minimis terminis, que sunt 2. et 3. Et super 2. constituat duplam, ut pote 2. ad 4. Quia ratione liquebit duplam consistere ex sesquialtera, puta 2. ad 3. et sesquitercia que est 3. ad 4. Et cum sesquialtera (ut presatum est) sit maior quam sesquitercia, fit, ut neutra sit medietas dupe. Nam quando totum componitur ex duabus iuste partibus inequalibus, maior superat medietatem, et minor est medietate minor. Quo tandem fit, ut dupla neque ad sesquialteram, neque ad sesquiterciam sit propositio rationalis, sed irrationalis: quia neutra est pars aliquota dupe, nec constans ex aliquoties dupe. Quod requiritur ut totum ad talem partem habeat rationalem proportionem.

¶ Qui autem libitum fuerit, proposita quacunq; proportionem inuestigare aliam, cuius sit illa pars aliquota, constituat idem bis aut ter continue in numeris integris, et rem habebit exploratam. Et si elegerat scire duplam ad sesquialteram, quoniam sit proportio, constitue duas continue sesquialteras. Quod si non poteris super primos terminos, qui sunt 2. et 3. (eo quod super 3. non potest addi medietas, sine diuisione vnitatis) tunc duplica semel numerum minorem: accipe inquam 4. et super illum numerum, prima sesquialtera erit 6. et secunda 9. Proportio ergo 9. ad 4. que est dupla sesquiquarta, est dupla ad sesquialteram. Et quia super 9

Proportio
ma. & mi.


Nota.

adnotanda
regula.

non potest constitui tertia sesquialtera, sine diuisione vnitatis, duplica iterum. 4. & super. 8. constitue tres sesquialteras: videlicet ad. 12. ad. 18. ad. 27. Proportio ergo. 7. ad octo, que est tripla supertripartiens octauas, est tripla ad sesquialteram. Proportionabili modo si vis constituere duas sesquitercias, quod facere nequis super primis terminis, videlicet. 3. & 4. (eo q. 4. non habet tertiam sine diuisione vnitatis) triplica semel terminū minorem, qui est. 3. & super. 9. facies duas sesquitercias, que sunt. ad. 12. & ad. 16. & comperies proportionem superseptempartientes nonas, que est. 16. ad. 9. esse duplicam ad sesquiterciam. Hec ex multis exempla pauca subiicienda duximus, in eorum gratiam, quibus ludus hic proportionum cordi fuerit.

¶ Ex his, que dicta sunt, clarius

elucebit exemplum proportionis irrationalis diametri ad costam, quod supra relictum erat. Est enim supponendum ex Geometria, q. quadratum diametri ad quadratum coste, habet proportionem duplicam. Romine quadrati intelligitur absolute equaliterum. De illo enim tantum intelligitur, q. diametri ad costam sit proportio irrationalis. Duo autem quadrata tunc se habent, tanquam quadratum diametri, & quadratum coste, quando quelibet costa maioris est equalis diametro minoris, vt in hac patet figura, in q. sunt tria qdrata ita gradatim descripta vt costa maximi, puta ab. sit diameter medij: et costa medij. a c. sit diameter minimi. Maximi ergo, quod dicitur quadratum diametri respectu medij, habet



duplicam proportionem ad medium: et eadem ratione medium ad minimum. Et est assertio de arcis, non de costis. Hanc autem assertionem non est locus hic Mathematicæ demonstrandi, sed satis est oculis exhiberi. Vides namque triangulum, ad b. qui est quarta pars quadrati maximi, esse medietatem quadrati medij: atq. ideo totum medium quadratum esse medietatem totius maximi. Hinc rursus patescit conclusio alia mathematica, videlicet, proportio quadratorum est proportio constarum duplicata. Nam qua ratione maximi ad medium est proportio dupla, colligitur medij quoq. quadrati ad minimum, esse itidem duplicam. Quoniam costa medij. s. a c. est diameter minimi. Et per consequens proportio maximi ad minimum est quadrupla, siquidem constat ex duabus duplis. s. maximi ad medium, & medij ad minimum. Sicuti dictum est, in numeris proportionem quadruplam constare ex duabus duplis. Proportio autem coste maximi ad costam minimi est dupla, vt ad oculum patet, nam medietas lineæ. a b. est costa quadrati minimi, ac quadruple ad duplicam (vt diximus) est proportio dupla igitur proportio quadratorum, est proportio costarum duplicata id est dupla ad proportionem, que est inter costas. Et hoc demum retrocedendo concluditur, quod proportio diametri ad costam est irrationalis, hoc syllogismo. Proportio quadrati diametri ad quadratum coste est dupla, vt maximi ad medium in presenti figura: ergo proportio cuiuscunq. coste maxime (quoniam omnes sunt equalles) ad costam medij est medietas dupla, vt proxima conclusione monstratum est. Duple vero proportionis ad suam medietatem est proportio irrationalis: nam dictum est supra proportionem duplicam non posse diuidi in duas medietates. Et per

consequens medietas duple non potest denominari a' aliquo certo numero: componitur enim dupla ex sesquialtera, & sesquitercia, quarum prima est maior, & secunda minor medietate: ergo coste maximi quadrati, que est diameter medij (vt patet in linea. a b.) ad costam eiusdem quadrati medij est proportio irrationalis. Mittimus hic probationē Aristotelis, quam refert Campanus apud Euclidem. lib. decimo. propo. 6. Esse autem irrationalem proportionem hoc significat, quod nulla pars aliquota coste, est aliquota sui diametri. Reliqua de proportionibus vide latissime apud Boetium, Nichomachum, Euclidem, & reliquos. Presenti enim negotio hec sufficiunt, nisi forte plus satis fuerint.

Quæstio tertia.

CVTRVM VELOCITAS

motus ab effectu attendatur penes qualitatem spatij, quod pertransitur

¶ Ostquam de propor-


tionibus ea pressurimus, q. negotio presenti subseruiunt, ad regulas subinde Aristotelis descendentes, duas tantum questiones compendio tractabimus de velocitate motus: alteram penes effectum: & alterā penes causam. Nam sophismata calculatoria (vt vocant) que hic ineptissime, simul ac barbarissime plurimi inculcant, non est vt bonis ingenijs offundamus, sed exempla tantum pauca regulis Aristotelis subiiciemus. Et quidē tertia hec questio libro precedēti super text. 11. sedem habebat propriam, sed consulto huc eam reiecinus, vt iuncta esset alteri, que est penes causam. Arguitur ergo a parte negatiua si duo mobilia. a. bipedalis longitudinis, & b. pedalis, moueantur eodem tempore ab vno pariete vnus aule, vsq. ad alterum eregione oppositum taliter vt ambo, que a calce tangebant parietem primum, in fine motus eodem momento a fronte tangant parietem alterum, tunc eodem tempore percurrunt idem spatium. Siquidem. a. perinde tangit vtrumq. terminum, a quo, & ad quem atque. b. & tamen. b. velocius videtur moueri, eo q. quodlibet eius punctum maiorem lineam describit, nā punctum, quod est in anteriori superficie, respondet, dum erant in termino a quo, puncto medio ipsius. a. & in fine motus respondet puncto superficie anterioris eiusdem. Et est par argumentum de quocunq. alio puncto.

¶ Deinde secunda ratione arguitur. Si duo grauiā a turri caderent, vnum per arcum & alterum per chordam, ita tamen vt quocunq. momento motus eque appropinquarent centro terre, tunc videntur ambo equali velocitate moueri, quādoquidem equaliter descendunt, & tamen non equalia transmittunt spatia: est enim arcus maior chorda: ergo non attenditur velocitas motus penes magnitudinem spatij.

¶ Tertio deniq. arguitur sic. Velocitas motus circularis non attenditur penes spatium descriptum tali motu: ergo mensura non est certa. Probat antecedens. Si id verum esset, maxime quidem deberet attendi penes spatium descriptum a puncto velocissime moto scilicet quod est in superficie conuersa, in quam sententiam merito conuenit maximus philosophorum numerus, quoniam spatium

Super septimum Phycorum.

descriptum tali puncto, describatur a toto (catego-
rematic) mobili. Sed quod hoc sit falsum, argui-
tur. Eadem deberet esse mensura in omni genere
motuum, in motu autem alterationis, ubi calor uni-
formiter difformis extenditur per aliquod subiec-
tum, vt (verbi gratia) a non gradu, vsque ad 8. non



fit denominatio a summo
gradu, sed a medio, puta
vt. 4. cum ergo in rota,
que in orbem mouetur,

velocitas motus extendatur a centro ad circunfe-
retiam vniiformi difformitate (nam quanto punctū
aliquod propius accedit centro, minorem facit cir-
culum) fit, vt velocitas motus totius rote debeat
attendī penes punctum medium semidiametri. i.
linee ducte a centro ad circunferentiam. ¶ In con-
trarium ad partem a stir matiuam fuit authoritas
philosophi libr. 6. text. 11. dicentis, id, quod velo-
cius mouetur, in equali tempore transire maius: et
in minori equalē, et in minori plus.


¶ circa titulum questionis, quā

in duos partitur articulos, adnotandum est, quod
cum due sint vie cognoscendi rem aliquam, quas
in prologo huius adnotauit Aristoteles. Prima
quod ad nos per effectum, quod est nosse: quia est. i.
hoc esse hoc, vt videntes ridere hominem, cogno-
scimus esse risibilem. Et secunda ordine nature per
causam, quod est cognoscere propter quod, in quo
proprie consistit ratio scientie, presenti questione
serutatur viam ex effectu: tum quia prius tracta-
ta est ab Aristotele, tum quod cognitio nostra inci-
pit a sensu per illam, et questione sequenti scrutabi-
mur viam, que est per causam. ¶ Et quoniam tem-
pus (vt lib. 4. dicebamus) est mensura motus, illud
est, quod nobis eius velocitatem ostendit. Est er-
go sensus questionis. ¶ Et cum q hoc mobile velo-
cius moueatur altero, et qua proportione moueatur
velocius, attendatur penes proportionem spatij,
quod ab hoc transmittitur, ad spatium, quod eodē
tempore percurritur ab altero. ¶ Motus autem

Sensus q̄.

est duplex, vniiformis, et difformis. Et vtraq; diffe-
rentia potest considerari respectu subiecti, et respec-
tu temporis. Respectu subiecti motus vniiformis
est, cuius omnes partes equa inter se velocitate
mouentur, vt est videre in cōtinuo recte moto per
planum. Si enim pedalem lapidem trahas super
planitiem, omnes eius partes mouentur equaliter
Difformis vero motus quo ad subiectum, est, quo
non omnes partes mobilis mouentur equaliter.
Qui duplex est: vniiformiter difformis, et difformi-
ter difformis. Vniiformiter ergo difformis, est mo-
tus subiecti, ita difformiter moti, vt cuiuscunq; por-
tionis linee secundum talem extensionem punctū
medium ea proportione exceditur ab extremo in-
tensissimo talis portioncule, qua excedit alterum
eius extremum remississimum. Qui quidem inter
motus locales solum conuenit circulariter motis,
et illis omnibus: vt apparet in mola frumentaria.
Cuius centrum indiuisibile, in mobile staret, si mo-
tus esset perfecte circularis: et si circumferentia
moueretur, vt. 8. punctum medium inter ipsam, et
centrum moueretur vt. 4. et medium inter circun-
ferentiam, et. 4. moueretur, vt. 6. et medium inter
4. et centrum, moueretur, vt. 2. Alij definiunt, q sit
motus subiecti, ita moti, vt quodcūq; punctū q pro-
portione plus distat a cetro q alterū, velocius mo-
uet. Hec autē definitio nō conuenit spheris, nisi soli-
dis vsq; ad cetrū. Vbi nāq; celesti (v. g.) lune, q i-
maginemur esse qdr cubicū, cuius suspicietis p̄causa

moueat, vt. 4. quæra vero vt. 8. minime qdrat hec &
finitio: nā punctū mediū grossifici, q est in t̄ro sc̄di
cubiti, in duplo plus distat a p̄cauo, q punctū termi-
nās primū cubitū, et t̄n nō mouet velocius, nisi in
sesquiquinto, qm punctū terminans primū cubitū,
mouet vt. 5. et terminans fm, mouet vt. 6. Posset t̄n
sustineri vt cūq; definitio, loquēdo de distantia, a p̄-
cto, quod fingeretur immotū, vt si sub cōcauo cogi-
tatione adicias alia quatuor cubita vniiformia vsq;
ad non gradū. Sz figmēto nihil opus est, vbi altera
sufficit definitio. ¶ Motus difformiter difformis
quo ad subiectum, est motus subiecti, ita difformi-
ter moti, vt non cuiuscunq; portionis fm talem ex-
tensionem punctum medium equaliter excedit, et
exceditur. Et si quadrupedale ita in vna hora alte-
retur, q prima pedalitas accipiat calorem vniiformi-
ter, vt. 1. et sc̄da vniiformi-
ter, vt. 2. vel vt. 3. et c.



¶ Nam punctū medium talis pedalitates neq; exce-
dit vnum extremum, neq; exceditur ab altero. Et
licet de hac specie motus alterationis nihil ad pre-
sente negotiū, subiecimus t̄n hoc exemplum idcir-
co, q motus localis haud quaquā esse potest diffor-
miter difformis quo ad subiectum. Quoniam re-
ctus quidem nequit vllō modo difformis: omnes
enim partes cōtinui equaliter mouentur: circula-
ris vero, omnis, est vniiformiter difformis. ¶ Eadē
locum habet diuisio respectu temporis. Motus i-
gitur vniiformis quo ad tempus, est ille, quo idē
mobile equis portionibus temporis, equas itidem
pertransit longitudines spatij, vt in regularissimo
motu celorum perspectū est. Spatij videlicet, veri
vel imaginarij, vt fm philosophos mouetur primū
mobile, super quod putant non extare locum. Mo-
tus vero difformis quo ad tempus est ille, quo par-
tibus equalibus temporis inequalia pertransun-
tur spatia: vel inequalibus equalia. Et est, vt i supe-
rior, vel vniiformiter difformis, vel difformiter dif-
formis. Motus vniiformiter difformis quo ad tem-
pus, est motus ita difformis, vt si diuidatur secūdu
tempus (scilicet secundum prius, et posterius) cuius-
sque partis punctum medium illa proportione exce-
dit remississimū extremū illius partis, qua exce-
ditur ab intensissimo. Hec motus species proprie
accidit naturaliter motis, et p̄iectis. Vbi enim mo-
les ab alto cadit per mediū vniiforme, velocius mo-
uetur in fine, q in principio. ¶ Projectorū vero mo-
tus, remissior est in fine, q in principio: atq; adeo
primus vniiformiter difformiter intenditur, secun-
dus vero vniiformiter difformiter remittitur. Mo-
tus vero difformiter difformis quo ad tempus, est
motus taliter difformis, vt si diuidatur fm tempus
non cuiuscunq; partis mediū ea proportione exce-
dit vnum extremum, quo exceditur ab alio: vt si ita
res aliqua moueretur per horā, vt per aliquā par-
tem vniiformiter moueretur, vt. 1. et per aliam, vt
2. vel. 3. et c. Et est experiri in motibus progressiuis
animaliū. Que quidē species motus crebro acci-
dit in alteratione corporum animalū, et potest for-
san contingere in motu augmenti, et decrementi.
De quibus primo de generatione habendus est ser-
mo, hic vero nomine.

¶ His ergo premisis distinctio

inibus, ad questionem responderetur conclusionibus
duabus: vna in hoc primo articulo, de motu recto:
altera in altero, de circulari. ¶ Prima, velocitas
motus localis recti attenditur penes quantita-
tem linee descripte. Ita, quod si duo mobilia velo-
citate

ex
t̄re sp̄s 2 mdy
motus vniiformis

motus difformis quo
ad tempus

motus aut sit vt. 9. aut
circularis.

Motus vni-
for. 2 de h.

itate conferantur, qualis fuerit proportio inter lineas eodem tempore transmissas, talis erit proportio inter velocitates. Et eadem est ratio, si motus eiusdem mobilis, quo vno tempore mouetur, comparatur ad eum, quo mouetur in alio. Et si a. mobile in vna hora percurrat pedes quatuor, in quo b. percurrat tria, mouebitur in sesquitercio velocius, et si b. percurrat 2. mouebitur in duplo velocius: et si tantum vnum in triplo. Quo fit, vt ad iudicium velocitatis penes effectum non sit necessarius vsus proportionalitatis. Nam etsi considerentur due proportiones, scilicet inter spatia, et inter velocitates, sunt tamen euales, et ideo reputantur eadem. Aristoteles quidem in textu citato lib. 6. ter. 11. nihil meminit proportionis: sed tantum dixit, quod velocius in equali tempore transit maius: et in minori, equaliter: et in minori, maius. Unde tamen manifeste colligitur, talem esse proportionem velocitatum, qualis est longitudinum pertransitarum.

¶ Igitur ad primū principale

argumentum distinguitur, quod talia mobilia eodem tempore equalia spatia cōfecerint: nempe secundum se tota, verum est, vt argumeto persuasum sit. Negatur tamen, quod secundum idem punctum respectiue in vtroque designatum, euales describantur linee: et penes hoc debet attendi velocitas motus. Quare conceditur argumēto, quod b. velocius mouetur quā a. nā punctum eius medium longiorem lineam describit, quod punctum medium ipsius a. Idem est de puncto anteriori vtriusque: idemque de posteriori, sed propter dignitatem iudicium sumitur penes medium. Sūt qui dicant, neutrum transire totam longitudinem aule, licet secundum superficiem posteriorem tanguant terminum a quo, et secundum anteriorem contingant terminum ad quem. Nam, vt pertransiret totam lineam deberet (autem) idem punctum mobilis tangere punctum termini a quo, et punctum termini ad quem. Et non est cura, cōmuni hominum sensu dissentiamus. Consentiant enim oēs, cū quis calcariibus a tergo primū tangit parientē, et pectore postmodum attingit e regione oppositum, perambulasset totum interuallū. Quare satius est simpliciter concedere, quod illa mobilia transeunt idem spatium: sed quia id non prestant secundum idem punctum, non equa mouentur agilitate. Ad secundū principale argumentum conceditur, illa, quorum alterum cadit ab alto per arcum, et alterum per chordam in equalia spatia peragere. Refert enim nihil lineam longiorem, quod eodē tempore transitur, arcualem esse, an rectā, et ideo illa mobilia inequaliter mouentur. Hec sequitur, Equaliter descendunt: ergo equaliter mouentur. Nam velocitas descensus non attenditur penes descriptam lineam, sicuti velocitas motus, sed penes accessum ad centrum terre.

Anum hic tamen superest argumētum, quod male sophistas contorquet. Si enim (aiunt) Petrus et Paulus super duas pares lineas incipiant moueri, quas sunt vna hora pariter emensuri: instanti autem terminatio hore, quo plectum anterius pedis debet respondere puncto intrinseco terminatio lineæ, Petrus definat esse per primum non esse, Paulo seruato: tunc Petrus et Paulus per totam horam equaliter mouentur: nam vna qualibet parte hore secundum illum progressum equaliter portiones lineæ demetiuntur (vt in prima medietate hore, primas medietates linearum, et in tertia quarta, tertias quartas, et ita deinceps) et tamen in tota hora non peragunt idem spatium: nam primo instanti, quo Paulus est in termino, Petrus non

est superficies: si vero tunc non est, nunquam fuit in termino, et pera consequens nunquam pertransiuit totā lineam. Neque tutum per fugium est, quo quis possit argumentum declinare, negando casum. Nam cum motus (vt lib. 6. disputatum est) per primum non esse cesset, nihil vetat, quin idem instans sit primum non esse animalis. Sed inter admittentes casum, mirabiles versantur responsiones. Aliqui enim concedunt ambos homines equaliter moueri tota hora, licet non equalia spatia pertransierit, sed satis est (aiunt) quod Petrus tantundem transisset, si restaret in instanti terminatio motus. Est tamen hoc ridiculū, quoniam si Petrus aliquid non transisset illius sine, id tamen fuisset punctum terminatio: illud autem est indiuisibile, quod additū lineæ, non facit maius, neque est transibile per se: quare intelligibile non est, quācumque parte lineæ esse pertransitā, quin tota lineā categorematice fuerit pertransita. Et confirmatur quia Paulus, superficies illo instante, quo primum non est Petrus, nihil transit, neque mouetur: ergo Paulus non plus transit, quod Petrus: atque adeo nihil obstat, non esse tunc Petrus, quominus tantundem transierit quantum Paulus. Conceditur ergo equaliter ambos moueri per totā horā: sed negatur in tota hora Petrus non transiuisse tantā lineā: quantum Paulus. Et negatur cōsequētia. Petrus neque fuit neque est in termino ad quem: ergo non peregit totam lineam. Nam satis est, quod attigerit vsque ad terminum ad quem per primum non esse: eo quod punctum et lineā non faciunt maius quā lineam.

¶ In articulo secūdo subditur

conclusio secunda. Velocitas motus localis vniiformiter difformis, i. circularis, (qui solus est vniiformiter difformis) attenditur penes punctum velocissime motum, puta penes punctum superficiē conuexe. Conclusio est Herisberi, quam merito Philosophi recipiunt: et hac potissimum ratione fulcitur. Linea descripta a peripheria circuli describitur a toto circulari corpore, ergo tantū mouetur corpus quanta est illa linea. Consequētia nota est, quoniam in alijs dimensionibus tam longa est res, quod longissima eius pars, et in motu recto tantū res mouetur quantum attingit pars longissimaversus terminum ad quem, ergo penes illam lineam debet attendi velocitas motus. Secundo ad idem arguitur: si non attendetur penes illud punctum, deberet existimari, vt alij volunt, penes punctum medium semidiametri a centro non moto vsque ad circūferentiam vt si punctum circūferentiæ moueretur vt. 8. tota rota moueretur vt. 4. vt in medio punctum. Hoc tamen primū omnium verū esse nequit in spheris concavis, quales sunt celestes, quoniam (vt supra dictum est) vniiformitas non extenditur vsque ad non gradū, sed si detur (vt. 5.) rota intus caua, quod habeat grossitiam quadricubitam, cuius superficies concava moueatur vt. 4. et conuexa vt. 8. necesse esset tunc dicere, quod rota mouetur vt. 6. velut punctum medium. Nam dicere quod rota mouetur vt. 4. ac si esset solida vsque ad centrum, ridiculum esset. Primum, quia cum nullus sit verus gradus citra. 4. nullatenus. 4. est medium veri motus. Et preterea, quoniam si adhuc concavitas fieret maior, vt non superesset nisi grossities bicubita, extera, que est a. 6. vsque ad. 8. eadem ratione dicendum esset tunc moueri, vt. 4. Quod tamen punctum non est in rota. Quod si dicatur in spheris, que non sunt perfecte solide, pensandam esse velocitatem penes punctum medium inter superficies concavam et conuexam, reciditur in aliam peiorem absurditatem.

Conclu. 2.

in ista
causa non
dicitur

nam et
et, totum
vnde dicitur

Signa, qui
multi tor-
quentur.

si videtur

Super septimum physicorum.

surditatem, nempe q̄ ex duabus rotis eiusdem am-
 bitus & magnitudinis circumferentie que quidem
 vtriusq; circumferentie equaliter mouerentur, illa
 que versus centrum grossior esset, tardius mouere-
 tur. Etenim que (v.g.) duos tantum haberet pal-
 mos latitudinis a. 6. vsq; ad. 8. moueretur vt. 7. que
 tamen haberet. 4. s. a. 4. vsq; ad. 8. moueretur dun-
 taxat vt. 6. Adde, q̄ si illa que moueretur vt. 6. con-
 tinuo dum circulariter mouetur, simul rarefieret
 versus centrum, continuo tardius moueretur cir-
 culariter. Nam cum latitudo cresceret versus non
 gradum, p̄ctū medium etiam fieret propinquius
 nō gradui. Et si alia grossior simul cōdensaret par-
 tes internas versus circumferentiam, intenderet ve-
 locitatem. Nam p̄ctum medium fieret distantius
 a non gradu. Cōsequens autem hoc absurdum est,
 supponimus enim circumferentias equales esse, & e-
 qualē velocitatem circūferri. At primum certe argu-
 mentum fatis est, quo conclusio persuadetur: quare
 nihil opus plures huc ineptias congeri. Ex hac
 conclusione sequitur primo, q̄ vbi sphaera, que mo-
 uetur, fuerit perfecta versus omne p̄ctum, ad mo-
 dū globi, quales sunt orbis celestes, velocitas non
 est attendenda penes quodcūq; punctū superficiē
 conuexe, sed penes mediū equidistās a polis, vt ve-
 locitas primi mobilis, penes lineā equinoctialem,
 que consideratur in superficie cōuexa. Nam illa est
 maxima lineā que describitur motu illi orbis. Se-
 quitur secundo, q̄ (vt de descensu dictum est) non pe-
 nes idē attenditur velocitas circulationis, & veloci-
 tas motus, que fit per circū. Velocitas enim cir-
 culationis attenditur penes magnitudinem angu-
 lorū, qui describitur circa centrum; id quod questio
 ne precedenti oculari figura monstratū est. Quare
 omnia puncta rote tenoris, q̄ cōsiderentur in lineā
 semidiametri a centro ad circumferentiā, equaliter
 circūeunt, nā eodē tempore complent omnia suos
 circulos: licet non faciant equales circulos, & ideo
 inaequaliter moueantur: quia inaequales lineas de-
 scribant, idem vsu venit celestibus orbibus: omnes
 enim planete equaliter circūeunt, preter parū il-
 lud spatii, quo vnusquisq; proprio motu retrouer-
 titur. Nam eodē die omnes cōplēt suos circulos
 ad motū primi mobilis: tamen si longe inaequales, &
 ideo quanto orbis est inferior, tanto motu diurno
 morosius fertur. Eadem ratione in eadem sphaera
 omnia puncta circūeunt equaliter, licet quanto
 sunt propinquiora polo, tanto minorē velocitate
 mouentur.

¶ Ad tertiuū igitur principale

argumentum negatur eandem esse rationē motus
 localis vniformiter difformis, quo ad subm, que est
 qualitatis. Cū enim qualitates contrarie simul in-
 sint in eodem subiecto, necesse est, vt vbi est remis-
 sior calor, ibi sit frigiditas intensior. Et ideo si peda-
 le subm a non gradu vsq; ad. 8. calidum, diceretur
 totum calidum, vt. 8. eadem ratione esset frigidum
 vt. 8. si quidem vice versa esset etiā frigidum a non
 gradu vsq; ad. 8. vnde fieret, vt idem simul subie-
 ctum contrariis in summo qualitatis denominari-
 retur. Quocirca penes punctum medium debet
 illud accidens estimari, taliter vt dicatur calidum
 vt. 4. & vt. 4. frigidum: vti primo de generatione di-
 cturi sumus. At vero motus locales contrarij non
 sunt in eodem subiecto: & ideo sicut tantum est cor-
 pus, quantus est locus, ita tanta est eius velocitas,
 quāta maximā in tanto tēpore describit lineā. Eo-
 dem modo censenda est velocitas motus illius, q̄
 moueretur super aliquem circulum. Et si aliquis

homo graderetur super arcum, aut super maximū
 globum, velocitas illius motus non deberet cense-
 ri penes lineam, quam describit pedibus: sed pe-
 nes illam quam describit capite: vt que longissime
 distat a centro. Motum autem super terram, quau-
 nis physice sit sphaerica, nō iudicamus, nisi tanquā
 motum rectum: quoniam globositas, nisi tanquā
 ptibilis, nisi in distantia maxima. Eodem modo si
 baculum manu in orbem circūdixeris, velocitas
 illius motus attenditur penes lineam descriptam
 ab extremo baculi plurimū a manu distante. Per-
 gunt hic ridicule ineptire, qui argumentantur de
 rota infinita, aut de lineā infinita versus orientem,
 hic terminata, que versus extremū infinitum mo-
 ueretur in circulum. Tunc enim non posset iudica-
 ri velocitas motus penes punctum velocissime mo-
 tum. Quoniam nullum est illic p̄ctum terminās
 rotā: aut lineā, quod sit citissime motū. Isti, inquā
 non vident demonstrationem Arist. lib. 3. tex. 4. 8. &
 infra, quam explicuimus. q. 3. videlicet infinitum,
 versus tale extremū, esse immobile. Et sunt itidem
 nuge, que de lineā gyrationis confingit in columnā,
 cuius prima pars proportionalis, gyrans primam
 medietatem, moueatur vt. 1. & secunda gyrans ter-
 tiam quartam moueatur vt duo, & ita crescendo, nō
 dabitur punctum velocissime motum. Eodem est
 lib. q. 4. aduersus istos commonstrauimus nullate-
 nus talem lineam esse separabilem per vllam po-
 tentiam, sicut non est possibile, continuum diuidi
 in omnem suam partem. Breuiter, illic ostēdimus,
 non esse possibilem motum infinitum. Sed alia via
 posset aliquando apparentius fieri argumentum.
 Etenim sit tempore circulationis rote ceree simul
 eadem rarefieret, tunc non fieret perfecta circula-
 tio: quoniam nullum punctū circumferentie rediret
 ad idem punctū loci: vnde fuerat digressum: sed ad
 aliud superius, s. distātius a cetro: & per consequēs
 nullū punctum faceret perfectū circulū sed ad mo-
 dū conuoluti colubri. Quare non videtur, q̄ veloci-
 tas illic attenditur, sicut in motu circulari. Res-
 pōdetur, tamē nihil esse resurre, sed attendēda esse ve-
 locitatem penes lineā quācūq; punctū illud a cen-
 tro remotissimū descriperit. Et ideo si equalibus
 partibus temporis rarefactōis integros circulos
 rota perageret, tunc semper velocius, & velocius
 moueretur, quoniam maiores & maiores fierēt circuli.
 Quocirca motus ille vtroq; modo esset infor-
 mis, s. & quo ad tēpus, & quo ad subm. Et si
 pari modo cōdensaretur, remitteretur pariter ve-
 locitas. ¶ Motus vniformiter difformis quo ad tē-
 pus eodem ferme modo regulatur, quo motus vnif-
 formis: nēpe si duo mobilia equales lineas cmetiā-
 tur in eodem tempore, quantum vnū vniformiter
 moueatur, & aliud quomodocūq; difformiter, s. q̄
 in prima quarta hore describat pedale, & in secūda
 duo pedalia, &c. dummodo in tota hore, tot iuste pe-
 dalitates conficiat, quot aliud mobile quod per to-
 tam vniformiter mouetur, equaliter mouebuntur.
 Sed vnū est hic dubium, Etrum velocitas mobi-
 lis vniformiter difformiter moti sit denominanda
 a gradu velocissimo, vt si graue decidat in vna ho-
 ra velocitate a non gradu vsq; ad. 8. dicēdus sit mo-
 ueri vt. 8. Et videtur pars affirmatiua vera, sane q̄
 legem videtur sequi motus vniformiter difformis
 quo ad subm. Respondetur nihilominus, velocita-
 tē motus vniformiter difformis quo ad tempus esti-
 mari penes gradum medium, & ab eo denominari:
 neq; esse parē rationem illi, q̄ est vniformiter diffor-
 mis quo ad subm. Nam ratio illic erat, q̄ lineam, quā
 describit punctum velocissime motum, totum mo-
 bile

Infinitum
 non est mo-
 bile.

Corollariū
 notādum.

Velocitas
 circulatio-
 nis.

De motu
 vnifor. dif-
 quo ad tem-
 pus.

Dubium.

2
 3
 C

Super septimum Physicorum.

trius aliquem lapidem iactaret per certum spatium, medietatem lapidis, ad quem haberet duplo maiorem proportionem, eodem tempore iactaret per duplum spatium, et quartam partem, per quadruplum: et sic in infinitum: consequens tamen est contra experientiam, quia non semper minor lapis iactatur ad maius spatium. In contrarium videntur agere septem regule Aristote. quas postremo capite huius libri statuendas curavit.

Quatuor i
motu consi
deranda.

Regula.

¶ Prenotare in primis in quaestione aditu opus est quatuor esse (vt ait Aristot.) consideranda in motu, scilicet id, quod mouetur, et virtutem, a qua, et tempus in quo, et spatium, per quod mouetur. Porro autem virtus, idem est, que virtus effectrix motus: sed id, quod mouetur est resistentia, que a virtute motrice superada est. Est enim regula hic supponenda, quod a proportione equalitatis aut minoris inequalitatis nulla fit actio, vt lib. 2. dicere ceperamus: nempe vbi resistentia sit equa, aut maior quam virtus agentis: sed solum vbi proportio est maioris inequalitatis agentis ad passum. Atque tam virtus actiua, quam que resistit, esse potest, aut interne inherens mobili, aut extrinsecus adiacens vt dum graue cadit, grauitas ipsa est interna virtus. Et si quis illud expellat, est extrinseca. Item medium ipsum, per quod cadit, seu aqua sit, seu aer extrinseca est resistentia. In motibus itidem alterationis, et augmentationis exempla etiam sunt, sed que non sunt presentis negotij. Preterea virtus actiua, esse poterit aut spiritalis, aut corporea: naturalis, aut libera: fatigabilis, et corruptibilis (vt in elementis et elementatis) atque infatigabilis et incorruptibilis, vt in corporibus celestibus. Titulus ergo questionis promiscue comprehendit omnes species, tam virtutis, quam resistentie.

Quatuor
modi 3 mo
tus veloci
tate.

¶ Atqui varietas dignoscendi eiusmodi velocitatem motuum, quatuor potest modis estimari. Primo penes proportionem potentiarum motuarum. Secundo penes proportionem inter resistentias. Tertio penes proportionem inter excessus potentiarum super suas resistentias. Quarto penes proportionem proportionum agentium super suas ipsarum resistentias. Exempli gratia, vt si sint. a. mouens vt. 8. b. mouens vt. 4. mouentia pares resistentias: vt. 1. vt. 1. a. mouentia iuxta primam regulam in duplo velocius quam. b. propterea quod actiuitas, vt. 8. est duplo maior quam. 4. In iuxta tertiam in proportione dupla sesquialtertia: propterea quod excessus. 8. ad. 1. est. 7. 4. ad. 1. est. 3. et inter 7. et 3. est dupla sesquialtertia: an vero secundum quartam velocius moueat solum in sesquialtero: ex eo quod proportio octupla, que est inter. 8. et. 1. est sesquialtera ad quadruplam, que est. 4. ad. 1. vt in proportionibus expositum est. Simili modo si agens a. virtutis vt. 4. moueat resistentiam vt. 2. b. eiusdem virtutis vt. 4. moueat resistentiam vt. 3. vtriusque iuxta secundam regulam moueat in sesquialtero velocius quam. b. ideo quod resistentia vt. 2. est in sesquialtero minor, quam resistentia vt. 3. an secundum tertiam in duplo velocius, propterea quod excessus. 4. ad. 3. est duplus ad excessum. 4. ad. 3. an vero iuxta quartam plusquam in duplo velocius, idcirco quod proportio dupla. 4. ad. 2. est maior quam dupla ad proportionem sesquialtertia, que est. 4. ad. 3. Porro autem in prima et in secunda regula, per quam tenuis est probabilitas: sed inter tertiam et quartam relinquitur disceptatio, et tandem quinta est ex mente Aristotelis omnino amplexenda.

¶ Respondetur ergo ad quaestione Conclu. 1.

tionem quatuor conclusionibus. Prima est aduersus primam regulam. Velocitas motus non est attendenda penes proportionem virtutis vnius agentis ad virtutem alterius. Conclusio in primis patet: quia vbi resistentie essent inequales, nulla esset apparentia, solam esse expectandam proportionem inter virtutes motrices. Quis enim diceret, quod si virtus vt. 6. moueat resistentiam vt. 1. et virtus vt. 4. resistentiam vt. 2. non moueat virtus vt. 6. nisi in sesquialtero velocius (que est proportio, quam habet ad. 4.) cum ad suam resistentiam habeat sextuplam. 4. vero ad suam, non nisi duplam. Sed tamen, et vbi resistentia sit eadem, conclusio nihilominus est notissima: alias si virtus vt. 4. moueret resistentiam vt. 3. aliqua velocitate, virtus vt. 2. subdupla ad. 4. moueret eandem resistentiam subdupla velocitate: quod est impossibile, cum a proportione minoris inequalitatis nulla sit actio. Qua de causa ait Aristote. text. 37. quod non quotiescunque aliqua virtus mouet aliquam resistentiam in aliquo tempore, subdupla mouebit eandem in duplo tempore. Miror tamen quosdam scholare nostrum, qui aiunt regulam primam, contrariam huius conclusionis, veram esse in vniuersum, posita constantia potentie motiue. Quod est dicere, sita eadem resistentia, que sit minor vtraque potentia. Existimant enim idem esse tunc metiri velocitates, aut penes primam regulam, aut certe penes quartam id quod est manifeste falsum. Nam si virtus vt. 8. moueat resistentiam vt. 1. et virtus vt. 4. moueat eandem resistentiam, velocitas motus prioris ad eam, que est posterioris, secundum primam regulam, habebit proportionem duplam, qualis est. 8. ad. 4. et secundum quartam, habebit tantum sesquialteram: qualis est octuple proportionis ad quadruplam, continet enim octuple proportionis ad quadruplam, et item duplam, que est medietas quadruplae. **¶** Secunda conclusio contra secundam regulam. Neque velocitas motus attendenda est penes proportionem resistentiarum, que quidem conclusio eisdem penitus rationibus constat, quibus secunda. Vbi namque diuerse sunt virtutes actiue, palam peccat secunda regula. Nulla enim est apparentia, quod vbi resistentia vt. 2. mouetur a potentia vt. 6. et resistentia vt. 3. a potentia vt. 4. non moueatur prima resistentia velocius quam secunda, nisi in sesquialtero, qualis est proportio inter resistentias, sane cum prima moueatur a proportione tripla, et secunda, non, nisi a sesquialtertia. Neque vbi virtus est eadem, habet verum, alias si resistentia, vt. 2. moueretur a virtute vt. 4. aliqua proportione sequeretur quod resistentia vt. 4. que est dupla, moueretur ab eadem virtute subdupla velocitate. Quod est falsum: eo quod a proportione equalitatis non sesquitur actio. Neque si virtus vtraque vinceret resistentiam, certa esset regula. Nam si resistentia vt. 1. moueretur a virtute vt. 8. et resistentia vt. 4. ab eadem ipsa, tunc per secundam regulam velocitas prioris motus deberet excellere velocitatem posterioris quadrupla proportione, que est inter resistentias: et tamen secundum quartam, que est omnium norma non excellit nisi proportione tripla, qualis est octuple proportionis (quam virtus habet super priorem resistentiam) ad proportionem duplam: quam habet ad posteriorem. Componitur enim octupla proportio ex tribus duplis. **¶** Tertia conclusio aduersus tertiam regulam, in qua plusculum est difficultatis. Velocitas motus ex parte cause non attendenda

Quorundam
error.

Conclu. 2.

Conclu. 3.

attēditur penes proportionem arithmetica: que est inter excessus virtutum super suas singularum resistentias. Conclusio hec demonstrationem sortitur ex quarta regula Philosophi tex. 36. Enimvero si regula tertia, huic conclusioni contraria, veridica esset, consequens fieret, vt si a. virtus vt. 8. moueret resistentiam vt. 4. r. b. virtus vt. 2. moueret resistentiam vt. 1. velocitas primi motus esset velocitate secundi quadruplo maior, qualis est proportio excessus prime potentie super suam resistentiam ad excessum secunde super suam, scilicet. 4. ad. 1. cuius tamen contrarium astruit dicta regula Aristotelis quarta que talis est. Si aliqua virtus moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, subdupla virtus mouebit subduplam resistentiam eodem tempore per idem spatium: r ita deinceps diuidendo virtutem r resistentiam. Quo fit, vt virtus vt. 2. eadem velocitate moueat resistentiam, vt. 1. qua virtus vt. 8. resistentiam vt. 4. Et huius causa, illud est, qd vtraq; virtus mouet suam resistentiam a proportione dupla.

Conclu. 4. Hinc manifeste colligitur quarta conclusio, qua stabilitur quinta regula. Velocitas motus penes causam attenditur penes proportionem proportionum agentium super suas ipsorum resistentias. Que quidem proportio (vt tract. de proportionibus prefati sumus) dicitur proportionalitas geometrica. Conclusio est, quam Paulus Genet. Bentisber, r ferme enarratores Aristotelis consentienter affirmant. Nam r si nusquam fuerit ab Aristotele sub his terminis constituta, colligunt tamen existimant ex suis regulis septem. Primum ex quarta manifeste (vt modo dicebamus) eo enim qd qualis est proportio virtutis cuiuspiam ad eam quam superat, resistentiam, talis est medietas virtutis ad medietatem resistentie, docet, eadem velocitate mouere subduplam virtutem, subduplam resistentiam, qua tota mouebat totam. Namque ait eodem tempore per idem spatium eadem mouere. Sequitur item eadem quarta conclusio dilucide ex septima regula. Nempe. qd si due virtutes seorsum moueant aliquo vno tempore duas resistentias, virtus composita ex ambabus virtutibus mouebit resistentiam compositam ex ambabus resistentijs eodem tempore per idem spatium: qd est dicere eadem velocitate. Cuius profecto ratio est, quam asserit quarta conclusio. Nempe, qd talis est proportio ambarum simul virtutum ad ambas simul resistentias, qualis est alterutrius ad suam. Loquitur enim de virtutibus habentibus eandem proportionem ad suas resistentias: siquidem ait mouere easdem eodem tempore. Etenim si virtus vt. 6. moueat resistentiam vt. 4. r virtus vt. 3. resistentiam vt. 2. tunc virtus vt. 9. que constat ex. 6. r. 3. mouebit resistentiam vt. 6. que constat ex. 4. r. 2. eadem velocitate. Quoniam omnes sunt proportionem sesquialtera. Et idem comperies in omni genere proportionis.

Examina: Ad vero contra istam conclusionem, r pro exa-
io regula ne regularum Aristote. arguitur primo authorita-
ip. Aristo. te eiusdem Arist. primo de celo cap. de infinito, extimantis velocitatem motuum attendi penes excellentiam mouentis ad mobile. Et idem videtur sentire. Com. lib. 4. tex. 70. r lib. hoc. 7. tex. 35. His tñ locis facile respōsum dedim⁹, Arist. solū affirmare, qd quanto excellentia erit maior, tanto motus erit celerior nihil tamen loquitur de proportionibus, qd qualis fuerit proportio excessus ad excessum, talis sit velocitas ad velocitatem. Et Commen. text. hic. 36. videtur se ipse exponere, vt bene agnouit Paulus, scilicet, qd per excessum intelligebat pro-

portionem. Et sic comparando inter se duo agentia, comparat proportionem vnius excessus super suam resistentiam proportioni alterius supra suam. Sed aliter vrgentius sic arguitur. Et si quarta nostra conclusio optime consonet quartæ regule Aristotelis: reliquis vero non similiter. Est namque prima regula, qd si aliqua virtus moueat resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, eadem virtus eodem tempore mouebit subdupla resistentiam per duplum spatium, id est, dupla velocitate. Et quidem particulariter, vbi virtus mouet resistentiam dupla proportione, consentit quarta conclusio. Etenim si virtus vt. 8. moueat resistentiam vt. 4. aliquo tempore per aliquod spatium, eadem virtus mouebit resistentiam, vt. 2. in duplo velocius, quia quadrupla proportio quam. 8. habet ad 2. est dupla ad duplam, quam habebat ad. 4. Et per hoc item refutatur tertio iam impugnata regula de excessibus. Qui si essent hic aspiciendi, solum excederet velocitas in sesquialtero: qualis est proportio excessus, quo. 8. excedit. 2. ad excessum quo excedit. 4. Ad vero non subinde sequitur (salua quarta conclusione) qd eadem virtus eodem tempore moueat subquadruplam resistentiam per quadruplum spatium, id est, quadrupla velocitate, sed solum mouebit in triplo velocius: qualis est proportio octuple, scilicet. 8. ad. 1. ad duplam, puta. 8. ad. 4. Qua ratione colligi videtur, qd vel quinta nostra conclusio est falsa, vel prima regula Aristotelis. Respondebitur forsitan, qd regula Aristotelis solum loquitur de medietate resistentie, non tamen subinde procedit ad minores partes. Sed r contra hoc etiam nunc pugnat aperte replica. Si virtus motiua, vt. 6. moueat in aliquo tempore resistentiam, vt. 4. eadem virtus non mouebit medietatem (iuxta quartam conclusionem) eodem tempore per duplum precise spatium: quia non mouebit solum duplo maiori velocitate: ergo. Quarta conclusio repugnat Aristoteli. Probatur antecedens. 6. ad. 2. est proportio tripla, ad quatuor vero est sesquialtera tripla autem ad sesquialteram est maior quam dupla. Constat enim ex duabus sesquialteris, r vna sesquitercia, vt tripla que est. 12. ad. 4. constat ex sesquitercia, que est. 12. ad 9. r sesquialtera que est. 9. ad. 6. r sesquialtera que est. 6. ad. 4. ergo virtus vt. 6. plusquam duplo velocius mouebit resistentiam vt. 2. quam resistentiam vt. 4. Quinimo est regula generalis, qd quandocumque virtus exccellit resistentiam minori proportione quam dupla, eadem virtus habebit ad medietatem resistentie maiorem proportionem quam duplam: r per consequens mouebit eam plusquam duplo velocius. Et e conuerso quandocumque virtus exuperat resistentiam maiori proportione, quam dupla, excedit medietatem resistentie minori quam dupla, vt si virtus vt. 6. moueat resistentiam vt. 2. aliqua velocitate, non mouebit resistentiam vt. 1. duplo maiori, sed citra. Quoniam. 6. ad. 1. habet proportionem sextuplam, ad. 2. vero triplam, r sextupla ad triplam est minus quam dupla. Constat enim ex dupla r tripla: quare dupla non est eius medietas. Eodem omnino modo patefcit, eandem conclusionem quartam non in vniuersum consentire cum. 2. regula Aristotelis, que venit in idem cum prima, videlicet, si aliqua virtus mouet resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, eadem virtus mouebit subduplam resistentiam per idem spatium subduplo tempore: quod pariter est dicere, dupla velocitate. Quare si quartam conclusionem sustineas, nequidvis verifcare regulam

Super septimum Physicorum.

Argumen-
torum solu-
tio.

gulam, nisi ubi virtutis ad resistantiam fuerit iuste proportio dupla. Tertia vero, et quinta, et sextaregule Aristote. nihil habent hic peculiaris difficultatis. Ad hec igitur argumenta ferme calculatores nihil aliud respondent, q̄ q̄ prima et secunda regula duntaxat habet verum, ubi virtutis ad resistantiam est proportio dupla, neq; maior, neq; minor. Nam tunc ad medietatem erit quadrupla, que est dupla ad duplam. Et certe ita necessarium est dicere. Nam in alijs proportionibus, neq; si velocitas attendatur penes proportionem proportionibus, ut dicit quarta conclusio, et multo minus si attendatur penes proportionem inter excessus, possunt defendari eiusmodi regule. At tamen ne Aristote. videatur tam mancus, qui in solo casu particulari constituit regulas. Et preterea ut quarta nostra conclusio sit uniuersalis, interpretande sunt dicte regule, q̄ nomine medietatis resistantie intelligit illam generaliter, ad quam virtus habet duplam proportionem, ad proportionem, quam habet ad totam resistantiam: ut si virtus vt. 6. moueat resistantiam vt. 4. aliqua velocitate eadem virtus mouebit subduplam resistantiam, id est, illam, super quam habebit proportionem duplam ad sesquialteram dupla velocitate: et per consequens eodem tempore per duplum spatium, aut per idem spatium, sub duplo tempore. Proportio autem dupla ad sesquialteram est maior, q̄ dupla, puta dupla sesquiquarta, qualis est. 9. ad. 4. Et pari ratione eadem virtus mouebit tertiam partem resistantie id est, illam, super quam virtus habet super totam resistantiam velocitate triplo maiore. huiusmodi arte patere cuiusq; potest via dignoscendi velocitates motus.

Ad primū. ¶ Ad primū igitur principale argumentum scite responsum est, q̄ loquimur de agentibus particularibus, cum quibus Deus generaliter concurrat suo ipsorum modo. Quod si se solo moueret duo mobilia, tunc certe id non faceret secundum totam virtutem infinitam: alias moueret infinita velocitate. Quia ratione (vt lib. proximo dicturi sumus) nihil Deus agere potest secundum totam suam virtutem, sicuti agentia naturalia: alias produceret infinita, et infinites infinita, sed agit per intellectum ad voluntatem, iudicio suo et arbitrio. Et ideo velocitas motus tunc attendetur secundum hanc vel illam applicationem virtutis eius. Eodem modo dicendum de duobus hominibus, quorum robustior lentius ac pro libito segenius mouet, non enim est tunc attendenda velocitas motus penes proportionem virtutum simpliciter super resistantias, sed penes proportionem virtutum, quas pro sua quisq; voluntate applicat. Ad id autē, quod de intelligentijs obiectum est, respō-

detur, illic etiam habere verū, q̄ qualis est proportio virtutis superioris intelligentie ad virtutē inferioris, talis est proportio velocitatis motus sui orbis ad velocitatem inferioris. Non tamen proprie dicitur proportio virtutis super resistantias, quoniam celi non proprie resistit motui, sed quantum quisquam suapte natura est mobilis, tante virtutis applicata est intelligentia. Quare non dicitur in thepte, q̄ maior moles, maior est quodammodo resistantia. Et vero regula Aristotelis de proportionata diuisione virtutis motiue et resistantie locū non habent (vt ait tex. 35.) in intelligentijs et celestibus orbibus. Quoniam virtutes ille sunt spirituales, atq; adeo indiuisibiles, sed dicitur vna maior q̄ alia: sicuti angelus superioris speciei est perfectior angelo inferiori. Quapropter intelligentia, verbi gratia, que mouet primum mobile, non potest orbē alium celerius morosiusve ciere: tamen si possit vnus Angelus mouere lapidem pro suo arbitrio citius, ac lentius. Sed hoc non est presentis negotij. In motu vero grauium aut leuium per vacuum ubi nulla est resistantia, supposita veritate illa, quam lib. 4. credimus demonstrasse: nempe q̄ tunc etiam mouebuntur in tempore propter finitam virtutem: arbitror locum habere primam illam nostram conclusionem supra impugnatam. Nempe q̄ attendenda sit tunc velocitas penes proportionem virtutis motiue ad aliam virtutem motiuam, eo q̄ illic nulla sit resistantia.

De motu
grauium.

Ad secundū principale argumentum de magnete, premissis eo, quod diximus lib. secundo, et in hoc quest. 1. videlicet, q̄ magnes attrahit ferrum per virtutem, quam illi imprimit, respondendum est, q̄ illic habet quoq; verum quarta conclusio de proportionem proportionum. Nam et si ferrum per illam qualitatem admoueat magneti, motui tamen resistit, tum mediū, tum etiam (nisi sit simplex delectus) grauitas ipsa ferri. Alius signū est, q̄ si ferrū sit, aut nimis magnum, aut valde distans a magnete, non submouebitur. Quare vnus magnes tanto velocius mouebit q̄ alius: quanta fuerit proportio proportionum virtutum ad resistantias.

Ad. 2. p̄nc.

Ad tertium deniq; et postremum argūsi respondetur, q̄ non semper ubi Petrus iactauerit lapidem per aliquod spatium, medietatem iactabit duplo maiori velocitate: neq; per duplū spatium. Primum quoniam leuiori iaculo plus mediū resistit: et ideo tardius mouetur lana q̄ lapis. Deinde, q̄ distans, ad quam homo potest iaculari, est finita, et limitata: et ideo ultra illam nihil poterit iactare. Fateor hec non esse adeo digna philosophorum nomine. Sed postquam Aristote. hanc tetigit chordam, boni consulat lector, si huiusmodi nugis tantillum negotij et temporis concesserimus.

Ad. 3. p̄nc.

Finis septimi Physicorum.

Super octauum physicorum.

2. Ar. ad
p. 9. q. 1. ad 2. ad
p. 9. q. 1. ad 2. ad

se creatum. Et forsan intellexit (nam non visitur iam ille libellus) creatum ab eterno, in hoc sensu, quod habet causam: vt creatio non dicat inceptio- nem nouam, sed emanationem: et conseruationem quemadmodum ait et Auicenna in sua metaphysi- ca: de quo questio. 2. Veruntamen quicquid sene- rit Aristot. qui, cum Deus non fuerit (vt ait idem Albertus eodem tract. c. 14. errare potuit, mon- stratur eius principia nullum habuisse robur. Pri- mum omnium fuit illud, quod ait. 1. phy. text. 33. fuisse commune omnium dogma. Ex nihilo nihil fit: Illud autem commune sensum inde conceperunt, quod experiebantur in naturalibus actionibus, non quodlibet fieri ex quolibet, vt illic subditur text. 43. Naud enim homo fit ex quolibet non homine, puta ex ligno, vel accidente, que negatiue sunt no- homines, sed ex priuatione hominis, puta ex em- batione, vbi est vltima dispositio ad hominem. Me- que album fit ex musco per se, sed ex nigro, vel ex medio colore affecto. Hac vtiq; ratione constitue- bant, principia generationis esse contraria, puta priuationem et formam: indeque adeo colligebant necessarium esse subiectum, puta materiam, que v- trique successiue termino subsisteretur: que qui- dem per dispositionem effectricis cause destinare- tur coaptareturque ad generationem huius rei, potiusquam alterius: ex cuius deniq; potentia edu- ceretur forma. Qua de causa Comment. com. 4. ob id asseuerat ex nihilo nihil posse generari, quod nihil non est magis determinatum ad vnam formam quam ad aliam. Quare neque ex nuda materia, si daretur absque omni accidente, quicquam gignere- tur: eo quod indifferens esset tunc ad omnem for- mam. Et subdit opinioes Saracenorum, puta no- stram, ortum habuisse ex vulgi errore, quod sensu decipitur. Vbi enim, inquit, videt aliqua genera- ri ex re: quam non preuidebat, iudicat aliquid fieri ex nihilo: vt dum ex aere a sole inflammatum gignit- tur ignis. Sic Saracenus ille deridebat nostram fidem. Sed multo est certius opinionem suam et ra- lium philosophorum fuisse plusquam vulgarem et sensualem: vt pote qui de productione totius entis iudicium petebant a sensu: quod generationibus par- ticularium rerum. Quam tamen debuissent intel- lectu assurgere ad naturam prime cause, que sic se ha- bet ad creationem totius entis, vti equus ad pro- creandum equum, et ignis ad generationem ignis.

¶ Sit ergo prima ratio nostra. Deus est per se ens, vt quod a nemine potest recipere vt sit (hoc quip- pe sonat nomen Dei) atque ideo causa est vniuersa- lis omnium entium, et cuiusque rationis entis: vt pote qui eminenter omnia continet, quinimo qui e- minenter est omnia: hoc enim est esse infinitum: quod nec sua substantia sit limitata ad certum ge- nus, nec proinde sua virtus ad certum effectum. Er- go sicuti calidum est causa particularis faciendi ca- lidum, et equus generandi equum, ita Deus est cau- sa totius entis. Id autem, quod ignitum est, non fa- cit calidum ex calido: vt citatum est ex Aristot. sed ex non calido, nam quod est, non fit: supponit au- tem subiectum caloris. Nec ignis facit ignem ex igne: aut equus ex equo, sed ex non igne, et non equo: sup- ponit autem materiam, in qua recipiatur forma, er- go similis analogia, si Deus est causa entis, omninoq; ra- tionis eius: non facit illud ex ente, sed simpliciter ex non ente: nam sicut generationi equi non sub- ditur equus, ita neque generationi entis vllum su- sternitur ens. Hac itaq; ratione concluditur, Deum esse creatorem omnium, atq; adeo prime materie.

Ratio est. S. Thom. 1. p. q. 45. Que si tibi appareat

metaphysica, considera creationem non esse rem phy- sicam, cum non competat causis particularibus, sed de- neque habuit esse soli per se prime cause, quatenus ratio est totius ens: quod contemplatio ad solim pertinet me- taphysicum. Concedimus ergo philosopho mate- riam esse ingenerabilem proprie et incorruptibilem: quia fieri nequit ex alia: cepit esse tamen ex nihilo per creationem. Unde argumentum illud nullum est, quod philosophi nobis tale obieciunt. Omne quod est, possibile ante fuit fieri: possibilitas autem illa non est nisi in materia ex cuius potentia educitur forma: ergo omni factioni presupponitur materia. Negatur enim prior assumpta, si de physica possibilitate intelligatur: satis enim est quod fuerit Deo possibile rem gignere, vel creare. De quo adhuc alteru ver- bum adhibebimus questione sequenti.

¶ Secunda ratio sumitur ex infinita Dei potentia. Deus est infinite virtutis: ergo nullatenus limita- tur in modo agendi, neq; ab aliqua vlla causa pen- det in agendo: nam cum virtus agentis non modo de substantia facti, sed de modo agendi perpenda- tur virtus infinita, que eadem est, que illimitata, a nulla alia re in agendo coarctatur: ergo quauis ignis, exempli gratia, et equus, et cause alie partien- lares, eo quod tales illis limites a natura scripti sunt, nequitquam possint formas producere, nisi educen- do de potentia materie, poterit nihilominus Deus totum eis sine preiudicio subiecto suo nutu condere absq; motualias restrictus esset, ac limitatus, ac si esset causa finita. Et quod Deus sit infinite virtutis, patet, quia est infinite essentie et perfectionis: vt po- te qui a nullo dependet, sed omnia ab ipso, tanquam a perenni fonte rerum: non solum que sunt, sed que esse possunt absq; vilo termino, dicere namq; quod sit infinite essentie et perfectionis, sed non infiniti vigo- ris, non est philosophi hominis: quia ex infinitate et illimitatione essentie puenit, vt omnia sint in ipso infinita, scilicet, duratio, scientia, potentia, &c. Ad si Deus est vigoris infiniti: cum non possit facere infinitum (vt. 3. physic. latissime demonstrauimus) non potuit eandem virtutem splendidius demon- strare, quod ex modo hoc agendi infinitum. Quod si no- bis obiciatur argumentum Scoti. 4. distin. 1. neque hunc modum agendi satis potest facere infinitam po- tentiam Dei. Nam maxime id inde argueretur, quod inter nihil et ens creatum esset infinita distantia, quod sola potentia infinita posset pertransiri: hoc tamē est falsum: nam inter nihil et lapidem (v. g.) non est maior distantia quam esset latitudo perfectionis la- pidis, que finita est. Respondetur, non esse hanc cau- sam. Naud enim imaginamur interuallum infinitum inter nihil et ens, sicuti in spatio infinito: alias neq; a potentia infinita posset pertransiri, vt inquit, S. Tho. 1. p. q. 45. artic. 2. Sed (vt ait illi art. 5.) ar- guitur potentia infinita hoc modo. Educere forma de potentia materie est alicuius virtutis: ergo quā ta aliqua causa rem extraxerit de infinito potentia, erit maioris virtutis, atq; adeo qui educerit ex ni- hilo, erit infinite. Et enim creari non est solum pro- duci forma extra subiectum: nā anima creatur in subie- cto, sed produci ex nulla potentia subiecti. Quam obrem creatura non potest creari. Unde cum dici- mus creari ex nihilo, prepositio, ex, designat causam materialem, vt ens creari ex nihilo, sit creari non ex aliquo. Vbi fieri non dicit mutationem, sed sim- plicem inceptioem virtute alterius. Per hec de- regitur falsitas Commentatoris commen. 4. nega- tis minoris esse virtutem agentis presupponen- tis subiectum, quam non presupponentis, eo quod putabat hoc esse impossibile. Quintimo Arist. forte inuitus

metaphysica, considera creationem non esse rem phy- sicam, cum non competat causis particularibus, sed de- neque habuit esse soli per se prime cause, quatenus ratio est totius ens: quod contemplatio ad solim pertinet me- taphysicum. Concedimus ergo philosopho mate- riam esse ingenerabilem proprie et incorruptibilem: quia fieri nequit ex alia: cepit esse tamen ex nihilo per creationem. Unde argumentum illud nullum est, quod philosophi nobis tale obieciunt. Omne quod est, possibile ante fuit fieri: possibilitas autem illa non est nisi in materia ex cuius potentia educitur forma: ergo omni factioni presupponitur materia. Negatur enim prior assumpta, si de physica possibilitate intelligatur: satis enim est quod fuerit Deo possibile rem gignere, vel creare. De quo adhuc alteru ver- bum adhibebimus questione sequenti.

Deo infini- te virtutis

p. 9. q. 1. ad 2. ad
Ex nihilo
nihil fit.
potentia dei non
tendit ad contraria
in omni principio

Commeta
102

Ratio. 14
4. q. 45. 2. ad 1.

Scotus
en am
vide q. 7 de fr
ma. 1. phy. fo. 27

Creari
ex

Super octauum Physicorum.

Text. xxviii. Est maxima moueri ab eo, quod mouetur, &c.

Quæstio tertia.

VTRVM OMNE QVOD mouetur, moueatur ab alio.

Parte negatiua sunt

Argumenta omnium prima, illa que Philo. ipse sibi obicit. Primum arguitur de grauibz & leuibz. Lap. dum cadit, & ignis, dum ascendit, mouentur: & non ab alio, siquidē nullo cogentē sua pte natura feruntur. Ergo. Secūdo arguitur de proiectis sagitta & globus ardenti fulfure eiectus mouentur: & non ab alio: quia maxime a proficiente, quod tamē potest prius perire, q̄ cesset motus, vel ab aere defereute proiectum, vt text. 82. docere videtur Aristot. que tamen opinio egre probatur, & egrius creditur: ergo. Et confirmatur. Dum proiecta occurrunt resistenti, recurrant motu reflexo: & q̄ illo motu non moueatur ab alio, probatur. Et affirmas proiectum in puncto reflectionis quiescere, vel negas. Si negas, contradicis Aristoteli text. 70. si vero id cum illo affirmas, tunc non mouetur a proficiente, postquā eius iam motus cessauit: neq; ab obstaculo: immobilis paries non vietur pilam recutere. Tertio arguitur de uiuentibus, & presertim de animalibus. Hec enim mouentur, & non ab alio, vt patet in motu deambulationis: ergo a se ipsis. Quod si cum Philo. responderis, text. 28. & text. 40. in animali designari partem per se motā ab illa, que per se mouetur, hoc non est explicatu facile: quoniam si pars p se mouens affirmetur anima, illud est falsum: quia non mouet nisi per intellectū, qui etiam mouetur per species ab obiecto. Neq; vero materia est per se mota: tum quia accidentia nō recipiunt nisi in toto composito: eo tum maxime, q̄ actiones sunt suppositōrū: ideo neq; anima deambulat, sed totum: neq; lassitudo recipitur in materia, sed in toto. 4. denique arguitur: si omne quod motur, ab alio moueretur, tunc vel esset processus in infinitū, quod est contra Philo. text. 34. vel deueniendum esset ad vnum primum mobile, quod seipsum mouet, vt colligere ipse videtur text. 50. hoc autem secundum mentem est creditū durissimum: nam tunc sequeretur, primum mobile esse animal.

In contrarium stat sententia Philo. philosophi.

Titulū quæstionis nō expressimus verbis Aristot. Ipse enim non ait (vt cōment. 28. adnotauimus) nisi, omne qd mouetur, ab aliquo moueri: nam moueri ab alio apud ipsum: idē est, quod ab alio supposito moueri: vero quia dicitur, ab aliquo, intelligit, ab aliquo, vel supposito alieno, vel saltem distincto principio, quod sit intrinsecum rei que mouetur, citra precuaricationem textus responderi potest, omne quod mouetur, moueri ab alio. Est autem premittenda distinctio, quam ipse text. 27. præcicit: videlicet tam id, quod mouetur, q̄ id, quod mouetur, bifariam moueri: scilicet, per se, & per accidens. Musicus enim per accidens sanatur, & sanatur: accidit quippe tam medico, q̄ e groto, esse musicum. Quauis & moueri per accidens, sit etiam moueri ad motum alterius: veluti vehitur remiger ad motum nauis, quā cogit ipse. Per se autem contingit & dupliciter: nam est quod

mouet per se primo, id est neq; ratione accidentis, neq; ratione partis, sed se toto, vt Deus, dum res ex nihilo condidit, sed est aliud, quod mouet, per se quidem, quia non per accidens, sed tamen non per se primo, quia per partem, vt animal pedibus mouet pectus, & corde reliquum corporis. Rursus notandum est, duplicem esse motum: alterum Physicum, hoc est corporeum & materiale: alterum spirituale, quales sunt intellectus & voluntatis actus. Et quauis Arist. sermo de solo sit Physico institutus, veritas tamen vniuersalius patet ad omnē motum, atq; in sensu vniuersali necessaria est, vt per eā perueniatur in notitiā primi motoris immobilis. Nam intelligentie, celorum motrices mouentur quidem, non autem motu Physico. At vero ne tot multiplicentur quæstiones, quod esse possent difficultates, septem conclusionibus ad hanc respondebitur, quibus ad vniuersa fiat satis. Prima est, eademque vniuersalis. Omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Ab alio inquam, vel externo supposito, vel principio intrinseco a re distincto, que mouetur. Conclusio fuit Aristot. in fronte. 7. libri, quam repetit in hoc. 8. text. 28. & 24. In cuius cōfirmatione versatur vsq; ad text. 50. Est autē conclusio hec in Physica, veluti dignitas. Cuius ratio statim in promptu est, eandemq; text. 40. ex definitione motus, quam statuerat lib. 3. text. 8. & 9. colligit talē Philo. Nihil se ipsum secundum seipsum totum primo mouet: ergo quicquid mouetur, mouetur ab alio. Exponatur antecedens. Potest quidpiam seipsum per accidēs mouere: vt de remigerō diximus, & de anima patet, que dum hominem mouet, mouetur. Et potest se res per partem mouere, vt homo corde mouet corpus, sed tamen quod se primo totū non possit mouere, patet, quoniam nihil mouet, nisi quatenus est in actu, hoc est actu habet formā, quā in passum traducit: nihil enim calefacit, nisi dum actu est calidum. Nihil autem mouetur ad aliquā formam, nisi, qua caret, est liquidem motus, actus entis in potentia: vnde cum mobile recipit totam agentis formam, cessat motus. Idem autem secundum se totum non potest simul esse in actu & potentia: ergo nihil secundum se totū est simul mouēs & motū: ideo neq; est aliquid, qd seipsum primo moueat, subditur etiā exemplū in spiritualibus. Nihil enim docens docetur, nam qui docet, iam est sciēs, qui autem docetur, caret scientia. Et contra ratio nem hanc arguitur. Agens aliquid potest in se habere virtutem producendi formam, qua caret: ergo poterit se ad illam formā mouere. Exempli gratia, sol virtute est calidus, non autem formaliter: ergo si esset formalis caloris capax, per virtutē, quam habet, se formaliter calefaceret. Et intellectus dormientis potest dū expergiscitur, per species se reducere in actum intelligendi. Et aqua, dum se ex calore reuocat in suam temperiē, mouet se. Respondetur ad primum, qd sol nō habet virtutē calefaciendi se, sicut neq; angelus. Si tñ res esset caloris formalis capax, qui calor non esset illi naturalis, tunc non moueret ad calorem, nisi dum esset extra suā naturā dispositiōnem. Quare illa reductio non attribueretur virtuti proprie, sed generati. Sicuti aqua, dum ad frigiditatem reducit, virtute generatis mouetur, cuius intentio est illam in sua naturali dispositiōne constituere. Sol autem eo qd est in generabilis & incorruptibilis, non est patibilis huiusmodi accidentium. Alias si virtute se propria calefaceret, iugiter id semperque efficeret. Intellectus vero non a seipso mouetur, sed ab obiecto, a quo ministerio sensuum species recipit. Aliquando homo exercitatur

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including:
 1. 9. in platonice affet
 2. 1. 9. in platonice affet
 3. 1. 9. in platonice affet
 4. 1. 9. in platonice affet
 5. 1. 9. in platonice affet
 6. 1. 9. in platonice affet
 7. 1. 9. in platonice affet
 8. 1. 9. in platonice affet
 9. 1. 9. in platonice affet
 10. 1. 9. in platonice affet
 11. 1. 9. in platonice affet
 12. 1. 9. in platonice affet
 13. 1. 9. in platonice affet
 14. 1. 9. in platonice affet
 15. 1. 9. in platonice affet
 16. 1. 9. in platonice affet
 17. 1. 9. in platonice affet
 18. 1. 9. in platonice affet
 19. 1. 9. in platonice affet
 20. 1. 9. in platonice affet
 21. 1. 9. in platonice affet
 22. 1. 9. in platonice affet
 23. 1. 9. in platonice affet
 24. 1. 9. in platonice affet
 25. 1. 9. in platonice affet
 26. 1. 9. in platonice affet
 27. 1. 9. in platonice affet
 28. 1. 9. in platonice affet
 29. 1. 9. in platonice affet
 30. 1. 9. in platonice affet
 31. 1. 9. in platonice affet
 32. 1. 9. in platonice affet
 33. 1. 9. in platonice affet
 34. 1. 9. in platonice affet
 35. 1. 9. in platonice affet
 36. 1. 9. in platonice affet
 37. 1. 9. in platonice affet
 38. 1. 9. in platonice affet
 39. 1. 9. in platonice affet
 40. 1. 9. in platonice affet
 41. 1. 9. in platonice affet
 42. 1. 9. in platonice affet
 43. 1. 9. in platonice affet
 44. 1. 9. in platonice affet
 45. 1. 9. in platonice affet
 46. 1. 9. in platonice affet
 47. 1. 9. in platonice affet
 48. 1. 9. in platonice affet
 49. 1. 9. in platonice affet
 50. 1. 9. in platonice affet

*id quod mouet se ipso
 habet in se actum et pot
 sed hoc est impossibile*

id quod mouet se ipso

*m
 arg.*

id quod mouet se ipso

tatur a somno, iam docuit Aristo. text. 20. quomodo motus ille provenit a se datis humoribus. Et dum quis vigilans de aliqua re incipit meminisse, ille motus evenit ab aliquo incidenti euentu eius modi species commouente.

¶ **Clarescet autem magis conclusio** responsionibus per argumentorum responsa. Ad quorum primū Arist. respōdet text. 32. q. graua, & leuia per accidens mouentur a remouēte prohibens: per se autē a generante. Quā quidē responsionem bona ex parte dilucidauimus. lib. 2. q. 1. Etenim qui de rebus iudicant secundum sensum, cum videant, graue, sublato impedimento, nullo mouente cadere, ne persuadere sibi possint, vt res, que nō adest, eum moueat, colligunt, graue, & leue non moueri a generante. Et ideo diuersa excogitat hic mouentia. Alij fingunt, moueria celo per expulsionē: alij a suis locis naturalibus per attractionē. Itaq; centrum attrahit ad se graue sicuti magnes, ferrū. Alij fingunt, medium, puta aerem, vel aquam illa mouere. Sed sunt hec omnia adeo ridicula vt nihil opus sit in eius refutatione tempus vllum terere. Hægo ista persequitur. 2. senten. dist. 6. q. 1. ipse autem & Scotus eodem lib. dist. 2. q. 10. arbitrantur hec corpora a se ipsis moueri. Hec autem opinio a peritissime in primis cum Philosopho pugnat, vt primū patet text. 27. vbi inter ea, que per se & naturaliter mouentur, distinguit, quod animalia a se ipsis mouentur, graua vero & leuia mouentur ab alio. Et deinde text. 28. tanq̄ de re abscondita dicit, dubitationem afferre, a quo hec moueantur. Et si a se ipsis mouerētur, profecto nulla esset dubitatio. Et text. 29. & 30. quatuor rationibus probat, moueri ab alio: & tandem, text. 33. aperte concludit, q̄ per se mouentur a generante. Neq; vero auctoritas Arist. licet sit in hac re grauissima, tanti est ponderis, quanti illa prima ratio, quam afferit text. 29. nempe rem mouere se ipsam, esse proprium officium vite: hoc est, esse viuētib; peculiare, atq; adeo per qd̄ distinguuntur a non viuētib;.

Quod quidem non fuit tantum assertū Arist. vt hic patet, & latius primo de anima, sed fuit inuēbitata confessio omnium Philosophi. vt in Phædro videre est apud Platonē. Vbi nullū aliud discrimen inter viuētia, & res in animas constituit, q̄ q̄ viuētia habent internū motū, res vero in anime, nō nisi externū. Et vsq; adeo hoc fuit semper constitutissimū, vt qui dicebant oves celestes a se ipsis moueri, effugere non poterant, quin ineluctabili consequentia protinus concederent, esse animalia. Et re vera illis, qui profitentur graua & leuia moueri a se ipsis, nullū relinquuntur interstitium, quo possint viuētia a non viuētib; discernere. Nam quod ait Hægo, differentiā esse, q̄ viuētia sic mouēt, se vt possint se ponere in illo loco, vnde possint rursus moueri: sed non viuētia, cum non moueantur, nisi quando sunt extra locum naturalē, non possunt moueri, nisi ponantur in eo loco extraneo, vnde moueantur ad naturalem: hoc inquam cōmentū Hægo, est in primis cōtra Arist. q̄ non adducit hoc tanq̄ differentiā inter duos modos, quibus res mouent se, sed tanquā testimoniū ad cōcludendū, q̄ illa, que sic se ponūt in quocunq; loco, mouent se localiter: alia vero, minime. Et præterea in sua ipsius ratione deberet inspicere Hægo, quare graua & leuia non mouent se. Ex eo, inquam q̄ non mouentur in suo loco naturali, sed ad ipsum, deberet colligere perfectionē sup̄emā grauis non cōsistere in moueri, sed in quiescere: & ideo motus ille, quo feruntur ad sua loca naturalia, non

attribui ipsis, sed generanti. Neq; responsio Scoti satisfacta. At enim animalia mouere se ipsa per cognitionem: non viuētia vero, minime. Nam si hoc tantum discrimen Arist. cogitasset, facillime se expediisset ab hac dubitatione: cum tamē graue dubium existimet a quo graua mouentur. Neq; vero inquirat quomodo mouentur, hoc est, per cognitionem nec ne, sed a quo mouentur. Et præterea plane etiam mouent se (nutruntur quippe, & augentur a principio intrinseco licet non per cognitionem. In summa Arist. præterdit, q̄ nihil se moueat a loco in locum, nisi per cognitionem. Alia vero discretia, quam alij fingunt, nempe q̄ viuētia mouent se ad omnem differentiam positionis: non viuētia vero, non, nisi ad vnam, profecto accidentaria est, extra rem: quoniam licet planta non augetur nisi si solum sursum, aut solum deorsum, se ipsam nihilominus moueret. Idiotissima ergo, quin tota ratio, cur compulsi sunt Philosophi, dicere graua & leuia moueri a generante, fuit, ne vicam illis tribuerent.

¶ **Idem igitur Aristot. est, q̄ principium naturalis motus elementorum est duplex: aliud quod, & aliud, quod, principium quo, principale est forma ipsa substantialis: minus autem principale & instrumentale, est grauitas & leuitas: principium autem quod, est generans.** Et ideo ait, q̄ habent in se principium sui motus, non actiū, sed passiū. Inepte enim loquuntur illi, qui dicūt principium quod mouens, esse formā, & id quod mouetur, esse materiā. Nam cum actiones sint suppositorum, id quod mouetur, non est, nisi totum compositū. Et præterea cōtra hoc arguitur. In illo, quod mouet se, distinguēda est pars mouens a parte mota, non solum tanq̄ forma & materia, vt statim in solutione ad tertium patebit, verum tanq̄ distincte partes integrales, & organice, que quidem in rebus in animis dignosci non possunt: ergo id, quod mouet, non est intrinsecum graui. Respōdetur ergo ad argū, q̄ graua, & leuia mouentur a generante, etiā tūc quando nō est presens res: satis enim est, q̄ sit presens virtute: sicut filius gignitur a patre, quādo animatur, tūc enim proprie gignit, licet tūc pater sit mortuus, q̄a manet in virtute feminis. Quod si perconteris, cur ergo animal nō mouetur a generante dū ambulat, postquam id agit virtute generantis? Respōsum a nobis est lib. 2. q. 1. vbi & hanc rem tractauimus, q̄ cū perfectio viuētis consistat in moueri: tantū quippe viuit quādiu mouetur: & intentio generantis cesset, quando genitum constituit in sua perfectione, ille motus animalis attribuitur ipsi genito: sed quia perfectio & finis leuis & grauis cōsistit in quiescere in proprio loco, intentio generantis est illud illic sistere: & ideo omnis motus quoad usq; illuc perueniat, attribuitur generanti: Et per hoc soluitur aliud argumētū, quod nōnullos male torquet, neq; vero respōdent ad rem. Argumentū est, quod tūc sequeretur dum ignis calefacit, aut comburit lignū, illā actionem transcribendam esse generanti, quin vero primo creato igni, qui quinq; millibus annorū antecessit: nam iste ignis suscepit virtutem ab alio, & ille ab alio, &c. Illatio tamen, nulla est: interest enim plurimū. Nā ignem calefacere, est propria perfectio & finis ignis: & ideo dum generans dedit illam virtutem genito, tūc cessauit eius intentio: quapropter motus, quo ignis calefacit extremum passum, attribuitur ipsi igni calefacienti, qua ratione deambulatio attribuitur animali. Est per hoc rursus respōdetur Scoto, qui arbitratur Aristotele, censere, q̄ graue mouetur a seipso. At quippe text. 32. q̄ sicut sciens habitu per seip-

si aut mobilis
habet potentiam
ad moueri passivam, ita mouens debet habere potentiam ad mouere
aliquid vt p̄p̄m
in motu Alterato
nis. v.g. si ignis
et aqua sunt motus et mobile quod ad motu mobile per se aqua. Et calefacit
sicut et hinc potest
P̄t̄iam
hoc q̄ p̄p̄m
not
calefacit, ita mouens pura ignis
et habere potentiam
volutem ad hoc
q̄ p̄p̄m calefacit
causare

difficultas

Scotus

diffinitio inter animata et inanimata

N. 113

Super octauum Phisicorum.

sum potest actu considerare, nisi impediatur, ita ignis postquam formam substantialem habet statim comburitur nisi impediatur, et pariter leue postquam habet talem formam, statim ascendit, nisi impediatur, quia natura eius est esse sursum, unde colligit Scotus, quod sicut ignis per se calefacit, ita et a seipso mouetur sursum. Et deceptio, vel sua, vel mea, est, quod non meditate considerauit uerbum Philosophi. Dicens enim, quod natura ignis est esse sursum, sicut ipsum calefacere, docuit discrimen, quod motus ille sursum, quod adusque sit in loco naturali, non est effectus ignis geniti, sed generantis, constituentis genitum in sua perfectione: calefactio autem, quia in ipsa actione consistit, suprema perfectio ignis, ad scribitur calefacienti. Ad secundum principale argumentum respondet Philosophus, text. 82. quod proiectum mouetur ab aere circumstante, qui a proiectante propellitur. Non quidem ab aere retropercutiente, ut nonnulli cogitant: nam dum facio ego manu lapidem, non ferio aerem interclusum inter manum et lapidem: quippe cum vel nullus sit, vel per quem tenuissimus, sed ab aere circumstante subtrus et ad latera proiectus: qui quidem percussus, ipsum secum rapit. Et quod moueatur per antiparistas, iam super textum iuxta mentem Philosophi, reprobauius. Et uero sunt plerique multi, qui uix sibi possunt hanc opinionem Philosophi, persuadere. Primum, quia non uident tantam uirtutem impingere posse aeri a proiectante, ut possit sagittam, vel aliud ponderosius iaculum mouere. Secundo, quia aer, neque uinciam plumbi sustinere in altum potest: quomodo ergo poterit ingentem globum tanta uelocitate, per quem tantum spatium, non modo sustinere, sed et mouere? Et preterea experimur, validissimum uentum nonnunquam agitari, qui tamen non ualet lapidem se ipso mouere, quem quidem nos iactatum mouemus: non ergo motus aeris, causa est, que proiectum mouet, sed iaculator imo impetus. Et confirmatur hec ratio. Si motus aeris esset in causa, uelociter raperet, ac moueret plumam vel lanam, quam lapidem, aut ferrum: eius nos tamen contrarium experientia docet. Tertio arguitur. Dum impetuosis aer contra te perfrat, si contra eius impetum lapidem eicias, uidetur aer tunc non posse a te repelli, et nihilominus lapis mouetur contra eius cursum, ergo tunc lapis non mouetur ab aere, sed a proiectante duntaxat. Item est argumentum de rota barbitonioris, que si postquam semel fuerit in circulum pulsa, dimittatur, mouebitur in circulum, et tamen aer non apparet se circulariter moueri: nam a quo mouetur? Tunc maxime, quomodo impulsus non fit in circumferentia rote, ubi aer circumstans tangatur a pulsoze, sed in axe, qui est in medio. His, et huiusmodi argumentis multi densi docent motum projectoris non fieri ab aere sed ab impetu impresso ipsi eidem proiecto a proiectante, vel ab eius machina, in ipso projectionis momento. Atqui istorum quidam aiunt, non docuisse hoc loco Aristoteli, suam ipsius opinionem, sed alienam retulisse. Et projecto nulla possunt probabilitate sic Aristoteli illudere: tum quia recitata prior opinione, subdit necesse esse sic dicere: tum etiam, quoniam inde infertur motum projectorum non esse continuum. Ex quo ad considerationem ascendit continui celorum motus. Uidetur ergo suam affirmare sententiam. Alii uero nihil formidant eum negare. Sed neque isti tam validum habent argumentum, ut ei contradicere deberent. Possumus ergo hunc conclusionibus litem hanc componere. Prima negari non debet, quin iaculator, aut machina, mouendo proiectum, yna commoueat et aerem, ut experientia

constat in aqua circulariter adiectum lapidis commota. Idque potissime uerum ostenditur in sulfureis machinis, ex quibus aer yna cum globo impetuosisime excluditur. Sed idque Philosophi, cum paulo ante definisset graua et leuia a solo generante moueri per grauitatem illi impressam, non satis existit maui dicere, quod proiectum a solo proiectante moueatur: nam cum proiectans sit presens, intellexit yna cum proiecto aerem etiam ab ipso commoueri: quod in motu grauium dicere non poterat: cum generans tunc non adsit ad uerberandum aerem. Secunda conclusio: non solus aer est causa que mouet proiectum, uerum et proiectans ipse per impetum proiecto impressum. Hec Aristotelem credendum est hoc dubitasse, sed pro comperto reliquisse ex analogia grauium et leuium, que est prima ratio affirmandi huiusmodi impetum. Nempe, quod sicut generans graue tribuit illi naturalis qualitate, que est grauitas, qua illud per mouet usque ad centrum, sic et proiectans impingat impetum proiecto, quo ipsum eminus moueat. Unde et S. Thom. mentis Aristotelem, sed uis explorator, q. 3. de potentia, ar. 11. Et q. de anima, ar. ibidem. 11. palam fatetur huiusmodi impetum impressionem in proiecto. Sed sciscitatis, nunquid salius est dicere proiectum moueri ab impetu effectiue, quam a proiectante remotissimo? De uera non quoniam (ut text. 33. uisum est) ea, que non se ipsa mouent, necesse habent moueri a supposito distincto: impetus ergo, quia non est suppositum, non agit, sed est uirtus agentis, puta motoris: quin uero passiva, non actiua, uerum est uirtus in fixa: motus: sicuti et de grauitate monstrauimus. Et confirmatur hec eadem conclusio ex uerbis Philosophi. Et quippe projector dare aeri, ut moueatur, et ut moueat. Concedit ergo aeri imprimi uirtutem motricem per motum: nam dicit, quod prius definit moueri, quam mouere (id quod super textum expositum est) ego maiori ratione imprimatur uirtus ipsi proiecto, quam quidem propius uehementiusque pellitur, quam aer. Nam si aerem, nihil de manu efficiendo, uerberarem, non tam ipsum mouerem, quam lapidem, quem eicio. Secundo in fauorem huius secunde conclusionis de impetu extant experientie inter modo arguendum allate. Prima, quod si solus aer moueret, non moueretur iaculum, contra ingentem aeris statum. Secunda de motu rote post uolentum tactum axis dimissae: ubi aer non apparet moueri. Et preterea tertia de proiecta pluma, que si a solo aere uerberetur, celerius quam sagitta uolaret. Est ueruntamen alia experientia, que attestatur, aerem etiam in causa esse motus. Experimur enim sagittam non tanta uehementia ferire obiectum propinquius, quam aliquanto remotius: quapropter Aristoteli. 2. celi text. 35. dicit, quod motus naturalis intensior est in fine: motus uero projectorum, neque in principio, neque in fine, sed in medio. Huius autem causam inde quidam eliciunt quod impetus sagitte non subito totus imprimatur, sed post, uel intenditur, uel extenditur per sagittam, ut uigentius moueat. Hoc tamen non est intellectu facile: quoniam non apparet, elongata sagitta a ballista, a quo impetus intendatur, nam a seipso non potest accidens intendi. Et preterea cum sagitta sit quoddam continuum, toti simul impingitur impetus: non ergo post extenditur. Et ideo Sanctus Thomas, super eundem text. 2. celi experientiam hanc merito tribuit multitudini aeris commoti. Nam cum una eius portio aliam concitet, atque alia subinde aliam, augetur causa motus. Et eodem tendit mens Alberti, hoc loco dicentis, quod impetus aeris quanto est in latiori materia, fortius mouet. Quibus.

2^o nota

Ad secundum princ. de projectis.

2^o

3

4

Responsio.

2^o

Conclu. 2.

Conclu. 2.

dub

soluto

1

2

3

uis. S.

us. S. Thom. 12. q. 75. ar. 6. alteram quoque pro-
be adhibeat causam, videlicet, quod cum res quaeque ap-
petat se conservari, fit: ut quod maiori obuiat resistit
se (dum modo vincere possit) magis intenditur ei-
us virtus: et ideo impetus ipse sagitte a contrarie-
tate resistit potest intendi: sed quia est ab extrin-
seco peregrinus, statim incipit debilitari. Et hinc
possumus causam colligere, cur vehementius et ad
maiozem distantiam proficiamus iaculum propor-
tionatu viribus nostris, quam exiguum lapillum. Causa
inquam est, quod ubi non est tanta resistentia, non
est capacitas tanta imprimendi impetus, propterea
quod vires non habent, in quod se obiectu satis ef-
fundant. Itaque haec etiam est causa, cur pluma non
tanto impetu volat. Et praeterea quia non est tam
apta ad secandu aerem. De motu autem rote, quan-
tus referend? potissimum sit ad eius ipsius impetum,
nihilominus et aer non est negandus rapti vna cum
rota in circulo: licet forsitan (ut alij dicunt) non in-
tellexerit Arist. circula rem motum violentum fieri
ab aere, sed illum penitus, qui fit in directu. Mo-
tus autem incipit trepidationis, dum rota antequam
quiescat vltro citroque vertitur et reuertitur,
tribundus est difformi, inequalis ponderi parti-
um: nam cum iam languente impetu, cesset mo-
tus, non potest rota sic se fixa sistere, quin partes il-
luc vsus ascendentes recidant, aliasque alterius la-
teris eleuent, ac rursus dum alie relabuntur, alias
subleuant, quoadusque ponderosiores omnes con-
sidant in parte infima. Si autem admitteretur tam
vniformis rota, ut nulla ex parte preponderaret,
arbitro, ubi vis cessaret impetus, cessaret vna et
motus. Nisi (ut alij comminiscuntur) diceret quod
cum partes aeris in fronte ad quam tendit motus,
condensentur, extincto impetu rote, rarefiant,
eamque repellunt ad partem posteriorem: et ite-
rum alter aer ad anteriorem: quoadusque sit debi-
ta aeris rarefactio. Concludamus ergo, tam a
proiciente per impetum, quam etiam ab aere moue-
ri proiecta. Ad autem quod Aristotel. subiicit,
nempe ob motum aeris motum proiecti non esse
continuum, profecto egerime est persuasibile.
Equis enim credat sagittam, aut globum bom-
barde motum illum perniciosissimum interrumpere.
Nisi dicamus sic non esse continuum, quod forsitan
non est vniformis: cum portiones aeris (licet nobis
insensibiliter) alijs, ac subinde alijs pulsioni-
bus moueantur, vti apparet in vndis aque.
¶ Veruntamen nonnulla restant dubiola de huius-
modi impetu. Primum est, an distinguatur a suo
subiecto. Ad quod libentius respondebo quod sit qua-
litas distincta, sicuti grauitas, et leuitas: quando-
quidem virtus quedam est agētis, praeter motum,
nam est virtus, qua mobile mouetur. Hec enim lo-
cutio non esset adeo propria, nisi impetus esset qua-
litas. Neque proprie diceretur impressio. Est autem
in illa specie qualitatis, que est habitus, vel dispo-
sicio, estque intensibilis, ac remissibilis: contrarie-
tatem habens cum grauitate proiecti: ab illa quip-
pe remittitur: licet altera sit naturalis, altera ve-
ro ab extrinseco. Et ideo nullam praesertim apparen-
tiam argumentum Pauli Geneti: quo vult infer-
re, si impetus sit ponendus, motum projectorum
esse naturalem: nam tunc passum conferret vim per
qualitatem sibi inherens. Responso enim est,
quod passum non conferret vim motui per quodcunque
principium, quod sibi inheret, nisi sit a natura sibi
ingentum: impetus autem forinsecus illi adia-
cet contra eius naturam.

Ad confir. Ad confirmationem de quiete in puncto reflexio

nis Arist. respondet, esse necessariam, ut patet a tex.
64. vsq. 70. Quod si experientia contra obiciatur
de pila vehementissime proiecta, que tactu parie-
tis retrouertitur absque vlla perceptibili quiete: re-
spondetur, sensum non percipere subitaneam quie-
tem nihilominus argumentum est, illic quiescere, quod
si pila esset rubro tincta, intingeret parietem, que
tinctio in instanti fieri nequiuisset. Longe tamen pu-
gnatius argumentum est, si sagitta sursum emissa
occurrat magna moles cadens. Tunc enim palam
est, sagittam recidere sub illa mole absque vlla quie-
te: nam qui admiserit in puncto, quo magnus cade-
tem lapidem tangit, quiescere, necesse est, ut conce-
dat et mollarem illum lapidem tunc quoque quiescere,
quod non solum experientia denegat, verum et ratio
abhorret. Respondet quidam, antequam sagitta per-
tingat ad lapidem, detineri ab aere, ut im-
petu coactus descendit sub lapide. Neque obstat alio-
rum argumentum, videlicet, quod sagitta insingeretur in
corpus quod cadit, si esset lignum. Nam responderet
alij, quod insigitur cum cadens lignum tangit quiescentem
sagittam. Attamen si ponatur tunc incipere de-
scensus lapidis, quando sagitta deberet quiescere,
non potest dici quod ab aere, qui nodum mouetur, detinea-
tur. Igitur cui hec non satis facit solutio, necesse est
respondeat cum Egidio super tex. 65. (quod plerique hoc
loco sequuntur, sicut et ipse alios se antiquiores) quod est
Aristo. docet, id quod mouetur in puncto reflexionis
quiescere, intelligit quod per se quiescit, hoc est, quod
deficiente impetu, sequitur motus naturalis, aut quod
grauis caderet motu naturali, et repercuteretur a
terra quiescente, quando vero per accidens reflexio
citatur ad motum alterius superioris virtute occur-
rentis, tunc non est necesse quiescere quiete pro-
pria, imo idem numero instans extrinsece terminat
vtriusque motum. Est inquam, primum quo non ascen-
dit, et primum quo non descendit. Itaque vsus ad illud
extrinsecum instans ascendebat, et inde etiam extrin-
sece descendit. Haud quippe de vltimum instans es-
se ascensus: nam alias, cum illic motus rupatur, va-
retur vltimum instans esse motus, quod lib. 5. demon-
stratum est impossibile. Illa ergo non potest dici
quies, sed instatanea motus incisio. Et hoc satis est
ad propositum Arist. constituentis, nullum motum re-
ctum posse esse pertuum. ¶ In tex. autem 69. ad hoc pro-
positum miscuit sermonem de generatione, nempe
quicquid generatur, incipere esse per primum sui es-
se, et quicquid corrumpitur, desinere per primum non es-
se: que quidem non sunt duo, sed vnum instans, sicuti
modo diximus de instanti, quo intersecatur ascen-
sus et descensus. Huius autem examen ad primum
de generatione spectat. ¶ Subsequitur, ut ad ter-
tium principale argumētum respondeatur, que responsio ex
positionem requirit sententia Arist. qua ait, tum
tex. 20. tum etiam 2. 40. id quod seipsum mouet, diui-
di in partem per se mouentem, et partem per se motam, pro-
pterea quod cum, mouere, dicat actum per formam
que iam habetur, moueri autem receptionem for-
me qua res caret, quod duo inter se ex diametro repu-
gnant, fieri nequit, ut res aliqua secundum se totam
moueat et moueatur. Supponamus ergo ex tex. 20.
et ex 50. animalia esse, que se ipsa mouent. Sunt au-
tem multi, qui arbitrantur partem per se mouen-
tem, esse animam, partem vero per se motam, esse ma-
teriam: quod si ita nude intelligatur, a vera vbi est
alienum. Motus autem ergo est, id quod mouet proprie,
et mouetur, neque esse formam, neque materiam, neque ve-
ro partem vllam, sed totum compositum: nam actiones in-
quit Arist. 1. de anima tex. 64. non sunt nisi suppo-
sitorum. Anima enim non textit, aut edificat, sed homo.

1. ubi 2

ex Egidio optimo primo

Ad 3. prin.

Neque materia primo augetur aut calescit, sed homo. Et ratio est, quia agere, nascitur ex eo quod est: esse: et ideo res, que proprie existit, illa est, que proprie agit, et patitur: forma autem inexistit: materia vero, subsistat forme. Atqui accidentia, secundum Aristotelem, non in materia prima, verum in toto composito recipiuntur. Ergo cum querimus partem per se mouentem, non intelligimus, illam mouere vt, quod, tanquam suppositum, sed vt, quo, tanquam primum principium, quo fit motus. Et quando inquirimus partem per se motam, non querimus id quod mouetur vt, quod, sed quod est patiendi ratio. Respondetur ergo ad questionem, que in rebus tangitur per tres conclusiones. Prima, pars per se mouens tanquam primum principium quo, non solum in animali, verum in omni viuente, (vt plantas etiam comprehendamus) est anima, quare ratione est actus corporis physici: Conclusio est nota, quia mouere dicitur actus: actus autem subsequitur esse re: ergo per id, per quod res actu fit et constituitur in sua specie, habet et operari: illud autem est anima: ergo. Quin vero ideo anima dicitur actus corporis physici organici, etc. (vt habetur, 2. de anima text. 4.) quia est pars per se agens. Secunda conclusio. Pars per se mota est corpus, puta materia, non quatenus nuda consideratur absque forma, sed quatenus esse recipit corporeum a forma, aut vegetabile, aut sensibile. Illi, qui multiplicat plures formas in composito, dicerent, quod per vegetatiuam mouetur corpus physicum motu augmentatiuam: per sensitiuam vero, motu sensitiuo. Et vero quoniam reuera vna est tantum simplex forma in viuente, que dat illi esse corporeum et vegetatiuum, vt plantarum: preter hos, sensitiuam, vt brutorum: preterea rationalem, vt homini, dicendum est, quod ab eadem mouetur omnibus motibus. Est igitur in viuentibus considerare plura motuum genera. Primum est, elementorum, vt calescere, frigeri, etc. istorum postquam omnino sunt ab extrinseco aere, quibus ideo animal non se ipsum mouet, sed tantum ab alio mouetur, non opus est scrutari partem per se mouentem: quia totum patitur. Alii sunt motus vegetatiui, in quibus pars per se mouens est anima, quatenus vegetatiua. Et pars tunc per se mota, est materia, quatenus organica capax est vite vegetatiue. Unde in illa definitione, 2. de anima. Anima est actus corporis physici organici potentia vitam habentis, vitus est mihi semper Arist. oculatissime designasse ac discreuisse partem per se mouentem, et partem per se motam. Sed sunt preterea in animalibus perfectis alij motus naturales, in quibus eorum vita consistit: vt actio calidi in humidum, palpitatio cordis, inspiratio et respiratio. Et isti quodammodo tribuuntur generati. Etenim sicut ignis natura sua fertur sursum et graue deorsum, sic et natura sua animal mouetur his motibus. At quia perfectio animalis non in quiete, sicut perfectio elementorum, sed in his motibus consistit, his etiam motibus mouet se ipsum animal: sicut et motu nutritionis et augmentationis: et ideo etiam in his anima est pars per se mouens, et corpus (vt dictum est) pars per se mota. Sunt preterea et motus sensuum in quibus anima, quatenus est sensitua, est pars per se mouens, et corpus sensibile, puta materia quatenus est organica et vitam sensitiuam, est pars per se mota. Et quia parte est appetitiua, est pars per se mouens in motu locali, qui fit per appetitum, et pars per se mota est corpus, in quantum organum viget aptis ad eiusmodi motum. Ad vero secundum quod est anima intellectiua, quia potest separari a corpo-

re, et absque eius dependentia intelligere, non dicitur pars per se mouens respectu corporis: nisi ea ratio ne, qua per intellectum et voluntatem vna cum apprehensione sensus mouet corpus ad motum aliquem et negotium particulare. Per hec clarescit mens Philo. qui, de anima constanter disputat contra Platonem, et alios Philo. qui docebant animam se ipsam per se mouere, propterea quod mouet: credentes quod nulla res posset mouere nisi per se prius mota. Contra quos docuit Aristotelem, non esse necessarium, vt quicquid mouet, moueatur: vt patet de primo motore. Quocirca anima non per se mouetur, sed per accidentia ad motum totius, vel motu locali, vel augmentationis, et alterationis, etc. Quo fit vt neque affectionibus spiritualibus moueatur per se anima, sed totum: vt gaudio, merore, iracundia, misericordia, etc. Omnes enim huiusmodi affectus sunt cum aliquo motu corporali sanguinis ad cor, vel cordis: et ideo sunt passionis: non tantum anime, sed totius coniuncti. De similibus autem affectibus, qui sunt in anima separata, alia est ratio. Possunt autem hic adhibere tertiam conclusionem. Si loquamur de principio motus, quod veluti organum, pars per se primo mouens integralis, est cor secundum Arist. ubi spiritus vitales generantur. Quod si rem altius contempleri lubet, in anima etiam ipsa intellectiua quodammodo distinguitur pars per se mouens a parte per se mota: que quidem distinctio sumitur in eadem anima secundum diuersas potentias et actus. Et anima per intellectum mouet se ad amandam et per appetitum ad deprecandam. Et per appetitionem finis, mouet se ad vestiganda media. Unde in consultatione primum signatur intentio finis, et inde procedit ad conquirenda media. Sed hec iam lineam physice egrediuntur. Vide apud S. Thom. 1. p. q. 18. artic. 3. quinquagesimus gradus mouentium seipsa. Ad replicam ergo respondeatur negando, partem per se mouentem esse animam, aut partem per se motam esse materiam. Argum. quartum duplicem tangit materia. Prior est: an sit processus in infinitum in motuibus causis, de qua in questione proxime sequenti. Posterior, vtrum esto non sit processus in infinitum, deueniendum sit ad vnum primum mobile, quod seipsum moueat, an vero ipsum primum mobile non moueatur nisi a mouente, quod sit immobile. Et tunc autem particulam huius dubitationis lib. 2. q. 1. qua et S. Tho. 1. p. q. 70. artic. 3. refert: nepe an Arist. fuerit illius mentis, quod celum moueat seipsum. Et punctum in hoc consistit, quod mouere seipsum, non potest nisi id, quod compositum sit ex materia et forma, que quidem forma sit principium actiuum motus ipsius, ita vt inheret mobili, sicuti anima viuenti. Unde quicunque hoc dixerit, dicere subsequenter vincitur celum esse animal. Et quidem adeo viguit Athenis placitum hoc, vt referente Augu. 8. de ciui. Dei, factus reus fuerit in senatu Anaxagoras, eo quod negauerit, solem esse animantem. Et vt illic refert, S. Tho. platonici fuerunt in eadem sententia. Quin vero Augu. super genesin et in enchiridio dubius mansit. Et Hierony. in partem affirmatiuam inclinauit. At vero nullo est pacto crebile (vt illic optime docet doctor Sanctus) quod vel Plato, vel Aristot. et multominus, Hierony. vel August. senserint, spirituales substantias, celesorum motrices, sic informare celestia corpora, vt animalium formas, ita vt essent proprie animalia. Sed Comment. in de substantia orbis, 2. 12. meta. com. 4. nescio quam commentus unionem intelligentie cum celo, ansam exhibuit, vt hec nota inureretur Aristot. Quia de causa apud multos male audit, eo quod dixerit celum esse animal. Est enim hoc

Conclu. 1.

101

101

Ad. 4. q. 18.

101

ignis

101

de fide no est habm
qin duas naturas
nas. puta humanam
et angelicam a ma
separata. cap. 10
g. 1. in math.

non solum contrariu nostre fidei: quare neq; suspi-
candum est id cogitasse, neu Hiero. neu Augustinu
veru & phi. naturali a diuersa. De fide no est du-
bium, quin duas tantum doceat naturas: puta hu-
manam & angelicam a materia separata capaces glo-
rie: anima ergo celi non posset esse intellectualis:
alias esset visionis Dei capax. dicere aut q tales a-
nime essent irrationales, in primis est contra Ari-
stot. qui eas censet substantias esse intelligibiles.
Et preterea ex diametro pugnat cu ratione natu-
rali: nam cum celum ab omnibus asseratur esse per-
petuu, esset tunc animal immortale, idemq; brutu.
Et preterea cum neq; celum, neq; astra (vt. i. de ce-
lest. 50. docet Arist.) nulla habeant organa motus
neq; vero vlla vigeant animalis figura aut sensu,
quis nam delirus illa asserat esse animalia. Haud er-
go vilo est modo, vel secundum fidem, vel secundum
physicam scientiam de hac re hesitandum: sed o-
mni procul dubio consistendum, nullum celorum es-
se animal. Imo vero neq; de Aristot. neq; de sapien-
tiu vilo arbitrandu est in ea fuisse opinione. Et de
Aristo. sunt ineluctabilia testimonia. Ait enim. 12.
meta. tex. 36. q primu mouens mouet sicut intelli-
gibile & concupiscibile: nempe sicut obiecta, que nul-
latenus ipsa mota, mouent potentias. Et addit, q
neq; est mobile perse, neq; per accidens. Et in to-
to hoc lib. 8. hoc pseuerauit docere, q primu mo-
uens est immobile per se et per accidens: sic, vt ne-
que sicuti anima moueatur per accidens ad motu
sui mobile: id qd expresse affirmat tex. 46. & text.
83. Nam aliud moueri per accidens planetaru ex-
plicuimus coment. 52. Et quod de primo mouente
affirmat, id & de ceteris motricibus intelligens
docet, quarum singulas singulis orbibus accom-
modat: vt patet eodem loco. 12. meta. text. 43. At
vero si intelligentie informarent celestia corpora
tanquam anime, impossibile esset, quin moueren-
tur per accidens ad motum celoru. Preterea eod-
dem. 12. meta. motricis causas celorum appellat su-
bstantias separatas: aperte docens, non esse actus
corporu. Et preterea arguitur, cum celo nullus al-
ius competat motus q localis, neq; aliud prorsus
opus vite, nulla est necessitas physica, vt ca mo-
uens inheret illi, sed satis est ei applicari cotactu
virtutis motricis: veluti angelus applicatur loco.
In summa Arist. hic text. 29. ait, mouere se ipsum,
proprium esse animalium: in quam sententiam ci-
tat eum. S. Th. 3. p. q. 32. artic. 4. Faciunt tamen
dubiam eius mentem nonnulla loca sua, vbi vide-
tur asserere, primum mobile mouere se ipsum. In
primis in hoc lib. tex. 34. proponit ordinem mobi-
lium reducere ad vnum quod se ipsum mouet: qd es-
se nequit aliud, quam primum mobile. Et tex. 50. co-
cludit in processu mouentium, que mouentur, de-
ueniendum esse ad primum mobile, q se ipsum mo-
uet: licet simpliciter in ordine mouentium sit deue-
niendu ad primum motorem immobile. Adq; repetit
tex. 60. Et. 2. de celo. tex. 13. aperte ait celu esse ani-
matu: idq; & tex. 61. resumit dicens, q celu partici-
pat vita: estq; viuus. Ad hec aut rndedu est cu. S.
Thoma loco supra citato. 1. p. q. 70. q Aristot. nihil
aliud voluit, q qd celi non mouent a suis motoribus
veluti graua & leuia a generante: na hec mouetur
a re absente per virtutem ipsi in sua ipax genera-
tione impressam: celestia vero corpore mouentur
a causis intellectu apprehendentibus ratione moue-
di volentibusq; mouere: q idcirco cae ideo mouent
presentes, tangentessq; sua virtute mobilia: ob idq;
quodammodo mouent sicuti anime. Et ideo tex. 45. (vt
illic notabimus) dixit, q mouentis se ipm pars mo-

uens & pars mota vel debent se inuicem tangere, du
ambe sunt corpora, vel vna alteram, propter celum
qd intelligetia tangit: no aut ab eo tangit: q spuale
non tangit a materiali. Et qd hac ratione ait. 3. de tri-
m. Aug. corpora oia administrari a Deo per spiri-
tu vite. Et sic glossandus ipse est, & pariter Hiero-
sienbi visi fuerint vita tribuere celo. Na de plato-
ne nulla est ambiguitas qd qd ipse mouet: sed anima
celi se ipm mouere: sed anima celi asseratur esse
primu se ipsum mouens, mo exposito super tex. 34.
vt in Phedone comperitur est: vbi nullu diuisibile
ponit se ipsum mouere. Qui vero inde infert animam
esse indiuisibilem & eterna, q se ipsam mouet inde p-
debet a corpore. Neq; vo cesebat motoris informa-
re celu tanq animam: sed mouere ad modum anime.
Opinabatur enim animam per se moueri, et eo mo-
do, quo se intelligedo mouet, puta circulariter vel
recte, sic mouere propriu corpus. De q refuit ab il-
lo dissentiens Aristot. vt prime dicebam. Qui ne-
ganit animam moueri p se, s; aiebat tm moueri per ac-
cidens ad motu corporis: qd no mouet illud per nu-
da intellectione, que proprie no est motus, veru p
appetitum sensitiuum, & corpora organa: Quia idem
rone primus motor oim oim est immobilis. Quin ve-
ro in omni gne motus primu mouens est immobile,
ea ipse motus, qua mouet: qd per docte considera-
uit. S. Th. 3. p. q. 22. ar. 2. Na sol illuminas, no illu-
minat: neq; ignis calefaciens calefit. Hoc igitur pa-
eto intelligeda sunt Arist. loca, q vident cotraria.
Preferim q loco illo citato. 2. cel. tex. 61. legitim
text. non habet, q corpora celestia sint viuaria, sed
q oportet ea existimare, ac si participarent actio-
ne & vita. Et tex. 13. ob id duntaxat vocabitea ani-
malia, q sicut in animalibus dextra pars est, vnde
incipit motus, ita dextru celi est ortus, vnde, si ce-
loru motus cessaret, inciperet rursus moueri. Et
his ergo colligit, q mos Arist. nunq fuit reducere
ordinem eoru, q dum mouent, mouent, ad vnu pri-
mu, qd se ipsum moueat: sed hoc dixit scdm plato-
ne, qui dicebat motore celi se ipsum mouere. Et
ideo tex. 50. post hec verba in animalibus tm et a-
nimatis exēpla eorum posuit, que mouent se ipsa.
Igitur cu duo possint cogitari ordines: alter eoru
que mota mouent, alter eorum que simpliciter mo-
uent, prior reducit ad vnu primum mobile, quod
mouetur ab alio, quod est per se proprie immobile
motu physico: posterior vero ad vnum primum
mouentem simpliciter immobilem.

Plato.

Tex. xliij. Manifestum est igitur ex his quod
est primum mouens immobile.

Questio quarta,

VTRVM PRIMVM MO-
uens sit immobile, idemque vnum:



Parte negatiua prio-

ris mebrī questionis est argumētū,
Deū esse mobile: quia qm mundum
creauit, cepit esse in loco, vbi antea
no erat: celu em, inquit, & terra ego impleo. Sic. 23
incipere autē esse in loco nouo, est rem moueri: er-
go Deus mouetur. Secundū argumentum est, q
saltem per accidens moueatur. Est em Arist. axio-
ma. 2. Topico. q motis nobis, mouent oia, que in
nobis sunt, vt moto corpore, mouet aia: Deus au-
tē est in celo, qd mouet, sit ergo, vt moueat et ipse.
Tertio arguitur, Si Deus esset immobilis, fm lo-
cū esset maxime qd est spūs: sed angeli, qui spiritus
sunt

9. f. 60. 1. p. q. 70.

1 p. 211
m
i calp
not mays

se, nec de per accidens, sumitur ab eius infinita es-
sentia. Inde enim habet, q non sit diffinitus loco,
non tñ dico, q nō sit circūscriptus: nā circūscribi,
conditio est corporis: & ideo neq angeli circūscri-
būtur, aut mensurant loco. S; qd dico neq diffini-
tur loco: Qd est dicere. Nō sic est in loco, vt ratio-
ne illius existentie repugnet similiter esse in quo-
cumq; alio. Imo sicut sol dum obiectine est in ocu-
lis meis, non repugnat simul esse in alijs oculis: &
sicut sono non repugnat simul audiri a multis, ita
Deus sic est in celo, vt pariter suapte nā sit vbiq;
atq; adeo simul possit esse in rebus, omnibus, etiā
si essent infinita. Ex quo sequit, q nequit moueri:
nā q omnē replet locū nec locū mutare pōt, Deus
ergo cepit esse in celo, nō q ipse mutatus est, sed q
celū ab ipso factum est: q nullares esse potest nisi
Deus sit in ea. Et ideo neq moto celo, vllō pacto
mouetur ipse. Secus aut de anima natura, que li-
cet i nulla sit parte corporis diffinitive, eo q simul
est in omnib; est tñ diffinitive in toto corpore. Ne
pari mō angelo conuenit esse in loco diffinitive. Nā
sic est in vno loco, vt simul non sit in pluribus distū-
ctis. Et ideo dum ad terras descendit (vt ait Da-
mas) non est simul in celo. Ergitur respōsio ad ter-
tium argumētū est. Deo nō ideo precise propriū
esse, vt sit immobilis, qz spūs, est: sed qz infinitus.
Motores autem celorum, si suis mobilibus vni-
rentur, vel uti nobis anime, consequens fieret, vt per ac-
cidēs mouerētur, sicuti aie nre motis corporib;: at
qm̄ (vt superior qōne monstratū est) nō illis coniu-
gūtur vt forme, s; eatenus vt moueant, sit vt neq;
per accidens moueant ad motū celozū, Cui vero
partē orbis assistat, docuit p̄p̄i. tex. 84. vbi ait qd
motor orbis nō est in eius cētro, sed in circūferē-
tia. Neq; vero intelligit, motozū vllum propter pri-
mū ad esse scdm substantiā toti circūferētie, & cui
libet eius parti, sicuti anima ad est singulis partiū
corporis: quoniā vnus angelus, qui finita creatura
est, non possit fm substantiā tam vasto assistere lo-
co, vt cuilibet assisteret parti. Neq; vero (vt. San-
t. p. q. 51. & 52. autor est) intelligētia aliquā sibi par-
tem orbis vēdicat, q nunc est in oriente, & postea in
occidentē: nā alias moueretur ad motū orbis, sicuti
dū inter nos mouent assumpta corpora: sed est in
dextra parte celi, puta in oriente: vnde celum mo-
uet, in quo ideo toto est dūtaxat fm virtutem. ¶ At
vero de Deo fm intellectū & voluntatē tractare,
quemadmodū fm hęc est omnino immutabilis, li-
neas p̄phy. lōge transēderet. Satis ergo est supe-
riores rōnes ad hęc quoq; conclusionē extendere.
Enimvero vsq; adeo est purus actus, vt nulla in eo
excogitari possit potentie rō. Quapropter neque
spēs vllas ase distinctas recipere vllō mō pōt, neq;
actū intelligēdi, sed per suā simplicissimā essentiā
& se ipm̄ intelligit, & reliqua vniuersa. Conclusiōne
hęc prefate rōnes cōmōstrant. Primū si tales ha-
beret spēs, vel actus a se distinctos, illa essent eius
accidētia. Tūc sic arguitur, vel a sua essentia essent
pducta, vel ab alio: non ab alio, qm̄ sicut repugnat
sue essentie ab alio gigni, ita & qdpiā aliūde mēdi-
care: Nā tunc eius perfectio forinsecus illi adueni-
ret intelligere. n. pfectio rei est. Et preterea sicut
ipse est perfectus, ita qdqd in illo est, alias esset mu-
tabilis: nil ergo aliunde recipit. Qd illa accidētia
a sua essentia nō producātur, probat. Nā cū recipe-
re, potentiā dicat passiuā quasi materialē, produ-
cere, aut actiuā & formalē, necesse esset in essentia
Diuina duas distinctas rationes distinguere, quasi
materie & forme, q eius simplicitati repugnāt. Est
ergo Diuina essentia eminenter oia, ac veluti oim̄

speculū, per quā adeo Deus et se ipsum prius na-
tura intelligit, & se intelligendo cuncta cognoscit.
Quocirca quāuis re a tempore succedant, semper
sunt tamen ei presentes. Enimvero ab eterno de-
creuit mundum condere eo tempore, quo cōdidit
et res cunctas seruare tēpore quo sunt, et non ser-
uare tēpore quo nō sunt. Et ideo null⁹ in eo discar-
sus est. Non em̄ per essentiā suam cognoscit crea-
turas, sicuti nos ex principijs elicim⁹ cōclusiones.
Sed simplici intuitu in sua essentia vider omnia,
sunt effectus in sua cā, non solū efficienti, sed exem-
plari, & (q Greci aunt) in sua Idea. Quapropter ce-
citas fuit cōmentatoris cōmento citare non posse
mēte cernere qdō possit Deus ex tēpore res effice-
re ac mutare sine recentī vlla ac noua cognitione.
Quod si Plato sic intellexit primum mouens mo-
uere seipsum, pari errore cecutit. Arist. enim. 12.
Meta. tex. 51. non minus aperte q Theologi asser-
uit, q Deus se ipsum, & omnia per se ipsum intelli-
git, estq; sua essentia eius intellectio. Atqui vt in-
tellectus eius immutabilis est, eadem ratione & e-
ius voluntas. Quicquid em̄ vnquā voluit, in suaq;
futurum est volūtate, ab eterno semper voluit. Et
mundum edere tempore, quo edidit, & reliqua oia
mutare, & gubernare pro suis causisq; temporis ar-
ticulis, & momentis, quib; et generatione adueniūt
& corruptione abeūt. Sed hęc iam lineam presen-
tis loci pretereūt. Ex his deniq; sit consequēs, sic
Deū esse immutabile, vt illi sit hoc propriū. Nā vt
corporee missa faciamus, q cōperrissimū est cūcta
esse mobilia, atq; aīas nostras, q motis corporibus
mouētur. Spirituales etiā angelozū substantie mu-
tabiles sunt omnino, non quidem eo prius mō,
quo res materiales: nam res iste corporee subluna-
res, sunt quidem naturaliter mutabiles secundum
substantiam propter naturalem materie appeten-
tiam alterius forme, que adpetentia cum non sit in
materia celorum duntaxat mouetur secundū locū.
Angeli vero a materia oīno alieni in generabiles
quidem sunt, & in corruptibiles, atq; adeo suapte
natura perpetui. At tñ fm obedientiā, que in ipsis
est, & potentiā, q est in Deo, sicuti ex nihilo & supra
naturam creati sunt, ita possunt & in nihilum redi-
gi. Et preterea in eis quodā genus motus fm intel-
lectū, quaten⁹ inferiores a superiorib; illuminant,
& fm voluntatē, quatenus per electionem medio-
rū rēdūt in finē. S; de his nihil ad p̄sens negotiū.

¶ Secundus articulus questio-
nis est, d vnitare primi motoris, ad quē altera con-
clusionē rīdet. De est maxime vnus. Cōclusionē
hęc, q fides nostra predicat. Ari. tex. 48. duab; rō-
nibus probat. Prima est illa peripateticozū maxi-
ma, frustra sit p plura, q fieri pōt p pauciora: mo-
tus aut vniuersi ad vnū principiū reduci possunt: er-
go vnū sufficit principiū. Altera rō sumit ex conti-
nuitate motus. Experimur. n. in his inferioribus
semper esse motus, quozū alij alijs succedūt, cōtinua-
tio aut, que ex pluribus constat, per accidens est:
illa vero, que sunt per accidens, reducenda sunt ad
illa, q sunt per se: vt omnia calida reducenda sunt ad
ignē, q est oīū principiū. Necesse est ergo vniuersū
ad vnū primū mobile, q vno perse continuo motu
moueat: vnū autē mobile ab vno primo motore
re mouet, ergo. Simili rōne vritur. i. d celo tex. 90.
& 12. meta. tex. 49. Verum tñ p̄p̄catiorib; alijs rō-
nib; cōfirmatur eadē cōclusio. Prima est illa supra
tacta, q ex ipō Dei noie sumit. Est. n. deus pur⁹, ac
summus actus, oim̄ in se p̄fectiones eminentissime
p̄tinet: at vero si duos admisit Deos, necesse est
aliquid

Optima solutio

Solutio

angeli nō mouen-
tur ad motū
celi

m
3 corad m
f. m.
1. p. q. 9. ar. 2.

quom Angel
occurt moueri

2. p. q. 11. ar.

Super octauum Physicorum.

aliquid in vno existere, per q̄ ab alio distinguatur. Nam individuum est (sicut philosophus dicit) cuius collectio proprie tantum nunquam eadem in alio erit: id autem debet esse ad perfectionem eius pertinens: igitur si eadem re alter caret, non erit summe perfectus, et ideo neque Deus. Alia ratio sumitur ex eius omnipotentia. Etenim si duo sint Dei, respondendum est, quod ad suos effectus concurrunt. Nam si concurrunt tanquam due cause, vel altera est alteri subordinata, et tunc illa, quae subordinatur, non est prima, atque adeo nec est Deus: si autem ex equo concurrunt per modum vnius, tunc vel vna pars sufficeret, et tunc alter Deus esset superuacaneus, quia a natura Dei abhorret. Si autem neuter per se sufficeret, neuter esset omnipotens, quia utriusque ratione neque esset Deus. Eadem pene demonstratio sumitur ex ratione finis. Deus enim notione sua docet esse vltimum omnium finem, duo autem fines supremi esse nequeunt, ergo neque duo Dei. Minor patet: quoniam vel vnus ordinatur, referturque in alterum, vel secus: si refertur, ergo non est Deus: si autem neuter refertur in alterum, neuter est Deus, quia non omnia referuntur in ipsum. Ad argumentum autem in contrarium, respondetur. Deum esse vnum, non quidem vnitatem, ut est principium numeri, qui ex diuisione quantitatis constituitur: aut vnus ut vnus est propria passio entis. Ad quod illic sit proprie priuatio diuisionis, quia priuatio dicitur imperfectionem, sed quantum ad apprehensionem nostram, non cognoscitur nisi per modum remotionis: scilicet quod neque est hoc, neque illud, neque in se habet hoc, aut illud, quod non sit idem ipse.

Tex. lxxviii. Quod autem hoc necesse est in parte esse,

Questio quinta.

VTRVM PRIMVS MOTOR & duracione infinitus sit, atque adeo impartibilis.



Parte negatiua argui

tur sic. Si Deus, vel virtute infinitus esset, vel duracione, hoc esset quia sua essentia esset infinita, nam ratio essentiae reliqua illi perfectiones attribuantur, essentia autem eius non est infinita, ergo nec virtus, nec duratio. Minor probatur a signo. Si qua res ita esset in vno loco, ut non esset in alio illa esset finita quantum ad locum, nam hac ratione in superiori questione diximus (omnem creaturam diffiniri loco) ergo a simili, ea essentia est finita, quae ita est haec, ut sit a quacumque alia distincta, Deus autem tali ratione est haec res, ut nulla sit alia, sed a quacumque distinguat, ergo est essentia finita. Secundo arguitur sic. Diuina perfectio per suos effectus innotescit, ergo si esset infinitus duracione, ab eterno produxisset mundum: constat autem (ut supra conclusum est) non fuisse nisi in tempore, nulla ergo ratione colligere possumus illum esse duracione infinitum. Tertio arguitur ex eodem principio. Si Deus esset infinite virtutis, id nobis inde innotesceret, quod potest producere infinitum: illud autem lib. 3. monstratum est esse impossibile: ergo non est infinite virtutis. Et confirmatur argumentum. Si esset infinite virtutis, posset mobile in instanti mouere: nam quo virtus maior est, eo mouet minori tempore: ergo simili proportione illa virtus, quae

est infinita, mouebit in non tempore: consequens autem est impossibile: ergo et antecedens. Quarto denique arguitur contra tertiam partem questionis Aristoteli. nulla alia ratione probat, primum motorem esse indiuisibilem, quod ex eo, quod est virtutis infinite, quae esse nequit in magnitudine: ergo. Si ratio illa falsa est, sit, ut conclusio sit falsa. In contrarium est auctoritas Aristoteli. qui tex. 49. et infra docet primum motorem esse perpetuum, tex. aut. 86. ex perpetuitate motus colligit esse infinite virtutis: et quia talis esse non potest in magnitudine, concludit tandem esse impartibilem.

Questionem hanc, tunc quia

in commentariis, quantum se extendunt Aristoteli rationes, satis est enodata, tum quia firmiores alias adhibere, negotium esse metaphysicum, atque theologicum, breuibus expedimus, singulis conclusionibus ad singulas trium partium respondentes. Prima est, Deus est sempiternae durationis. Hanc Aristoteli ex perpetuitate motus elicit, cuius demonstrationem habes a textu. 49. et infra satis expositam. At vero cum rei veritas non admittat mundum fuisse eternum, alia est probatio expectanda. Illud autem principium, quod potuit saltem angelos et celos ab eterno producere, parum presenti negotio deseruit: quandoquidem illud eternitatem Dei supponat potiusquam prebet. Eternitas ergo Dei (ut probe ait. S. Thom. 1. p. q. 10.) ex eius immutabilitate colligitur. Enimvero cum Deus idem sit, quod summum ens, et purus actus, ab omni ratione potestie immunis, sit ut neutriquam sit ab aliquo producibilis: a se autem ipso produci, contradictionem implicat, ut supra dicebam: necesse est ergo, ut sit per se ipse perpetuus, quin vero necessarium est ut eius essentia intelligi nequeat nisi existens. Infra enim, et omnium creaturarum essentia, et quidditas, non utriusque sua natura includit existere: nam hominem esse animal rationale, et quatuor et tria esse septem, ut ait Augustinus. quantum mundus non esset, haberent perpetuam et necessariam veritatem: sed tunc huiusmodi quidditates, esse, acquisiuerunt, quando mundus conditus est: essentia vero Dei de sua intrinseca ratione includit existere: tum quia Deus omnem complectitur perfectionem: et existere perfectio est: tum maxime, quod si sua essentia non includeret esse, nullus relinqueretur excogitabilis modus, quo posset illud acquirere. Adde, quod Dei eternitas non solum in hoc consistit, quod neque initium habuerit, neque habiturus sit finem, verum in hoc, quod nulla sit in eo successio, aut mutabilitatis umbra, sed omnia sibi sunt immobiliter permanentia. In Deo, inquam, neque gignere est aliud, quam genuisse: sed semper genuit et generat: intellexit et intelligit: voluit et vult: sine aliqua temporis differentia. Haec autem iam lineas excedunt huius loci. Arguitur ad secundum argumentum, quod huic conclusioni obieciatur, negatur consequentia. Potuit namque Deus mundum, quantum ad partes eius perpetuas (ut supra disputatum est) condere, non tamen decuit, ob rationes, quas supra explicauimus. Secunda conclusio. Deus est infinite virtutis. Et hanc quoque conclusionem Aristoteli. e. vlt. ratione motus a posteriori demonstrauit, hoc pacto. Deus mouet in finito tempore: ergo posset mouere infinitum mobile, si ex parte rei mobilis esset possibile. Probatur consequentia. Mouere in infinito tempore est efficere motum infinitum per accidens: mouere autem infinitum mobile, est efficere infinitum motum per se. Ea autem, quae sunt per accidens, reducuntur tantquam in causam, ad id, quod est per se: ut ea, quae sunt accidens.

Super octauum Phycorum.

Ultimum sue potentie: atque adeo produceret infinitum, et moueret in non tempore, quod est impossibile. At vero probatio hec supponit quod virtus que est in corporea, non possit agere per intellectum et voluntate libere: sed sicut ignis aut sol. Verum tamen hoc non est necessarium. Nam licet intellectus et voluntas potentie sint indiuisibiles, haud tamen repugnat esse in corpore, sicut sunt in nobis Aristotelis. Ergo licet demonstrat, quod virtus infinita non possit esse forma extensa, non tamen demonstrat Deum non habere corpus sicut habet homo. Demonstratur autem ex alijs eius principijs, que in hoc phycorum opere habentur. Nam res corporea non mouet nisi mota, vt inductio per singula demonstrat. Celi quippe non influunt inferiora, nisi moti neque res vlla harum inferiorum mouet, nisi mota. Primus autem motor demonstratus est esse immobilis: ergo est incorporeus. Et preterea cum

sit omnium causa, debet carere omni potentie ratione: corpus autem omne rationem habet potentie: nam quando aliam non haberet, ex eo quod est continuum, esset diuisibile.

Preterea id demonstratur ex eius nobilitate. Deus enim est entium nobilissimum: spiritus autem corpore nobilior: ergo nihil in Deo est, quod non sit spiritus. Quin vero cum neque ex materia et forma com ponatur, vt res materiales, neque ex quantitate partibus, vt forme corporee, neque ex subiecto et accidente, qualis compositio est in angelis, neque aliunde recipiat, neque (vti modo dicebamus) ex genere proprie et contrahente differentia consistat, sit, vt non solum sit impartibilis, verum rerum omnium simplicissimus. In quo nostra est beata felicitas: qua vtinam per eius gratiam perfui ad eius gloriam mereamur per infinita seculorum secula. Amen.

Finis Quæstionum octaui atque vltimi Phycorum.

Excudebat Salmanticæ, in officina literaria
Andree à Portonarijs. S.C.C.M. Typo
graphi. Anno Domini millesimo
quingentesimo quinquage
simo sexto. 6. Idus.
Octobris.

Arnoldi Schurerij Brabanti,
Castigatoris Typographici,
Δωδεκάσιχου.

Qui volet implexos Physicorum euoluere libros,
Inde Labyrinthos fugere & Symplegadas omnes,
Et complere simul quæ Commentaria tradunt
Aedita iam dudum: Physices arcana tenere.
Quæ Naturalis docet Auscultatio diua,
Ardua pars Sophiæ: comites Ζητήματα sumat
Isthæc quæ primum, studiorum, crede, tuorum
Consultor Soto, iam perfecisse fatetur:
Post non sit fœtus lambendus vt ille parenti.
Hæc promit fausto Iani modò mense peracta,
Excusa immenso tibi Portonarius ære.
Hinc ingratorum fugias fac nomina Lector.


... qui sunt in compoſita ſunt in eis una
... ſum in ſe et diſtincta a quolibet ſua, ſed ſerua

... ſus vobis.



Joan de Velasco

ADP





135

9443